145–147 *malunt ... transfusis* As Ep. 384, ll. 50–51: “cum viderem salutarem illam doctrinam longe purius ac viuidius ex ipsis peti venis, ex ipsis hauriri fontibus, quam ex lacunis aut riuulis”, probably inspired by Hier. *Praefatio in libros Salomonis* (Migne *PL* 28, 1308 AB: “Et tamen, cum diligentissime legerit, sciat magis nostra intelligi, quae non in tertium vas transfusa coacuerint, sed statim de prelo purissimae commendata testae, suum saporem seruauerint”) and *Praefatio in librum Psalmorum* (Migne *PL* 29, 124 A: “Haec ergo et vobis et studioso cuique fecisse me sciens, non ambigo multos fore qui vel inuidia vel supercilio malint contemnere videri praeclara quam discere et de turbulento magis riuulo quam de purissimo fonte potare”). Rummel, *Catholic Critics*, 1, pp. 31 and 204, nn. 65 and 66.

148–150 *ut dulcior ... conditum* A similar comparison may be found in Reuchlin, *Epist.* 15 (Johann Reuchlin, *Briefwechsel*, Tübingen, 1875, p. 16): “sed admodum delectat Apostolos etiam suo scribendi more fretos, hoc est Graecos, perlegere. Nam de transfuga non adeo placet. Sua cuiuslibet operis lingua dulcior est et e dolio saepius deriuata vina maiestate minuuntur”. Cf. Jarrot, p. 123, n. 21.

156 *proprietatem* V. supra, p. 48, introd., §10. 157–158 *Si quis ... exosculamur* Cf. infra, p. 298 sqq., l. 708 sqq.

162–164 *Proinde ... fruuntur* Cf. *Apologia*, Holborn, p. 168, ll. 2–3: “Quibus haec placet editio, quam ego nec damno nec muto, his sua manet editio”, and *Capita*, *LB* VI, ***1 v°: “Si qui sunt, qui non possunt mutare saliuam, quam a pueris imberberunt, manet istis sua vetus editio, si volunt, tum dilucidior, tum emendatior: si nolunt, eadem et sui similis”; modelled on Hier. *Praefatio in Ioh.*, Migne *PL* 28, 1142 AB. Rummel, *Catholic Critics*, pp. 32 and 204, n. 67.

165 *et malint* Sc. ‘et qui malint’; under the influence of the vernacular, the relative pronoun is not repeated, especially in the nominative or the accusative, but also in other cases. Hofmann, p. 565, §305. Cf. infra, pp. 98, 102, 450, 535, 536 sq. and 572, ll. 793, 886, 218, 333, 422 sq. and 375 sq.

datior ac dilucidior; nec erat hic in scyrpo, quod aiunt, quaerendus nodus. Quin illud potius optandum est omnibus, vt nihil vsquam sit obuium in sacris literis quod hanc operam postulet. In Euangelis, quoniam per se dilucidus ac prope
 170 semet explicans historiae tenor simplici et in affectato sermone profluit, ne fieri quidem potuit, vt admodum multa vitiare potuerit vel interpres vel librarius; quanquam haec ipsa, si quis ad summam expendat, nimium etiam multa sunt, illic vbi nullum oportebat subesse scrupulum. Caeterum in epistolis apostolicis ob sermonis pariter et sententiarum obscuritatem plura necesse fuit immutare.
 175 Nos interim adnotandi diligentiam ita moderati sumus, vt nec superstitione molesti nec indiligentia diminuti videremur. Rem autem omnem quam potuimus paucissimis verbis indicauimus magis quam explicuimus, ne negotio suapte natura parum amoeno loquacitatis quoque taedium adderemus. Pium est opus, christianum est opus.

Proinde te quaeso, lector optime, vt tu quoque vicissim pias aures et christia-
 num pectus ad legendum adferas. Ne quis haec eo animo in manus sumat quo
 fortassis sumit Noctes Gellianas aut Angeli Politiani Miscellanea, videlicet quo
 neruos ingenii, vim eloquentiae et eruditionem retrusam velut ad Lydium exigat
 lapidem. In re sacra versamur, et in ea re quae simplicitate puritateque potissi-
 185 mum est orbi commendata; in qua ridiculum sit humanam eruditionem ostentare velle, impium humanam iactare eloquentiam; quam etiam si fors an adesset, dissimulare conueniebat, ne quis merito possit obiicere τὸ 'ἐν φακῇ μύρον'. Simplici puroque studio tradidimus haec christianis auribus, quo posthac in sacrosancta hac philosophia et plures versarentur et lubentius, denique vt minore cum
 190 negotio, ita maiore cum fructu. Christum ipsum, quo teste et adiutore molimur haec, parum mihi propicium imprecor, nisi ex hisce laboribus adeo nihil venamur emolumenti, vt magnam etiam certamque rei pecuniariae iacturam scientes ac | volentes acceperimus. Porro famae dulcedine tantum abest vt titillemur, vt ne
 195 nomen quidem nostrum fuerimus asscripturi, ni veriti fuisset, ne hac ratione operis minueretur vtilitas; quod apud omnes suspecta res sit liber ἀνώνυμος. Nos ad vtrunque iuxta parati sumus, vt vel rationem reddamus, si quid recte monuimus, vel ingenue confiteamur errorem, sicubi lapsi deprehendimur. Homines sumus et humani nihil alienum a nobis esse ducimus.

Hoc igitur animo cum ego dederim haec, optime lector, fac vt tu quoque
 200 simili accipias. Ea res vtrique nostrum commodo futura est. Nam et tu plus capies vtilitatis, si libenter et candide quod donatur acceperis, et me mearum vigiliarum minus poenitebit, si cognouero bonis vsui fuisse. Quod si quis existet vel adeo praefractus ac morosus vel adeo durus et iniquus, vt nullis incantamentis deliniri queat, ab hoc certe vel precibus impetrare nitar, vt illud saltem aequi-
 205 tatis tribuat piis studiis quod tribunalia tribuunt parricidis et sacrilegis. Illic turpe iudicatur, si cognitionem anteuertant calculi, nec pronunciat nisi causa diligenter excussa. Legat prius ac inspiciat, deinde, si videatur, damnet ac reiiciat. Superbum est de libro ferre sententiam quem non intelligas, superbius et de eo quem ne legeris quidem.

210 Vale, lector, quisquis es; quem etiam atque etiam rogo, vt si quid fructus e nostris excerpseris lucubrationibus, officii memor sicuti Christiano dignum est, me vicissim piis votis Christo commendes, a quo vno solidum laboris huius praemium expectamus.

187 quis merito *B-E*: quis illud merito *A*.

188 tradidimus *C-E*: tradimus *A B*.

190 et *C-E*: simul et *A B*.

204 precibus ... saltem *E*: precibus illud impetrare nitar, vt hoc saltem *A-C*, precibus illud impetrare nitar, vt illud saltem *D*.

205 parricidis et sacrilegis *E*: parricidiis et sacrilegiis *A-D*.

211 sicuti *C-E*: vt *A B*.

213 expectamus. *D E*: expectamus. Basileae. An. M. D. XV. *A*, expectamus. Basileae. An. M.D.XV. *B*, expectamus. Basileae. An. M.D.XXI. *C*.

167 *nec ... nodus* Cf. Er. *Adag.* 1376, *LB* II, 546 sq.: "Nodum in scyrpo quaeris", an expression which occurs in Enn. *Sat.* 70 (in Fest., ed. Lindsay, p. 444), Plaut. *Men.* 247, Ter. *Andr.* 941, and Hier. *Comm. in Zch.* II, 8, 16-17, *CCSL* 76A, p. 819; in Er. in, among other places, Ep. 1579, l. 86, Ep. 1581, l. 220, and Ep. 1596, l. 32.

182 *Noctes Gellianas* Gell. *Noctes Atticae*.

182 *Angeli Politiani Miscellanea* Angelo Ambrogini, * 1454 in Montepulciano, † 1494, taught Greek and Latin in Florence, was tutor to Piero de' Medici, wrote lyrical poetry in Italian, Latin and Greek and also wrote prose and scholarly works. His philological masterpiece is *Miscellaneorum centuria* from 1489 (*Contemporaries*, 3, pp. 106-108).

183-184 *ad Lydium ... lapidem* Cf. Er. *Adag.* 487, *ASD* II, 1, p. 558, l. 907 sqq.: "Lydium lapis siue Heraclius lapis".

187 τὸ ἐν φακῆ μύρον According to Liddell-Scott, *s.u.* μύρον the ancient proverb is "τὸ ἐπὶ τῆς φακῆς μύρον", translated by "sweet oil on lentils", i.e. 'a jewel of gold in a swine's snout'. Cf. Er. *Adag.* 623, *ASD* II, 2, pp. 148-150: "In lente vnguentum, τὸν ἐπὶ φακῆς

μῦρον" (*CWE* 32, p. 79, translates "Perfume on the lentils"). There Er. mentions as source first Gell. XIII, 29, 5, who refers to "illud de Varronis satura prouerbium τὸ ἐπὶ τῆς φακῆς μύρον", but prefers τὸ ἐν φακῆς μύρον, the reading of Hermolaus Barbarus in *Castigationes Plinianae* (Padua, G. Pozzi, 1973-79, 3, p. 1407, ed. princeps Rome, 1492-93) and in *In Dioscuridem corollariolorum libri quinque*, II, 330 (Cologne, 1530, p. 36; ed. princeps Venice, 1516); cf. *De cop. verb.* I, *ASD* I, 6, p. 40, l. 276 sq). In *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, *LB* IX, 783 B, Er. also writes τὸ ἐν φακῆς μύρον.

188-189 *sacrosancta hac philosophia* Cf. supra, p. 55, n.l. 22.

196 *ad vtrumque ... parati* Verg. *Aen.* II, 61: "in vtrumque paratus".

197-198 *Homines ... ducimus* Free quotation of Ter. *Heaut.* 77: "Homo sum; humani nihil a me alienum puto" (literally quoted in Ep. 1581, l. 44); this text was already generally known in antiquity, as is apparent from references and allusions (Otto, p. 165, s.vv. "homo" and "humanus, 4").

205-207 *Illic ... excussa* Cf. infra, p. 76, ll. 257-259.

[A] IN NOVVM TESTAMENTVM, PRIMVM AD GRAECAM VERITATEM,
 deinde [B] ad [A] vetustissimorum Latinae linguae codicum fidem, postremo ad
 probatissimorum scriptorum citationem et enarrationem quartum iam diligenter
 recognitum [B] cumque suis collatum fontibus, [A] adnotationes [E] DES. [A]
 5 ERASMI ROTERODAMI, in quibus [B] aperitur quibus locis nostra vulgata aeditio
 cum Graecorum voluminibus vel congruat vel dissonet, vbi deprauatur, vbi casti-
 gator. [A] Quod deprauatum erat, emendatur; quod obscurum, explanatur;
 quod anceps et impeditum, expeditur; [B] quod intolerabili soloecismo foedum,
 restituitur. [A] Et non solum id agitur, vt castigata sit lectio, sed ne in posterum
 10 quoque facile depruari possit.

LB I | EVANGELIVM secundum Matthaeum. Εὐαγγέλιον Graece sonat
 bonum nuncium. Quanquam Homerus in Odyssea hoc verbo est vsus pro prae-
 mio quod dari solet laetum adferenti nuncium. Igitur historiam euangelicam nec

3 quartum iam *D E*: om. *A B*, tertio *C*, quin-
 tum iam *BAS*.

5–7 aperitur quibus locis ... castigator *C–E*:

aperitur quibus in locis ... castigator *B*,
 ratio redditur veteris aeditionis aliquot
 immutatae *A*.

8 soloecismo V. supra, p. 47, introd., §9.

11–15 Εὐαγγέλιον ... *innouant* Εὐαγγέλιον is
 already used in both meanings, 'glad tidings'
 and 'reward for glad tidings', before the arri-
 val of Christianity in the 'Orakelwesen' and
 the cult of the emperors. V. e.g. *ThWNT* 2,
 p. 717 sq., L. Coenen, *Theologisches Begriffs-*
lexikon zum Neuen Testament (Wuppertal,
 1967), p. 296, and H. Balz – J. Schneider,
Exegetisches Wörterbuch zum Neuen Testa-
ment, 2 (Stuttgart, 1981), p. 176. Er. offers a

more extensive explanation of 'euangelium'
 in *Eccles.*, *ASD* V, 4, p. 427 sq.: "apud Grae-
 cos varie vsurpatur Euangelium. Interdum
 pro praemio quod datur laeta nunciandi,
 interdum pro monumento in laetae rei
 memoriam erecto. Ab his igitur distinguen-
 dum est et indicandum quid nobis proprie
 sit Euangelium: Promissio vitae aeternae per
 fidem in Christum Iesum".

12 *Odyssea Od.* xxiv, 152 and 166.

prophetiam vocauit nec aliud simile, sed rem nouam nouo vocabulo signauit, quemadmodum et [B] Christus [A] apostolis vocabulum innouarat.

[1] Liber generationis. Nominatiuus est absolute positus, ceu vice tituli. Nam Matthaeus et Marcus prophetico more ingressi sunt euangelicam historiam, siquidem prophetae solent a titulo exordiri: *Visio Esaiiae, filii Amos, et Verba Hieremiae, filii Helciae*. Ita et Marcus: *Initium Euangelii Iesu Christi*. Quanquam video Herodotum ad consimilem modum suam exorsum historiam [B]: Ἡροδότου Ἀλικαρνασσοῦ ἱστορίας ἀπόδεξις ἥδε, [A] et Lucianum libellum de Astrologia [B]: Ἀμφὶ τε οὐρανῶν, ἀμφὶ τε τῶν ἀστέρων ἡ γράφη. [A] Vt appareat gentis etiam fuisse consuetudinem. Quanquam hic titulus non est vniuersi argumenti; nec enim complectitur summam historiae euangelicae, sed initium ac fontem duntaxat. Filii Dauid, filii Abraham. Υἱοῦ Δαβίδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. Graecus sermo non nihil habet ambiguitatis; potest enim hic esse sensus: filii Dauid, qui Dauid fuit filius Abrahae; potest et sic accipi, vt intelligatur Christus esse filius vtriusque. Porro filium vocat nepotem, [B] quemadmodum fratres vocant Hebraei non solum iisdem prognatos parentibus, sed et alias ex eadem generis serie propagatos. [A] Illud obiter adnotandum, Matthaeum genealogiae recensionem accommodasse iis quibus scripsit hoc Euangelium. Scripsit enim Hebraeis, nimirum, [B] vt creditur, [A] Hebraice, quorum affectibus sciebat fore gratissimum, si perspexissent Christum esse filium Abraham ac Dauid, quorum memoria apud illos erat sacrosancta et ad quos de Christo praecesserat pollicitatio. Contra Lucas, quia gentibus scripsit Euangelium, ab Adam ad ipsum vsque Deum porrigit genealogiae seriem, vt intelligerent Christi gratiam non ad Iudaeos solum, sed ad vniuersum [B] quoque [A] mortalium genus pertinere. Indicauit hoc et Chrysostomus. Porro Dauid priorem nominat, non solum ob id, quo commodius citraque repetitionem genealogiae series texeretur, quam causam reddidit diuus Hieronymus, verumetiam quod huius esset apud Hebraeos et recentior et celebrior memoria, quod adfert Chrysostomus.

[2] Genuit Isaac. Ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, Graecus interpres, quisquis is fuit. Nam autore Hieronymo constabat olim hoc Euangelium a Matthaeo scriptum Hebraice fuisse, quod tamen Chrysostomus non audet asseuerare; sed: *dicitur*, inquit; quod quantumuis constet, ego tamen malim extare [B] quam constare. [A] Etiam si sunt qui putent a Ioanne versum in linguam Graecam. Etenim quantum ipse memoria consequor, nusquam Hieronymus [C] euidenter [A] indi-

15-16 innouarat. Liber C-E: innouarat. Matthaeus Hebraice sonat מְתַתֵּן hoc est donatus domino ipse, qui idem dicitur לֵוִי leui, quod Hebraice sonat additum siue applicatum. Liber A, innouarat. Matthaeus Hebraice sonat מְתַתֵּן hoc est donatus domino ipse, qui idem dicitur לֵוִי leui, quod

Hebraice sonat additum siue applicatum. Liber B.

18 siquidem prophetae B-E: qui A.

21-22 Astrologia B-E: Astrologia et Assyriorum dea A.

41 recentior E: reuerentior A-D.

42 Ἐγέννησε B-E: ἐγέννησεν A.

- 18 *Visio* ... *Amos Is.* I, 1.
- 18-19 *Verba* ... *Helciae Ir.* I, 1.
- 19 *Initium* ... *Christi Mc.* I, 1.
- 20-21 Ἡροδότου ... ἦδε Hdt. I, 1, 1 (the usual reading nowadays is Ἀλικαρνασσεός).
- 22 Ἀμφί τε ... γραφή Lucian. *Astr.* I: οὐρανοῦ; οὐρανοῶν is either a Hebraism (the plural occurs both in *LXX* and in the Greek *NT*, in the Our Father and elsewhere), or an error influenced by ἀστέρων.
- 22 *gentis* The people of Herodotus and Lucianus; cf. *infra*, p. 356, l. 131.
- 25 Δαβὶδ Spelling under the influence of the pronunciation of beta as the spirant v; this pronunciation "occurred sporadically between vowels from the Hellenistic period on and was generalised before the 7th century A.D." (Whitney Tucker, p. 45). Cf. *infra*, pp. 102, 201, 232, 306, 322, 374, 375 and 543, 374, 375 (nn.) ll. 872, 221, 975, 911-912, 313, 600, 621 and 603.
- 28 *filium vocat nepotem* Here "nepotem" is object, "filium" just as "fratres" predic. acc.
- 28-30 *fratres* ... *propagatos* Cf. p. 228, l. 915 sqq.
- 31-32 *Hebraeis* ... *Hebraice* V. *infra*, pp. 67 and 69, nn.ll. 44 and 47.
- 32-33 *quorum* ... *gratisissimum* Inspired not so much by Chrys. *Hom. in Mt.* I, 3, Migne *PG* 57, 17: οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀνέπαυε τὸν Ἰουδαῖον, ὡς τὸ μαθεῖν αὐτόν, ὅτι τοῦ Ἀβραάμ καὶ τοῦ Δαυὶδ ἔγγονος ἦν ὁ Χριστός, as by the Latin translation by Anianus, Migne *PG* 58, 981-82: "Nihil enim magis delectare Iudaeum poterat, quam si Christum Abrahae et Davidis nepotem esse diceret". For until 1522, Er. had at his disposal an incomplete copy of Chrys.' *Hom. in Mt.* and until 1522 used its Latin translation, first the edition of J. Wolff and W. Lachner, Basel, 1504 (v. Ep. 575, n.l. 36), afterwards the edition by Froben, Basel, 1517, in 5 volumes (Allen, introd. Ep. 2359), a copy of which he bought in 1519; the first eight homilies had been translated by Anianus (v. *infra*, p. 607), the others by Georgius Trapezuntius (1395-1484). Cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 93, n.l. 652, and *Resp. ad annot. Ed Lei*, *LB* IX, 141 C. I quote Trapezuntius from Ioannes Chrysostomus, *Opera*, 2 (Basel, Froben, 1547), Anianus usually from Migne *PG* 58, sometimes from the *Opera* (Basel, Froben, 1547). Cf. *supra*, p. 32, introd., n. 233.
- 38 *Chrysostomus Hom. in Mt.* I, 3, Migne *PG* 57, 17: ὁ μὲν Ματθαῖος, ἅτε Ἑβραίοις γράφων, οὐδὲν πλέον ἐζήτησε δεῖξαι, ἢ ὅτι ἀπὸ Ἀβραάμ καὶ Δαυὶδ ἦν. Ὁ δὲ Λοῦκας, ἅτε κοινῇ πᾶσι διαλεγόμενος καὶ ἀνωτέρω τὸν λόγον ἀνάγει, μέχρι τοῦ Ἀδάμ προΐων.
- 40 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 1, 1, *CCSL* 77, p. 7: "Si enim primum posuisset Abraham et postea David, rursus ei repetendus fuerat Abraham, vt generationis series texeretur".
- 41 *Chrysostomus In Hom. in Mt.* 2, 3, Migne *PG* 57, 27 (Τίνος οὖν ἔνεκεν τοῦ Δαυὶδ ἐμνημόνευσεν;), Chrys. mentions nothing about the reversed chronological order, although Anianus' translation does, Migne *PG* 58, 991-92: "cur ergo commemoravit priorem David?". The reading of "recentior" (*E*) is more in line with Chrys. than "reuerentior" (*A-D*). Cf. also *infra*, p. 70, l. 98 sq.: "recentem illius [sc. David] ac celebrem apud Iudaeos memoriam" and Er. *Paraphr. in Mt.* I, *LB* VII, 2 E: "quod huius [sc. David] recentior sit memoria".
- 42 *Graecus interpres* Sc. "vertit".
- 43 *Hieronymo De vir. ill.* 3, Migne *PL* 23, 613 B (v. *infra*, n.l. 47), *Praefatio in quatuor Evangelia*, Migne *PL* 29, 559 A; *Comm. in Is.* III, 6, 9-10, *CCSL* 73, p. 92; *Comm. in Hos.* III, 11, 1-2, *CCSL* 76, p. 121; *Comm. in Mt.* II, 12, 13, *CCSL* 77, p. 90. Cf. *infra*, p. 222, l. 735 sqq.
- 44 *Chrysostomus Hom. in Mt.* I, 3, Migne *PG* 57, 17: Λέγεται δὲ καὶ Ματθαῖος ... τῇ τῶν Ἑβραίων φωνῇ συνθεῖναι τὸ Εὐαγγέλιον. Anianus, Migne *PG* 58, 981-82: "Matthaeus ... Hebraeo dicitur Euangelium scripsisse sermone".
- 47 *Hieronymus* Cf. *LB* VI, 1, n.: "Fefellit Erasmus memoria; hoc enim disertè habet Hieronymus, in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, ad vocem 'Matthaeus'", referring to *De vir. ill.* 3, Migne *PL* 23, 613 AB (under the title *Vita Sancti Matthaei* incorporated as Preface to the *Annotationes*, in *LB* VI, *****3 r°): "Matthaeus, qui et Leui, ex publicano apostolus, primus in Iudaea propter eos qui ex circumcissione crediderant, Euangelium Christi Hebraicis litteris verbisque composuit; quod quis postea in Graecum transtulerit, non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum habetur vsque hodie in Caesariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime confecit. Mihi quoque a Nazaraeis, qui in Beroea vrbe Syriae hoc volumine vtuntur, describendi facultas fuit". Er. occasionally mentions the traditional belief that Matthew wrote in Hebrew; he refers in this context to the quoted text from Hier. *De vir. ill.* and to Hier. *Epist.* 20, 5, 4, *CSEL* 54, p. 110: "Matheus, qui euangelium

cat se vidisse Matthaei Euangelium Hebraice scriptum, maxime cum profiteatur se quatuor Euangelia ad Graecam veritatem emendasse [B] cumque in hoc vnum scripserit Commentaria. Tum quod in hoc Euangelio non pauca citentur ex libris Veteris Testamenti quae videantur ab ipsis fontibus dissidere. Vt vel haec occasio compulsura fuerit Hieronymum ad archetypum Matthaei confugere, maxime cum id aliis in locis frequenter, non admodum graui de causa, soleat gaudeatque facere. [A] Porro quis ex Hebraico sermone verterit in Graecum, ne id quidem vlllo modo cognitum. Adeo vacabat illa aetas omni ambitione. Sed vt coeperam, quisquis fuit interpres, Hebraicis nominibus diligenter suos addidit articulos, vt, quoniam barbarica sunt vocabula nec vlla casuum inflexione variantur, lector hoc modo sexum et casum posset distinguere: τὸν Ἰσαάκ, ἐκ τῆς Θάμαρ. [B] Iam illud minutius videri poterat quam vt admoneretur, nisi nunc potissimum in eo negocio versaremur, variare Graecos codices, in quibusdam addi ὡς ἐφελετικόν, in plerisque non addi: ἐγέννησε, non ἐγέννησεν. Siquidem Attici perpetuo addunt, siue sequatur consonans, siue vocalis, Iones contra. Argumento est illud apud Aristophanem in Pluto: καὶ μάντις, ὡς φασιν, σοφός. Etenim si φασί legas, non constabit metri ratio. Posterioris exemplum est illud Homericum, ἠτίμησ' ἀρητῆρα, pro ἠτίμησεν ἀρητῆρα, et quod passim est apud Graecos, ἔσθ' ὅτε pro ἔστιν ὅτε. Proinde non est quod ea res magnopere moueat lectorem, siue reperiat additum ὡς, siue secus. Etiam si nos communem Graecorum linguam in hoc secuti sumus, addito ὡς quoties sequitur vocalis, omisso quoties sequitur consonans, praesertim cum videremus in hoc plerosque Graecorum codices consentire.

[3] [A] De Thamar. Ἐκ τῆς Θάμαρ. [5] De Rahab. Ἐκ τῆς Ῥαχάβ. Mirum cur [B] interpreti Latino [A] magis placuerit praepositio *de* quam *ex*. Quis enim dicitur genuisse aut suscepisse filium 'de illa' ac non potius 'ex illa'? [C] Non quod nesciam alicubi reperiri 'de' positum pro 'ex' apud probatos autores. Verum et vitandum arbitror quod est inusitatum; et stultum fuerit, si quis putet hoc passim licere quod vno aut altero loco sibi permisit scriptor aliquis. Quis enim ferat, si quis dicat: 'Cognoui de literis tuis', cum Latine dicamus: 'Cognoui ex literis tuis'. [A] Caeterum Graeci, quoniam non habent quo aspirent vocalem nisi in principio dictionis, Hebraicam aspirationem π quomodo possunt, exprimunt per χ, sic: ϰηϰ, Ῥαχάβ. Et ad eundem modum hodieque sonant Iudaei, [D] sicuti narrant, [A] Hispani eam literam. [C] Certe Rachab scriptum comperi in bibliotheca illustrissimae D. Margaretae, foeminae supra sexus modum omni virtutum genere cumulatae planeque dignae et Maximiliano patre et Philippo fratre et Carolo Caesare Ferdinandoque nepotibus; quorum alterum eo felicitatis euexit fauor Numinis, vt vix ab homine sit optanda maior

79 hodieque B-E: et hodie A.

Hebraeo sermone conscripsit", *Epist.* 120, 4, 3, *CSEL* 55, 482: "Matheus, qui euangelium Hebraico sermone conscripsit", *Dial. adv.*

Pelag. III, 2, *CCSL* 80, p. 99: "In Euangelio iuxta Hebraeos, quod Chaldaico quidem Syroque sermone, sed Hebraicis litteris scrip-

- tum est, quo vtuntur vsque hodie Nazareni, secundum apostolos, siue, vt plerique autumant, iuxta Matthaeum, quod et in Caesariensi habetur bibliotheca," and *Comm. in Mt.* II, 12, 13, *CCSL* 77, p. 90: "In euangelio quo vtuntur Nazareni et Hebionitae, quod nuper in Graecum de Hebraeo sermone transtulimus et quod vocatur a plerisque Mathei authenticum". But Er. thinks it more probable that Matthew wrote his gospel in Greek. Cf. *infra*, pp. 102, 140, 176 and 212, ll. 846 sqq., 713 sq., 575 sqq. and 485 sqq. ad *Mt.* 2, 6; 5, 22; 8, 23, and 12, 13, Ep. 844, l. 101 sq., *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB* IX, 131 AB, and *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun., ASD* IX, 2, p. 72 sqq., l. 225 sqq. For "Euangelio iuxta Hebraeos" v. *infra*, p. 271, n.l. 961–962, ad *Mt.* 19, 19, for "euangelio quo vtuntur Nazareni et Hebionitae" v. *infra*, p. 213, nn.l. 486, ad *Mt.* 12, 13.
- 48–49 *profiteatur ... emendasse* V. Hier. *Praefatio in quatuor Euangelia*, Migne *PL* 29, 558 sq.: "Sin autem veritas est quaerenda de pluribus, cur non ad Graecam originem reuertentes, ea quae vel a vitiosis interpretibus male edita vel a praesumptoribus imperitis emendata peruersius vel a librariis dormitantibus addita sunt aut mutata, corrigimus? ... Igitur haec praesens praefatiuncula pollicetur quattuor tantum Euangelia ... codicum Graecorum emendata collatione sed veterum".
- 50 *Tum quod* Introduces in various ways an additional motive after l. 48: "maxime cum", and l. 49: "cumque".
- 54–55 *Porro ... cognitum* Cf. Hier. *De vir. ill.* 3, quoted *supra*, p. 67, n.l. 47.
- 58 *Θάμαρ* Er. does not place the accent either here or in *Nov. Test.* as in *Mt.* 1, 3 (*Θαμάρ*), but as in *Gn.* 38, 6 sqq.
- 60–62 *ν ἐφελετικόν ... contra* The opinion which Er. here exhibits, is not in accordance with modern views. According to Blass-Debrunner, p. 17 sq., there is no set rule in Ionic-Attic inscriptions for the classical period for the use of the movable ν; it is primarily used before a pause and since the 5th century increasingly to avoid a gap. In Hellenistic Greek it was favourite; it is nearly always used in the leading MSS. of *NT*, irrespective of whether a consonant or a vowel follows or the word is at the end of a sentence. Cf. Schwyzer, I, p. 405.
- 62–64 *Argumento ... ratio* In Aristoph. *Plut.* II φασιν occurs before a pause; Er.'s explanation is therefore not correct.
- 64–65 *ἡτίμησ' ἀρητιῆρα* Hom. *Il.* I, 11.
- 70 *Θάμαρ* V. *supra*, n.l. 58.
- 73–76 *Non ... tuis* Added in 1522 under the influence of Stun.; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun., ASD* IX, 2, p. 77 sq., ll. 340–54. Rummel, *Catholic Critics*, I, p. 151.
- 73–74 *probatos autores ThLL* 6, 2, 1978 sq., mentions s.v. gignere only Ov. *Met.* XIV, 616 sq. ("de quo [sc. Tiberino] ... geniti"), Gell. XIII, 4, 3 ("genitum ... de loue"), and Aug. *Civ.* XVI, 28 ("de adulescentula gignere" and "de ... femina gignere").
- 79 *hodieque* In the meaning of 'hodie quoque' since the post-Augustan period, in, among others, Hier. (in texts quoted *infra*, pp. 107 and 524, n.ll. 968–973 and l. 87, among others). Cf. *infra*, p. 122, l. 315.
- 80 *sonant* 'they pronounce'.
- 81 *bibliotheca ... Margaretae* The library in the palace of Margareta of Austria, regent of the Netherlands, in Mechlin; cf. *supra*, pp. 6, introd., §3, and 54, l. 25 sq.
- 81 *D. dominae*.
- 82 *Maximiliano* Maximilian I of Austria (* 1459, † 1519), Emperor of the Holy Roman Empire from 1493 till 1519, father of Margareta of Austria. V. *supra*, p. 6, introd., §3.
- 83 *Philippo* Philip the Handsome (* 1478, † 1506), son of Maximilian I of Austria, who in 1497 married Johanna of Aragón, daughter of Ferdinand of Aragón and Isabella of Castilia; he was the father of Charles V and Ferdinand I (v. *infra*, nn.l. 83), Archduke of Austria, from 1482 Duke of Burgundy, Brabant, Lorraine, and Luxemburg, count of Flanders, Artois, Hainault, Holland and Sealand and Margrave of Namur, from 1504 King of Castilia. *Contemporaries*, 2, p. 411, *Grote Winkler Prins: encyclopedie* (Amsterdam-Antwerpen, 1990–1993³), 9, p. 74 sq.
- 83 *Carolo Caesare* Charles V (* 1500, † 1558), Lord of the Netherlands from 1515, King of Spain from 1516, chosen as King of the Romans in 1519, crowned by the Pope as Emperor of the Holy Roman empire and King of Italy in 1530; he abdicated in 1555 for the Netherlands, in 1556 for Spain.
- 83 *Ferdinandoque* Ferdinand I (* 1503, † 1564), from 1519 administrator for Charles V of the Austrian hereditary lands, from 1526 King of Bohemia, from 1531 King of the Romans and Emperor elect, from 1556 (in fact, formally not until 1558) Emperor of the Holy Roman empire.
- 83 *nepotibus* 'nephews'.
- 84 *alterum* Charles V.
- 84 *fauor Numinis* Cf. Ep. 384, l. 6: "diuini numinis ... benignitas".

85 felicitas, alter sic ornatus est omnibus heroicis vereque regiis dotibus, vt nulla
possit accidere tam ingens fortuna, quae veris et propriis illius bonis non videatur
inferior. Atque vtinam exemplum Margaretae vel viri imitentur malintque
quod datur vacui temporis a negociis, lectione bonorum voluminum consumere
quam lusibus aut inanibus fabulis terere. Codex est insignis, totus aureis
90 conscriptus literis. Seruatur Mechliniae, si quis forte volet fidei meae periculum
facere. [A] Indicauit et hoc Hieronymus alicubi. [D] Theophylactus dubitare
videtur an haec fuerit Rhaab quae exceperit exploratores Hebraeos Hierichonte;
sic enim loquitur: *'putant quidam'*.

[6] [A] Dauid regem. Interpres addidit articulum, τὸν βασιλέα, veluti discernens eum ab alio quopiam Dauid qui non fuerit rex, vel hoc agens, vt hic insignite rex intelligatur, cum alios multos reges commemoret, nulli tamen asscribens regii cognominis honorem. At mox cum Dauid repetit, inculcat ad eundem modum regis cognomen articulo praemisso, vt recentem illius ac celebrem apud Iudaeos memoriam tituli quoque honore commendaret. [C] Porro si ideo addidit articulum, quod hic primus omnium rex fuerit eorum qui recensentur in genealogia, sufficebat addere βασιλέα, sine articulo. [A] Ex ea quae fuit Vriae. Ἐκ τῆς τοῦ Οὐρίου, id est 'ex vxore Vriae' siue 'ex ea quae fuerat vxor Vriae'. Nam in huiusmodi Graecus articulus fungitur vice nominis quod subauditur. Cum autem paulopost vertat τὸν τοῦ Ζεβεδαίου 'filium Zebedaei', [C] quemadmodum scriptum comperi in nonnullis exemplaribus, [A] quae tandem erat religio hic vertere 'vxorem Vriae'? Illud adnotandum, cur maluerit hac nota signare Bethsabee quam proprio vocabulo, siue quod res ipsa notior esset ipso mulieris nomine, siue quod [B] ad [A] mysterium Christi et ecclesiae pertinebat eius facti refricuisse memoriam.

110 [11] In transmigratiōne Babylonis. A nobis quidem satis percipitur sensus, sed quibus ex Hebraeorum annalibus cognitum est Iudaeorum gentem per Nabuchodonosor regem Babylonem ductam fuisse captiuam ac rursus per Esdram suis sedibus restitutam. Caeterum ex his verbis nihil aliud intelligi potest quam vel Babylonem ipsam aliquo demigrasse vel Babylonem alios aliquo traduxisse, si 'transmigrationem' vsurpes actiue. Atqui sermonis vsus in hoc adhibetur, vt per eum cognoscant discantque rem ii quibus antea fuerat incognita, non vt agnoscamus ac diuinemus quod prius noueramus. Recte monet Fabius amphibologias esse vitandas, quoad fieri potest, etiam si sensus nihil recipiat ambiguum; veluti si quis dicat: 'video struthiocamelum deglutire ferrum'. Nec enim
120 periculum est, ne ferrum deglutiat struthiocamelum. Id igitur multo magis cauendum, quoties aut anceps redditur sententia aut absurda aut nulla. [B] De quo diligenter admonet Augustinus libro De doctrina christiana tertio. [A] Verti poterat: 'posteaquam demigratum erat Babylonem' et 'cum demigrassent Babylonem' aut 'posteaquam deducti fuerant Babylonem', si cui placet μετακτεῖν vsurpare
125 transituiue, aut 'in demigratiōne Babylonica'. Quanquam planius etiam erat 'in exilio' seu 'captiuitate Babylonica' et 'post exilium' aut 'captiuitatem Babylonica'; siquidem euangelista rei acerbitatem verbi lenitate temperauit, captiuitatem

et exilium 'demigrationem' appellans, μετακεισίων, quod conuenit et in eos qui sua sponte sedes ac domicilia mutant. Et hoc quoque tempus quod actum est apud Babylonios, imputari in rationem genealogiae putat Chrysostomus. [D] Porro transmigrandi verbum est apud Suetonium in Tiberio Caesare, tametsi 'demigrare' Latinius est, quemadmodum idem dixit: *transportauit* pro 'deportauit'.

[12] [A] Iechonias genuit Salathiel. Admonet diuus Hieronymus, si Iechonias [E] hic [A] ad finem superioris τεσσαραδεκάδος referatur, in proxima non esse quatuordecim, sed tredecim duntaxat. Vnde putat hunc Iechoniam, qui

97 At B-E: Ac A.

104-105 Zebedaei ... quae C D E: Zebedaei: quae A-C.

107 Bethsabae B-E: Bersabeae A.

112 Babylonem B-E: in Babylonem A.

114-115 alios aliquo traduxisse B-E: alios alio traduxisse A.

124-125 aut posteaquam ... Babylonica B-E: aut, vt nos vertimus, in transmigationem in

Babylonem A.

134 Admonet A-D E: admouet E.

136-138 Vnde ... filium E: Vnde ... est Salathiel serie postremum recensuit, sed illius filium A-D, Vnde ... Iechoniam qui genuit Salathiel, non fuisse ... penultimum recensuit, sed eius Iechoniae, qui illic postremo loco positus est *Loca*.

85 alter Ferdinand I.

89 *Codex* The 'codex aureus'. V. supra, p. 6, introd., §3.

91 *Hieronymus* Hier. writes about the transcription of the π (ἡε) in Greek in *Hebr. quaest. in Gn.*, ad Gn. 41, 2, *CCSL* 72, p. 47.

92 *Rhaab* Spelling in imitation of *LXX* (*Ios.* 2,1 sqq.: 'Ραάβ) and of Theophyl. *Enarr. in Mt.* 1, 3-5, Migne *PG* 123, 152 C: 'Ραχάβ νομιζουσί τινες εἶναι τὴν 'Ραάβ ἐκείνην τὴν πόρνην, ἣτις τοὺς κατασκόπους ἐδέξατο τοῦ 'Ιησοῦ τοῦ Νουῦ.

97-98 *inculcat* ... *praemisso* In the Greek text of *Mt.* 2, 6 in *Nov. Test.* the next sentence begins with Δαβιδ ὁ βασιλεύς; in modern editions ὁ βασιλεύς does not occur.

98-99 *recentem* ... *memoriam* Cf. supra, p. 66 sq., l. 41 and n.l. 41.

99-101 *Porro* ... *articulo* Added under the influence of *Stun.*; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 78, ll. 366-82, particularly ll. 376-77: "Nam Dauid regem fuisse declarasset, etiam si citra articulum dixisset: Dauid βασιλέα".

102 *ex ea* ... *Vriae* The reading of *Nov. Test.*

103 *huiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.

104 *paulopost Mt.* 4, 21: 'Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου; (*Vg.*): "Iacobum Zebedaei".

105-106 *religio* "(religious) scruple".

107 *Bethsabae* In *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 80, l. 392 sqq., Er. explains the reading *Bersabeae* in *A* as a printer's error; he does not refer to *LXX*, which always reads

Βηρσαβεε.

112 *Babylonem ductam* Cf. 2 *Rg.* 25, 11 sqq. and 2 *Chr.* 36, 20.

113 *sedibus restitutam* Cf. *Esr.* passim.

117 *Fabius* Quint. *Inst.* VII, 9 sq. The example which Er. uses in l. 119 ("video ... ferrum"), does not occur there.

122 *Augustinus Doctr. chr.* III, 1, 1-4, 8, *CCSL* 32, pp. 77-82.

131-133 *Porro* ... *deportauit* "'demigrare' is classical, 'transmigrare' late and Christian Latin" (*Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 81, n.l. 422). *Suet. Tib.* 15, 1: "in hortos Maecenatianos transmigravit"; *Aug.* 65, 4: "Agrippam ... in insulam [sc. Planasiam] transportauit saepsitque insuper custodia militum". It is therefore a euphemism for 'to banish'.

135-138 *hic* ... *pater* ... *Iechoniae* Er. already announces the alterations of 1535 in *Loca*, p. 239: "pag. 3. Iechonias genuit Salathiel. Reperi hanc annotationem et mendosam et perturbatam. Vnde sic lege, versu ab annotationis initio 3. Vnde putat hunc Iechoniam qui genuit Salathiel, non fuisse filium Iosiae, quem in proxima serie penultimum recensuit, sed eius Iechoniae, qui illic postremo loco positus est. etc. Facit enim duos Iechonias patrem clausulam prioris tesseradecadis, et filium principem sequentis".

134 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 1, 12, *CCSL* 77, p. 9.

est pater Salathiel, non fuisse filium Iosiae, quem in proxima serie penultimum recensuit, sed illius Iechoniae filium; caeterum Iechoniam vocari qui idem vocetur Iehoiachim; verum patrem a filio distingui duabus literulis. Nam illum
 140 יהויקים Iehoiakim dici per ק et ם – id est per k et m –, hunc יהויכין Iehoiachin per כ, ch, et ן, n. Tametsi fatetur hanc scripturae differentiam apud Graecos pariter ac Latinos scriptorum vitio et longitudine temporum prorsus esse confusam; alioquin et בַּת־שֶׁבַע Bathscheba pro Betsabee dicendum, vnde ne nos quidem quicquam ausi sumus immutare.

145 [16] Virum Mariae. Τὸν ἄνδρα Μαρίας. Dicere poterat et aequè Latine et haud scio an verecundius: 'maritum Mariae'. Etiam si non sim nescius et apud Latinos inueniri 'virum' pro 'marito'. Nam haec affinitatis sunt nomina, non coitus. [C] Quod si quis abhorret a vocabulo mariti, audiat Augustinum ita loquentem libro aduersus Faustum xxiii.: *Primo, inquit, quia maritus eius fuerat, propter virilem sexum potius honoranda persona. Neque enim quia concubitu non permixtus, ideo non maritus.* [A] Porro quae Valla cauillatur hoc loco de Maria et Mariam, minutiora iudicauì quam vt his lectorem voluerim onerare, praesertim cum si qui forte requirant, ab illius commentariis [B] per nos olim aeditis [A] petere possint. De qua natus est Iesus. Ἐξ ἧς ἐγεννήθη, 'ex qua genitus fuit Iesus'. Est
 155 enim passiuum eius verbi quod toties vertit genuit, ἐγέννησεν. Nihil enim est quod quenquam moueat ille scrupulus, improprie dici gignere mulierem, cum idoneis argumentis declarauerit Valla tum apud Graecos, tum apud Latinos 'gignere' et 'gigni' tam mulieri competere quam viro. Nec abs re ridet hoc in loco quorundam inscitiam, qui velut oraculum pronunciant discrimen inter has duas
 160 praepositiones 'de' et 'ex'; quasi sic loquendum sit perpetuo: 'conceptus de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine', cum apud Graecos eadem sit praepositio ἐξ, quam interpretes suo arbitratu nunc *de* vertit, nunc *ex*, vtcunque visum fuerit.
 LB 4 Certe | hic locus palam refellit friuolam et commentitiam [B] illorum [A] distinctionem. Qui vocatur Christus. Ὁ λεγόμενος Χριστός. Quoniam apud
 165 Hebraeos plures fuerunt huius nominis, vt Iesus filius Naue et Iesus sacerdos, idcirco cognomine addito discreuit a caeteris. [B] Quanquam video doctos aliquot in hac esse sententia, vt existiment seruatoris nostri Iesu [C] nomen [B] nonnihil diuersum esse a ducis Iesu et Iesu sacerdotis vocabulo, quod Hebraeis scribitur יהושע; caeterum nostri Iesu nomen iisdem scribi literis quibus olim inefabile Dei nomen signabatur, interposita vna duntaxat consonante sin. Quod vtinam tam doceri possit solidis argumentis quam dictu plausibile est et gratiosum auribus Christianorum. Optarim equidem vel hanc vnam ob causam extare Euangelium Matthaei verbis et literis Hebraicis scriptum. Quod si esset, nil negotiū foret hanc de nomine Iesu opinionem vel refellere vel astruere. [A] Porro
 175 Christus Graece 'vnctum' significat, quo vocabulo Hebraei signant regem, quod apud illos inungi soleant qui regni susciperent honorem, atque hoc nomine suum illum nimium iam diu expectatum appellant מָשִׁיחַ, Messiah, Hebraei, vno vocabulo simul et regis et sacerdotis dignitatem explicantes. Nam vtrique communis est vnctio et vtraque dignitas vni competit Christo. [B] Illud tametsi leuiculum

180 est, tamen obiter admonuisse non abs re fuerit clericorum vulgus in templis primam Christi syllabam exilem sonare – hoc est: per cappa, non per chi –, vt quoties Christum vocandi casu compellant, cristas alloqui videantur, non Christum. Atqui non offenditur ille barbarismis, fateor, at idem non delinitur. Detur sane venia iis qui per inscitiam simpliciter errauerint. At si iure optimo tantum hono-

185 ris defert ecclesia huic nomini, vt eo pronunciato corpus inflectat, caput aperiat, genua curuet qui sit piaie mentis, non grauabitur, opinor, tantillum operae sumere, vt voces illas sacrosanctas, quantum in ipso est, integre et emendate pronunciet. Et sicuti christianae mansuetudinis est non acerbius insectari conuiciisue percellere simpliciter errantium imperitiam nec in huiusmodi leuculis erratis atroces mouere tragoedias, ita rursus christianae simplicitatis est eruditorum monitis libenter obsequi. Alioqui si quis admonitus obstinate persistat in erratis ac monitorem cui gratiam debebat, vltro rideat et incessat atque id denique postulet, vt illi secum errent potius – hoc est, vt videntes caecum sequantur errantem citius quam ipse errorem mutet –, quis non intelligit quantum hic absit ab

190 illa christiana simplicitate cui venia debebatur? Et si Deus odit fastuosam peritiam, quantopere tandem credimus illum auersari superciliosam et intractabilem inscitiam? Non ferant ipsi, si quis pro Petro Phetrum aut pro Philippo Pilippum appellet; nec aliam ob causam id non ferant, nisi quia sic ipsi non soleant loqui. Et tamen in iis in quibus foedior est lapsus, admoneri se non patiuntur.

140 יהויקים CD: יהויקים A B, הויקים E.

140 יהויכין D: יהויכין A, יהויכין B C, יהויכין E.

141 fateor B–E: fateor A.

143 בת־שבע A–C: בת־שבע D E.

143 Betsabee C–E: Bersabeae A, Bersabee B.

152 onerare E: onerari A–D.

169 יהושע D: ישוע B C, יהושע E.

173 nihil E: nihil B–D.

177 קשיח C–E: משיח A, משיח B.

187 quantum in ipso est C–E: quoad potest B.

195–196 peritiam C–E: imperitiam B.

148 *Augustinum Contra Faust.* XXIII, 8, CSEL 25, p. 713 (“mariti”) instead of l. 151: “maritus”).

151 *Valla Annot.*, Garin, 1, p. 803, col. 2, sq.

153 *per nos olim aeditis* Valla’s *Annotationes in Nouum Testamentum* were first published by Er., Paris, 1505 (v. supra, p. 3, introd., §2).

157 *Valla Annot.*, Garin, 1, p. 804, col. 2 sq.

160–161 *conceptus ... virgine* This text occurs in fragments of a creed from southern Gaul (6th–7th century) and, with the addition of “est”, in German, French and Roman creeds from the 7th century on. Denzinger, p. 26, nos. 25, 27 and 28, and p. 30, No. 30.

165 *Iesus filius Naue* Josua, the son of Nun, the successor to Moses; v. *Ios*.

165 *Iesus sacerdos* Josua the high priest (*Sir.* 49, 14, *Hgg.* 1 and 2, and *Zch.* 3, 1–9, and 6, 11).

167 *seruatoris* Cf. infra, p. 465, n.ll. 514–515.

170 *duntaxat consonante sin* LB VI, 4 n.: “Et pro ה posita adspirata χ, quae non sunt temere miscendae, quamuis aliquando

confundantur”.

172–173 *Optarim ... scriptum* Valla wrote in *Annot.*, Garin, 1, p. 803, col. 2: “Hebraice scripsit Mattheus”.

179–199 *Illud ... patiuntur* In 1519 Er. adds a comparable passage to *Annot. in Ioh.* 14, 26 (*LB* VI, 399 B–E); there he refers to the pronunciation of Christ as crista, of Philippus as Pilippus and Ferdinandus as Perdinandus. Cf. Er. *De cop. verb.* I, *ASD* I, 6, p. 36, l. 194 sqq. (“Barbaries autem etiam vitiosa scriptura aut pronunciatione committitur, vt si quis ... ‘Christum’ dicat ‘Cristum’ ...”), *De pronunt.*, *ASD* I, 4, p. 78, l. 115 sqq. (“Verum quod ... pro *Christe* [Bataui] sonamus ‘Criste’, ... quis feret? ... Nemo, nisi qui nescit discrimen inter ‘Christum’ et ‘cristas’”) and *Capita*, *LB* VI, **3 v^o: “Imo vel in templis exsibarent omnes, si Diaconus pro ‘Filio’ legat ‘Pilio’ aut pro ‘Philippo’ ‘Pilippum’”.

190 *tragoedias* Cf. supra, p. 49, introd., §10.

200 [17] [A] Omnes generationes. Πᾶσαι γενεαί. Graeca vox πᾶς anceps est ad omne, ad quidlibet et ad vniuersum, vnde hic magis quadrabat vniuerso, quandoquidem significatur rei summa. Generationes quatuordecim. Origenes in Commentariis quos scripsit in epistolam ad Romanos, et diuus Hilarius in expositione canonis in Matthaëum indicant a Dauid vsque ad id temporis quo
 205 deducti sunt Babylonem, non quatuordecim, sed septemdecim deprehendi generationes, idque neque mendacio neque negligentiae vitio, sed consulto factum, vt tres in medio generationes praeteritae fuerint. Nam iuxta Matthaëum Ioras genuit Oziam, cum is quartus ab illo sit. Siquidem, vt refertur libro Regum quarto, Ioras genuit Ozochiam, Ozochias Ioan, Ioas Amasiam, Amasias Oziam,
 210 quem eundem nonnunquam et Azariam vocant. Origenes contemnit literam idque facit suo more. Hilarius ideo putat praeteritas, quod Ioras ex gentili foemina suscepisset Ozochiam; praeterea quia per prophetam erat praedictum non sessurum in throno regni Israelis vsque ad quartam generationem, labem ethnici generis, euangelista voluit abolere silentio. Sed haec ad institutum proprie non
 215 pertinent, praesertim cum consentiant omnium Graecorum et Latinorum exemplaria. Nam quod scribit Hilarius in quibusdam inueniri codicibus, de Regum libris sentit, opinor. Verum hac de re diligentius tractat diuus Hie|ronymus hunc enarrans locum. Illud expendat diligens lector qui conueniat hic euangelistam offensum fuisse quorundam impietate, cum ante Ruth posuerit et vxorem Vriae
 220 et Rahab, scelere nobiles foeminas.

[18] Christi autem generatio. Ἡ γέννησις. Mea sententia rectius erat 'natiuitas' quam *generatio*, vel ob id, quo vitaretur amphibologia, etiam si nobis non est ambiguum. Alioqui *generatio* non solum ad nascentem, verumetiam ad generantem pertinet. Et Latinius erat 'sic habebat' quam *sic erat*, sensu nihil
 225 immutato. [C] Leuiculum est quod in Graecis codicibus habetur 'Iesu Christi', τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Suspicio autem additum 'Iesu' vel a scriba vel ex consuetudine recitationis ecclesiasticae. Nam neque Chrysostomus quicquam attingit de nomine Iesu, cum de Christo – hoc est 'Messia' – faciat mentionem. Et ad contextum sermonis non perinde congruit additum 'Iesu' nomen. Sic enim
 230 habet: *Et a transmigratione Babylonis vsque ad Christum generationes quatuordecim. Christi autem generatio sic erat.* Repetitur vox Christi e proximo. [A] Eleganter autem hac ceu praefatiuncula excitauit auditoris animum, rem inauditam ac prodigiosam narraturus. Cum esset desponsata. Deest apud nos coniunctio γάρ, id est 'enim': μνηστεύθεισος γάρ. Quanquam ea nihil habet momenti, nisi
 235 quod narrationem cum pollicitatione praecedenti connectit. Est autem apud Graecos vox ei rei quam declarat, accommodatior magisque peculiaris. Siquidem illi μνηστῆρας vocant qui puellae nuptias ambiunt – qui Latinis dicuntur proci –, et μνηστεύειν 'tradere sponsam proco'. Mater Iesu Maria. 'Mater eius' est Graece. Nam Christi paulo ante meminit, ne videatur de alio quopiam ordiri sermonem, τῆς μητρὸς αὐτοῦ. Atque ita scriptum legitur in peruetustis Latinorum
 240 exemplaribus, [B] nominatim in duobus quae mihi in secunda recognitione aderant, Paulino et Corsendoncensi; [C] itidem in aureo codice Margariae, consen-

245 tientibus quatuor vetustissimis exemplaribus quae nobis praebeuit collegium diui Donatiani Brugis. [A] Et ad eum modum citat Origenes [B] in homilia quae vulgo legitur in cultu ecclesiastico, [A] variis nominibus explicans vim eius pro-

204-205 vsque ad ... Babylonem B-E: vsque ad transmirationem Babylonis A.

220 Rahab B-E: Rachab A.

222 vitaretur amphibologia B-E: vitaret amphibologiam A.

241 secunda C-E: hac posteriore B.

245-247 pronominis 'eius' ... Priusquam D E:

202-203 *Origenes Comm. in Rom.* I, 5, Migne PG 14, 851 BC; cf. infra, n.l. 210.

203-217 *Hilarius ... opinor In Mt.* 1, 2, SC 254, p. 94: "... sed in hoc non mendacii aut negligentiae (cf. l. 206 sq.: "neque ... vitio") vitium est. Tres enim [generationes] ratione praeteritae sunt. Nam Ioram genuit Ochoziam, Ochozias vero genuit Ioam, Ioas deinde Amasiam, Amasias autem Oziam. Et in Matthaeo Ioram Oziam genuisse scribitur, cum quartus ab eo sit, hoc ita quia ex gentili femina Ioram Ochoziam genuit, ex Achab scilicet domo, dictumque erat per prophetam non nisi quarta generatione in throno regni Israel quemquam de domo Achab esse sessurum. Purgata igitur labe familiae gentilis (cf. l. 213 sq.: "labem ethnici generis") tribusque praeteritis, iam regalis in quarta generationum consequentium origo numeratur. Quod autem vsque ad Mariam generationes quattuordecim esse scribuntur, cum in numero tredecim reperiantur, nullus esse error poterit scientibus non eam solum esse Domino nostro Iesu Christo originem quae coepit ex Maria, sed in procreatione corporeae natiuitatis aeternam significantiam comprehendit". The passage "quod scribit Hilarius ... codicibus" (l. 216) may be explained by what is written in the notes (f) and (h) ad "Quod autem ... reperiantur" in Migne PL 9, 920 sq.

208 *Regum* 2. Rg. 8, 24 sq.; 11, 2 sqq.; 12, 21 and 14, 1 sqq.; 14, 21 and 15, 1 sqq.

210 *Origenes Comm. in Rom.* I, 5, Migne PG 14, 851 C: "Cuius rei dissertio, certum est quod non secundum historiam, sed secundum spiritalem intelligentiam constet; quae non est nobis nunc in transitu pulsanda: in suo enim loco tangetur". According to Migne (PG 14, 851-852, n. 36) Orig. proba-

bly wrote about this in book 1 of his *Comm. in Mt.*, that is lost.
214 *institutum* V. supra, p. 48, introd., §10.
217 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 1, 17, CCSL 77, p. 8 sqq.
221-543 *Christi ... animadvertere* Bludau writes, p. 51, that the treatment of some sections, such as *Mt.* 1, 18-22, *Mc.* 10, 8, and *Lc.* 2, 23, strikes us as offensive, but that this does not appear to have been the case in Er.'s time.

225-231 *Leuicum* ... sic erat Added in 1522 under the influence of Lee; cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 125 A and 128 E: "Cum in prioribus schedis, quas habebat Ioannes Atensis ..., paucis duntaxat verbis adnotassem vbi nos legimus, 'Christi generatio sic erat': apud Graecos haberi, 'Iesu autem Christi generatio sic erat': Leus rem prolixa disputatione dilatat, meque meo, vt ait, iugulat gladio ... Vt ne dicam, in 'Christi' vocabulo et 'Iesu' nomen com-

prendi. Denique negat se velle vt libris Latinis hic addatur nomen 'Iesu', quamuis sacrosanctum, quasi protinus hoc futurum esset, ni Leus fieri vetuisset." Cf. Rummel, *Nameless Critics*, p. 55.

227 *Chrysostomus* But *Hom. in Mt.* 4, 2, Migne PG 57, 41: Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν. Anianus, Migne PG 58, 1007-08: "Iesu Christi autem generatio sic erat".

229-230 *Sic enim habet* Sc. Vg.
238 *Mater eius* τῆς μητρὸς αὐτοῦ.
244 *Origenes In vigilia natalis Domini adonomam lectio sancti Euangelii secundum Mt.*, GCS 12, 1, p. 239: "mater", inquit, 'eius': mater immaculata, mater incorrupta, mater intacta. 'mater eius': cuius 'eius'? mater Dei vnigeniti, Domini et regis omnium, plasmatoris et creatoris cunctorum ...".

229-230 *Sic enim habet* Sc. Vg.
238 *Mater eius* τῆς μητρὸς αὐτοῦ.
244 *Origenes In vigilia natalis Domini adonomam lectio sancti Euangelii secundum Mt.*, GCS 12, 1, p. 239: "mater", inquit, 'eius': mater immaculata, mater incorrupta, mater intacta. 'mater eius': cuius 'eius'? mater Dei vnigeniti, Domini et regis omnium, plasmatoris et creatoris cunctorum ...".

nominis 'eius'. Neque secus legit Chrysostomus homilia in Matthaenum quarta
 cumque hoc Theophylactus. Priusquam conuenirent. Πρὶν ἢ συνελθεῖν.
 Verecunde significat coniunctionem vxoris et mariti. Alioqui conueniunt potius
 qui concordant aut qui in eundem congregantur locum. 'Congredi' tamen et
 250 'congressum' legimus pro consuetudine mariti et vxoris. Quanquam et 'coire',
 quondam verbum verecundum, postea factum [B] est [A] vsurpatione parum cas-
 tum. Eos vero qui ex hoc loco sumunt ansam insaniendi, vt dicant Mariam
 postea more vulgari foeminarum peperisse filios, abunde refellit Hieronymus scri-
 bens aduersus Heluidium et [B] Chrysostomus hunc edisserens locum. Denique
 255 [A] suffragatur [B] et [A] Laurentius exemplis aliquot ex ethnicorum quoque
 libris in medium adductis. Nam id additum est ab euangelista, non vt quod secu-
 tum esset, significaret, sed vt inusitatae rei miraculum aperiret. Perinde quasi
 dicat aliquis iudices de causa pronunciasse, priusquam causam cognoscerent;
 cum iuxta solennem morem prius audiant iudices, quam ferant sententiam. [C]
 260 Qui sic loquitur, non hoc sentit, iudices cognouisse causam, posteaquam tulerint
 sententiam. [A] Vt igitur illic 'priusquam causam cognoscerent' nihil aliud est
 quam 'non cognita causa' et 'citra causae cognitionem', ita hic 'priusquam coi-
 rent' nihil aliud est quam 'sine congressu connubiali' siue 'absque coitu'. Caete-
 rum vt res est gesta, ita narrat euangelista, [B] non vt ipse nouerat. [A] Nondum
 265 intelligebat Ioseph mysterium; grauidam videt; congressum non intercessisse
 nouit et idcirco nondum euangelista pronunciat virgineum esse conceptum,
 donec angelum id aperientem producit. Quis enim hominum suspicaretur mulie-
 rem e Spiritu coelesti concepissee foetum humanum? Sed minus offendiculi habi-
 turus erat sermo, si vertisset per praeteritum tempus: 'priusquam conuenissent'
 270 siue, vt nos vertimus, *priusquam congressi fuissent*. Siquidem mollius est 'prius-
 quam cognouissent causam, damnauerunt reum', quam 'priusquam cognosce-
 rent'. Iam enim magis videtur cognitio sequutura. Inuenta est in vtero
 habens. Εὐρέθη. Cur non potius 'deprehensa est' aut certe 'reperita'? Nam inue-
 nimus quod quaerimus, deprehendimus quod latebat, praesertim in flagitiis.
 275 Reperimus vel casu obuia vel praeter spem oblata. Porro participium ἔχουσα vice
 verbi infiniti positum est: 'deprehensa est habens', pro eo quod est 'deprehensa
 est habere'. [B] Annotauit super hoc verbo nonnihil et Chrysostomus homilia
 quarta, significans id reperiri quod nouum praeter spem ac praeter expectationem
 compertum sit. [A] Mirum est autem quam ob causam interpretem Latinum
 280 delectauerit ea περίφρασις *in vtero habens* pro 'grauida' siue 'praegnante', cum
 haec non solum idem significant, sed et verecundius. Nam 'ferre vterum' dicunt
 Latini. [B] Quanquam enim 'in vtero habere' Graecis eleganter et vsitate dicitur,
 at Latinis non itidem. Proinde Matthaeus, aut huius interpres Graecus, eleganter
 285 dixit: ἐν γαστρὶ ἔχουσα. Quandoquidem Athenaeus libro Dipnosophistarum
 decimo scribit hunc in modum de Ischomacho mimo: Καὶ πτωχῆς τινὸς τῆς
 γαστέρος πονούσης, ἐπεὶ ὁ ἰατρὸς ἐπυθάνετο, μὴ ἐν γαστρὶ ἔχη, πῶς γε εἶπεν, τρι-
 ταία μὴ βεβρωκυῖα; Id est: 'Et cum pauperulae cuidam doleret vterus ac medi-
 cus interrogasset num in vtero haberet, "qui possit", inquit, "cum triduo nihil

LB 6
290

ederit". Cauil|lum in hoc est quod, cum medicus sentiret num grauida esset mulier, mimus ex ambiguo sumpsit ansam iocandi. [E] Item Herodotus libro 3. scribit Cambysen regem Persarum aduersus sororem et eandem vxorem θυμωθέντα ἐπιπηδῆσαι αὐτῆ ἔχούσῃ ἐν γαστρὶ καὶ ἐκτρώσασαν ἀποθανεῖν, id est: 'comotum irruisse in eam, quum esset in vtero habens, ac aborsu facto mortuam

- 248 Alioqui B-E: Quanquam A.
 255 ethnicorum B-E: gentilium A.
 264 narrat C-E: enarrat A B.
 270 Siquidem B-E: Vt A.
 279 quam ob causam interpretem Latinum B-E: cur euangelistam aut potius interpre-

- tem A.
 280 ea B-E: haec A.
 285 Ischomacho D E: Isthomacho B C.
 286 εἶπεν D E: εἰπεῖν B C.
 288 possit D E: posset B-C.

- 246 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 4, 2, Migne PG 57, 42; Anianus, Migne PG 58, 1007-08: "Cum esset", inquit, 'desponsata mater eius Maria'.
 247 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 1, 18, Migne PG 123, 156 B.
 253 *Hieronymus Adv. Helv.* 10 sqq., Migne PL 23, 192 sqq. Er. may have been alerted to this text by Valla, v. infra, n.l. 255.
 254 *Chrysostomus V. supra*, n.l. 246.
 255 *Laurentius Valla, Annot.*, Garin 1, 805, col. 1 sq.: "Ob id autem quod dicitur 'priusquam conuenirent', non sequi, vt postea conuenirent, probat copiosissime Hieronymus aduersus Heluidium [*Adv. Helv.* 10 sqq., Migne PL 23, 192 sqq.], sed e sacris libris. Verum quo magis Heluidiana stultitia pateat, afferam pauca e libris non sacris exempla, qualia sunt infinita. Vergilius [*Aen.* IV, 24]: 'Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat', quasi posset prius Dido deuorari a terra, deinde pudorem violare. Cicero [*Mil.* 38, 103]: 'Vtinam Publius Clodius non modo viueret, sed etiam pro consule dictator esset, antequam hoc tantum speculum viderem'. Quod si quis dicat accipi prius nunc et ante pro potius et si inanis responsio est, afferam Graecum auctorem vt Graeca sunt Euangelii verba. Thucydides [II, 12, 2]: Remittunt igitur prius hominem quam audierunt, quum certe illum nunquam postea audierint".
 257-259 *Perinde ... sententiam* Cf. supra, p. 62, l. 205 sqq.
 270 *nos Nou. Test.*
 273 *deprehensa est* Reading of *Nou. Test.*
 273-275 *Nam ... oblata* Cf. *Paraphr. in Eleg. Laur. Vallae*, ASD I, 4, pp. 264 and 310: "Inuenire' comperire siue fortuito siue consilio" and "Reperire' est casu offendere non quaesitum.", where Er. is stricter than

- Valla, *Eleg.* V, 2, Garin, 1, p. 161: "Est ergo 'excogitare' et 'inuenire' consilii; 'reperire' vero fortunae. Vnde Ouidius [*Met.* I, 654 sq.]: 'Tu non inuenta, reperta es'. Sed iam vsus obtinuit vt idem sit 'reperio' quod 'inuenio'. Est autem 'inuenire' vel consilio vel casu siue corporea siue incorporea reperire". Cf. infra, pp. 292, 316, 327, 461 and 568, ll. 524 sq., 127 sq., 437 sq., 456 sqq. and 272 sqq., ad *Mt.* 22, 10; 24, 46, and 26, 40, and *Lc.* 1, 30, and 17, 18, *LB VI*, 348 E, ad *Ioh.* 1, 45, and *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, ASD IX, 2, p. 148 sqq.
 277 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 4, 3, Migne PG 57, 42: ὅπερ ἐπὶ τῶν παραδόξων καὶ παρ' ἐλπὶδα πᾶσαν ἐκβαίνόντων καὶ οὐ προσδοκωμένων λέγεσθαι εἰώθη; Anianus, Migne PG 58, 1007-08: "Inuenta est, inquit, quo sermone res quae contra consuetudinem, et praeter omnem spem expectationemque proueniunt".
 279-282 *Mirum ... Latini* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 805, col. 1: "In vtero habens' graecanice dixit, pro 'praegnans'. *Nou. Test.*: "grauida".
 284 *Athenaeus X*, 453 (πῶς γάρ, εἶπε).
 290 *Herodotus III*, 32: Τὸν δὲ θυμωθέντα ἐμπηδῆσαι αὐτῆ ἔχούσῃ ἐν γαστρὶ, καὶ μὴ ἐκτρώσασαν ἀποθανεῖν.
 293 *aborsu* This word also occurs in Er. *Encom. medic.*, ASD I, 4, p. 168, l. 100, and *Lingua*, ASD IV, 1A, p. 64, l. 223 (as here, "aborsus" is replaced by "abortus" in *LB I*, 538 E, and IV, 679 F). Cf. Non. 448: "aborsus ille dicendus est, qui eiectus est in primis mensibus ... abortus qui prope tempus pariendi". Tert. uses it as the equivalent of 'abortus'. Cf. the notes of J.H. Waszink to *Lingua* and Tert. *De anima*, 37, 2 (Amsterdam, 1947), p. 426 sq.

esse'. [A] Verum de hoc mox paulo plura dicemus. De Spiritu Sancto. 'Ex
 295 Πνεύματος Ἁγίου, id est 'e Spiritu Sancto'. Nihil est enim quod nos moueat fac-
 titia quorundam differentia. Quanquam hic quoque loco viri positus est Spiritus
 Sanctus. Siquidem lector audiens illam cum marito non fuisse congressam et iam
 ferre vterum statim cogitaturus erat: 'ex quo igitur alio viro?' Proinde mox exclu-
 dit hanc cogitationem, non: 'ex viro', [B] inquit, [A] sed: 'ex Spiritu Sancto'.
 300 [B] Illud perpendat, velim, prudens ac vigilans lector num hoc loco locus sit di-
 stinctioni diui Augustini quam tradidit libro De natura boni, quem scripsit
 aduersus Manichaeos, capite vicesimo sexto, 'ex aliquo' recte dici quicquid de illo
 sit, at non retrorsum. Ex Deo siquidem omnia sunt, velut ab autore, at non de
 Deo, quod res conditae non sint participes substantiae diuinae. Sed humanus ille
 305 foetus, quatenus erat humanus, iuxta praedictam distinctionem accommodatius,
 opinor, dicetur 'e Spiritu Sancto' quam *de Spiritu Sancto*. Certe apud Graecos
 eadem est praepositio quam nos nunc *de* vertimus, nunc *ex*.

[19] Cum esset vir iustus. Δίκαιος ὢν. Quoniam Graecus sententiam
 extulit per participium, liberum nobis reliquit addere coniunctionem quae com-
 310 modissime faceret ad sensum. Sed [B] haec vox [A] *cum* magis [C] aliquoties [A]
 sonat aduersum quiddam. Vt: cum sis pauper, tamen fastu turges. At hic ceu cau-
 sam adducit cur noluerit illam traducere, quod iustus esset. [C] Quasi dixisset:
 'Ioseph eo, quod esset vir iustus, noluit eam infamare'. [A] Mire vero iustum
 vocat ob id, quod in ius trahere noluerit neque punire quod lex punire iubet. Ius-
 315 tum autem vocat non ob vnam virtutem, quae prima est inter quatuor morales,
 sed ob absolutam omnibus numeris probitatem. Sic Aristoteles in *Ethicis*: *Iusti-
 tia*, inquit, *in sese virtutem amplectitur omnem*, et ἀδικίαν pro quouis peccato
 vsurpant [B] sacrae literae. [A] Subnotauit hoc Chrysostomus. Nam prorsus rarae
 cuiusdam ac prodigiosae probitatis erat, cum sponsae tumentem vterum et indu-
 320 bitata conceptu signa videret, nec exostulare cum vxore nec queri apud affines
 nec zelotypia discrucari nec in ius ire et ad poenam rapere, sed suos aestus apud
 se duntaxat premere, tantum in animo secum de secreto diuortio cogitare. Graui-
 dam videbat et mysterium, [B] vt dixi, [A] nondum nouerat quod mox ab angelo
 discit. Nollet eam traducere. Παραδειγματίσαι. Illud demiror hoc loco, qui
 325 factum sit, vt interpreti Latino, sermonis politiem alias negligere solito, tam ele-
 gans verbum in mentem venerit. Nam ad verbum vertendum erat 'exemplificare'
 siue per periphrasim 'exemplum facere'. Siquidem elegantior vsus huius verbi fuit
 in causa, vt celebres aliquot theologi lapsi sint hoc loco. Quorum de numero est
 haud aspernandus theologus Petrus Lombardus, ῥαψωδός eius operis quod vocant
 330 Sententiarum; quem arbitror equidem et probum fuisse virum et, vt illa ferebat
 aetas, eruditum. Atque vtinam illius labor tam feliciter cessisset orbi christiano
 quam ab illo susceptus est pio studio. Siquidem apparet illum hoc egisse, vt semel
 collectis quae ad rem pertinebant, quaestiones omnes excluderet. Sed ea res in
 diuersum exiit. Videmus enim ex eo opere nunquam finiendarum quaestionum

297 Siquidem B–E: Statim enim A.

298 Proinde mox B–E: Mox igitur A.

328 lapsi *E*: foede lapsi *A–D*.

329 Lombardus *B–E*: Longobardus *A*.

294 *mox* V. infra, pp. 86 and 90, ll. 498 sqq. and 576 sqq.

295 *e Spiritu Sancto* The reading of *Nou. Test.* 300–301 *distinctioni* Aug. *De natura boni*, 27, CSEL 25, p. 868: “‘Ex ipso’ autem non hoc significat quod ‘de ipso’. Quod enim de ipso est, potest dici ‘ex ipso’; non autem omne quod ‘ex ipso’ est, recte dicitur ‘de ipso’; ex ipso enim caelum et terra, quia ipse [sc. Deus] fecit ea, non autem de ipso, quia non de substantia sua. Sicut aliquis homo si gignat filium et faciat domum, ex ipso filius, ex ipso domus, sed filius de ipso, domus de terra et de ligno”.

308–309 *sententiam extulit* “has pronounced the sentence”.

311 *cum sis pauper, tamen fastu turges* An example which Er. probably invented for this occasion. It does not occur in *Adag.* or in Walther.

315 *virtutem ... morales* ‘iustitia’, ‘prudentia’, ‘temperantia’ and ‘fortitudo’ (δικαιοσύνη, φρόνησις, σωφροσύνη and ἀνδρεία). In *Epist.* 66, 3, 1, CSEL 54, p. 649, Hier. notes that they are derived from the Stoa. Ambr. was the first to call them “cardinales virtutes” in *De excessu fratris sui Satyri*, I, 57, CSEL 73, p. 239, and *Expos. Lc. V*, 62, CCSL 14, p. 156. M. Pohlenz, *Die Stoa*, Göttingen, 1947, I, p. 446.

316 *Aristoteles Eth. Nic.*, V, 1, 1129^b 29–30: καὶ παρομοιαζόμενοι φαμεν ἐν δὲ δικαιοσύνη συλλήβδην πᾶσ’ ἀρετῆ’ ἐνί. Aristot. quotes Phocylides or Theognis, whom Bergk quotes in *Poetae lyrici Graeci*, pp. 360 and 390: ἐν δὲ δικαιοσύνη συλλήβδην πᾶσ’ ἀρετῆ’ στίχ. The translation which Er. gives could be his own; it does not occur earlier in the translations from the 15th and 16th centuries known to me; Robert Grosseteste (*Aristoteles Latinus*, 26, 1–3, fasc. 4, Leiden-Brussel, 1973, p. 455) and Thomas Aquinas (*Sententiae quinti libri Ethicorum*, 4, *Opera omnia*, 47, 2, Rome, 1969, p. 267) translate: “In iusticia autem simul omnis virtus est”. In fact, Plat. *Rep.* X, 612b, already named δικαιοσύνη as most profitable for the soul.

318 *Chrysostomus Hom. in Mt.* IV, 3, Migne PG 57, 43: Δίκαιον ἐνταῦθα τὸν ἐνάρετον ἐν ἅπασιν λέγει. “Ἔστι μὲν γὰρ δικαιοσύνη καὶ τὸ μὴ πλεονεκτεῖν· ἔστι δὲ καὶ ἡ καθόλου ἀρετῆ· καὶ μάλιστα ἐπὶ τούτου τῆς τῆς δικαιοσύνης προσηγορία κέχρηται ἡ Γραφή, ... Anianus, Migne PG 58, 1009–10: “Iustum hic, in

omni virtute dicit esse perfectum. Est enim iustitia specialis quaedam, et ex parte iustitia, auaritia vitio non teneri: est vero iustitia altera generalis, quae ex cunctis omnino perficitur: iuxta quem praecipue modum Scriptura solet appellare iustitiam ...”.

324–473 *Nollet ... ostendo* Rummel writes about this note in *Annotations*, p. 127 sqq., *Nameless Critics*, p. 52 sq., and *Catholic Critics*, I, p. 115 sq.

324 *Nollet ... Παραδειγματίσαι* Er. had already found the same interpretation in Valla, *Annot.* (Garin, I, p. 805, col. 2): “‘Et nollet traducere eam’. Παραδειγματίσαι. Quia Ioseph erat vir iustus, videtur noluisse ad se traducere Mariam tanquam ipso indignam. Atqui diuersa sententia est, ac pene contraria. Non enim sui honoris habuit rationem Ioseph, sed Mariae, ne illam ad populum traderet exemplo aliis futuram. Nam ab exemplo hoc verbum venit, quod si liceret transferre, diceremus exemplar. Scilicet dare exemplum habere est ostentui, vt ad Hebraeos ostentui habentes. Quoniam facere quempiam exemplum caeteris est tradere illum ostentui habendum”. Antonio Nebrija also gave this explanation in his *Tertia quinquagena*, cap. 47 (Alcalá de Henares, 1516, f° d iv v° – d v v°, according to Bentley, *Humanists*, p. 83 sq.), he interpreted ‘traducere’ as ‘in exemplum dare’, ‘exemplum facere’, ‘exemplare’ and with the exception of passages from Iuv., Prop. and Stat. referred to the same passages as Er. from Liv., Martial. and Suet. (as does Er., infra, p. 83, l. 415 sq., Nebrija refers to Suet. *Vesp.* instead of *Tit.*).

326 *ad verbum* “literally”.

326 *exemplificare* Cf. *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, LB IX, 741 D.

327 *periphrasim* V. supra, p. 47, introd., §9.

329 *Petrus Lombardus* V. infra, p. 79 sqq., nn. ll. 334 and 337–370.

330–331 *ferebat aetas* Cf. Cic. *De or.* II, 28, 122: “oratorem ... quem ... aetas nostra tulerit”, and Verg. *Aen.* I, 605 sq.: “quae te ... tulerunt / saecula”.

334 *nunquam finiendarum quaestionum* Refers to “examina” and “maria”, as infra, p. 210, l. 407. Cf. supra, p. 61, n. ll. 140–141, the quote from the preface to Hier. *Opera*, Ep. 337, ll. 414–415: “quorsum tot quaestionum labyrinthi?”, and More, *Letter to Dorp*, CW 15, p. 64, ll. 3–5: “Petri Lombardi ..., e cuius Sententiis ... vniuersum istud quaestionum

335 non examina, sed maria prorupisse. Is in quarto Sententiarum libro semel atque iterum sic vsurpat hoc verbum, quasi tum sponsus traducat sponsam, cum rem habuerit cum illa. [B] Sic enim habet distinctione vigesima septima: *Quidam tamen asserunt verum coniugium non contrahi ante traductionem et carnalem copulam nec vere esse coniuges aliquos, nisi intercedat commixtio sexus*. Rursum aliquanto post: *Sed quia nondum traducta nec res vxoria intercesserat, id est: concubitus coniugalis*. [E] Satis autem arbitror liquere Petrum Lombardum coniunctionem et accipere interpretatiue. Alioqui si *traducere* dixit pro eo quod est 'sponsam in domum sponsi deducere', coitus intercedere potest sine hac deductione nec statim cognoscitur quae deducta est; exemplum est mater Domini Iesu. Et hodie, 345 quum sponsa est admodum puella, mos est, vt sponsus in vnis aedibus annum vnum habitet cum sponsae parentibus. Haud tamen inficior *traducere* natiuo significatu esse 'alicunde alio ducere', quemadmodum Demea Terentianus traduci iubet *et matrem et omnem familiam*; verum ibi Terentius non est vsus verbo connubiali. Nec verisimile est hunc autorem imitatum fuisse Terentium, sed quoniam tantum Latine nouit, nec id exacte, quod in Euangelio legerat, *noluit eam 350 traducere*, interpretatus est: 'noluit cum ea rem habere, quia cogitabat diuortium'. [B] Neque me fugit quosdam sic hinc elabi velle, vt dicant traductionem hic accipi pro consensu ad cohabitandum, quod aliquanto etiam est absurdius; perinde quasi quis refellens eum qui diceret cucurbitam significare tergum asini, neget significare tergum ipsum, sed clitellas tergo impositas. Quod si traductio est consensus ad cohabitandum, cur is separatur a reliquis officiis coniugum aut quod erit coniugium sine consensu domesticae consuetudinis? Denique cum hic consensus sit mutuus, traductio tam sponsae tribuetur quam sponso. Quis autem vnquam | legit traduci sponsum? Iam vbi apud iureconsultos de matrimonio tractantes fit mentio traductionis? Quod si contendant sponsam traduci, cum in aedes sponsi deducitur, iam Iosephus et Maria iunctim in vnis aedibus habitabant, imo Maria in aedibus Ioseph sponsi sui habitabat. Id quod clare testatur Chrysostomus homilia in Matthaenum quarta, addens id veteri consuetudine receptum, vt sponsae in sponsorum aedibus haberentur. Et aliquanto inferius in eadem homilia: *Neque enim, inquit, expellere de domo voluit, sed a se tacite dimittere. Expellere de domo vocat traducere*, quod id citra infamiam sponsae fieri non

agmen erupit". Commentaries on the *Sent.* of Petr. Lomb. have been written by e.g. Alexander of Hales (c. 1185–1245), Hugo de Sancto Caro (c. 1200–1263), St. Bonaventura (1217/18–1274), Thomas Aquinas (probably 1225–1274), Pietro de Falco, who was a teacher at the university of Paris after 1277, Duns Scotus (1265–1308), Durandus (c. 1275–1334), François de Meyronnes († after 1328), William Ockham (1285–1347), Dionysius Cartusianus (c. 1402–1471) and Adrianus of Utrecht (1459–1523; Pope from 1522). Cf. *LThK*, s. vv., Ep. 337, ll. 422 sq. ("Nunc

neque quaestiuncularum vllus est finis"), and Ep. 858, l. 38 sq. ("Tot pene sunt in Sententiarum libros commentarii, quot theologorum nomina"), and *Moria*, ASD IV, 3, p. 151 sqq., nn.ll. 428–468.

337–370 *Sic ... matrimonium* This digression from 1519, extended even further in 1535, seems to have been caused by the fact that an unnamed critic had defended Petr. Lomb. against Er. in a paper (libellus) with the arguments that 'et' (in l. 338) should not be regarded as explicative and that Petr. Lomb. had used 'tractio' as 'ductio', which

implied consensus. This paper had been passed on to Er. by Martinus Lypsius, friar in the Augustinian priory St. Maartensdal at Louvain (Allen, introd. Ep. 750). Er. reacts to it in Ep. 750 to Martin Lypsius (according to Allen possibly in January 1518), ll. 15–37: “Caeterum quod vno in loco heres et ipse de traductione, quamvis variis modis me poteram tueri, tamen, vt verbo rem expediam, donemus hoc loco ‘coniunctionem et’ non esse interpretantis’ [cf. l. 342]: non prosit mihi, ‘quod in hoc domum ducebatur vxor, vt concubitu copularetur’; vide quam belle hic excusat lapsus! Cum traducere sit cum infamia dimittere, euasit, si ‘traductio significat consensum domesticæ consuetudinis’ [cf. ll. 352–353]! Veluti si quis cucurbitam vsurpasset pro tergo asini, videatur euasisse, si alius interpretetur illi cucurbitam non pro tergo asini positam sed pro clitellis tergo impositis [cf. ll. 354–355]. Quod si quis tergieretur traduci hic vulgari significato dictum pro deduci, quomodo traductio significat consensum aut deducta consentientem? An idem est deduci et assentiri vt abducaris? Aut quid abductio vxoris sine coitu facit ad consummationem matrimonii? Postremo, cum consensus ille quo coit matrimonium, semel in se complectatur quicquid officiorum vterque coniugum debet alteri, vnde nobis ista traductio a reliquis officiis separata? Consensus conglutinat matrimonium, coitus consummat; traductioni nullus est locus. Denique non ipse Petrus Lombardus sic interpretatur [cf. *Sent.* IV, 28, *SB* 5, p. 431 sqq.], sed obscuri nescio qui, qui offensi hoc verbo, ne nihil dicerent, hoc commenti sunt. Quod si vides haec esse coacta detortaque, fateamur ingenue Petrum Lombardum traducendi verbum quod est apud Matthaeum, accepisse pro coniunctione vxoria; praesertim cum is et alias manifestissime labatur in vocabulis, Isidorum aut alium huic similem secutus”. Whereas the above-mentioned libellus may probably be identified, according to Allen, with the “deceem conclusions” of Ep. 843, l. 17, which initiated the conflict with Lee, Kinney argues (Thomas More, *CW* 15, p. xxxviii sqq.) that it could not have been written by Lee and that no connection can be demonstrated with Ep. 843.

337–341 *Quidam ... coniugalis* Petr. Lomb. *Sent.* IV, 27, 5, 1, and 9, 4 sq., *SB* 5, pp. 424 and 428 sq.: “Quidam ... copulam: nec vere coniuges esse aliquos antequam intercedat commixtio sexus”, and “Gregorius: ‘... Nam

diuinae legis est mos sponsas appellare coniuges, vt in Euangelio [*Mt.* 1, 20]: ‘Accipe Mariam coniugem tuam’; et in Deuteronomio [22, 25 and 24]: ‘Si quis alterius sponsam in agro vel in quolibet loco oppresserit vel adduxerit in domum suam, moriatur, quia vxorem proximi sui violauit’; non quae iam vxor erat, sed quae a parentibus vxor fieri debebat’. Ex his colligitur quod sponsae quaedam coniuges sunt ante commixtionem sexuum. Sed forte illud mouet, quod in fine capituli dicitur: ‘Non quae iam vxor erat, sed quae vxor fieri debebat’. Quod non ita debet intelligi, quasi vxor vere non fuerit, ex quo pactio coniugalis intercessit, sed ... traducta fuerat, nec ... intercesserat, scilicet concubitus coniugalis”.

341–342 *coniunctionem et* V. supra, p. 80 sq., n.ll. 337–370.

347 *Demea Terentianus* Ter. *Ad.* 9110: “transduce et matrem et familiam omnem ad nos”.

352–353 *traductionem ... consensu ad cohabitandum* This is not the opinion of Petr. Lomb., but the opinion of “quosdam”; according to Allen this refers to Lee, according to Kinney to Henry Standish; cf. Er. Ep. 750, ll. 19–21: “Cum ... consuetudinis!” and ll. 31–32: “Denique non ipse Petrus ... sed obscuri nescio qui ...”. V. supra, p. 80 sq., n.ll. 337–370.

360–364 *Quod si ... haberentur* Cf. infra, p. 457, l. 348 sq.

363 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 4, 2, Migne *PG* 57, 42: Οὐκ εἶπε: Πρὶν ἢ ἀχθῆναι αὐτὴν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ νυμφίου· καὶ γὰρ ἔνδον ἦν. Ἔθος γὰρ τοῖς παλαιοῖς ὡς τὰ πολλὰ ἐν οἰκίᾳ τὰς μεμνηστευμένας ἔχειν, ἕπου γε καὶ νῦν τοῦτο γινόμενον ἴδοι τις ἂν καὶ οἱ γάμβροι δὲ τοῦ Λῶτ ἐνδον ἦσαν μετ’ αὐτοῦ. Ἐνδον οὖν καὶ αὐτὴ μετὰ τοῦ Ἰωσήφ ἦν. Anianus, Migne *PG* 58, 1007–08: “Non dixit, Priusquam in sponsi adduceretur domum; intus enim iam erat. Hunc quippe morem plerumque tenebat antiquitas, vt sponsae in sponsorum domibus haberentur: quod nunc quoque fieri interdum videmus: sed et generi Loth apud socerum leguntur habitasse cum sponsis nondum sibi copulatis lege coniugii: sic habitabat etiam Maria cum sponso”.

365–366 *Neque ... dimittere* Chrys. *Hom. in Mt.* 4, 5, Migne *PG* 57, 45: Οὐδὲ γὰρ εἶπεν, Ἐκβαλεῖν αὐτὴν ἤθελεν, ἀλλ’ Ἀπολύσαι ... The other punctuation gives a different impression of the meaning. Anianus, Migne *PG* 58, 1011–12: “Neque enim dixit: ‘Expellere eam de domo voluit’, sed: ‘a se tacite dimittere”.

posset, maxime cum esset grauida. Proinde res satis indicat Petrum Lombardum aut alium quem is secutus est autorem, ex hoc loco sumpsisse occasionem erroris qui intellexerit Ioseph ob suspicionem adulterii noluisse coitu confirmare matrimonium. [A] Pudendus quidem lapsus, praesertim in iis qui se totius orbis doctores profiteantur, sed aetati magis imputandus quam homini. Quid enim poterat eo seculo quo prorsus extincta lingua Graeca, maxima ex parte et Latina, literis Hebraicis plusquam sepultis, oblitteratis omnibus ferme vetustis scriptoribus, si quid erat explicandum, ad Isidorum velut ad sacram ancoram confugiebatur; quem idem secutus ‘metropolis’ interpretatur a μέτρον, mensura, et πόλις, ciuitas, [E] quum Graece sit μητρόπολις, [A] et ‘acolytos’ [B] siue, vt ego sane legendum arbitror, acoluthos – sic enim Graeci famulos a corpore vocant – interpretatur [A] ceroferarios, aliaque consimilia; nisi, quod magis arbitror, haec a recentioribus assuta, qui fere mos est, praesertim in hoc scripti genere. Quin et illud demiror, quis indicauerit Nicolao Lyrensi *traducere* idem esse quod *propalare*. Sic enim interpretatur. [B] Et in Glossa quam vocant Ordinariam, adiecit nescio quis: *Pro traducere Graeci habent propalare*; perinde quasi ‘propalare’ Graeca vox sit. Hugo [C] Cardinalis [B] *traducere* interpretatur *in damnum suum ducere*. [A] Quanquam multis argumentis colligere licet temporum illorum plerosque scriptores Graecorum etiam commentariis adiutos fuisse, qui tum fere quomodocunque versi fuerant in Latinum sermonem, vt suis indicabimus locis. Alioqui qui potuit Thomas diuinare ex ea translatione quid sentiret Aristoteles, quam nec ipse fuerat Aristoteles intellecturus, etiam si Romane calluisset? Neque vero damno, quod aliorum monumentis adiuti sint. Illud demiror, cur ceu data opera caelent eorum nomina per quos profecerant, magis autem cur libri quoque suppressi sint vnde decerpserant. Verum haec alias. Coaceruator Sententiarum videtur hallucinatus ex verbis Hieronymi, qui locum praesentem edisserens scribit in hunc modum: *Si quis fornicariae coniungitur, vnum corpus efficitur*. *Et in lege scriptum est non solum reos, sed et conscios criminum obnoxios esse peccato*. Quasi Ioseph ideo noluerit Mariam traducere – hoc est ‘coniungi cum ea’ –, quod adulteram iudicaret, ne fieret vnum corpus cum ea. Atqui non illic agit Hieronymus de coniunctione connubiali, sed causam aperit cur Ioseph, vir iustus, noluerit illam accusare et populi fabulam reddere, quod palam testantur ea quae mox consequuntur. [B] Nempe haec: *Sed hoc testimonium Mariae est, quod Ioseph sciens illius castitatem et admirans quod euenerat, caelat silentio cuius mysterium nesciebat*. [A] Est autem varius vsus apud Latinos huius verbi *traducere*. Verum vt nullus elegantior, ita nec rarior alius quam cum significat ‘promulgare quempiam’ et ‘in publicum vulgi sermonem efferre’. Sic enim Martialis:

*Rideris multoque magis traduceris Afer,
quam nudus medio si patiēte foro.*

Et arbiter Petronius: *Neue traducere velitis tot amicorum consilia secreta, quae vix mille homines nouerunt*, hoc est: ‘ne velitis in vulgus efferre’. Apposite vsus est hoc verbo Seneca in epistola ad Lucillum centesima: *Volo luxuriam obiurgari, libidi-*

nem traduci, impotentiam frangi. [B] Quoniam enim libido latebris gaudet ac
 410 lucem hominumque conspectum fugitat, optat, vt traducatur hic morbus, quo
 vel pudoris remedio sanetur. [A] Translatum apparet ab iis qui, quo conspicui sint
 omnibus, per celeberrima vrbis loca producuntur, id quod victis aut facinoris ali-
 cuius damnatis ignominiae causa fieri solet. Ita Liuius libro Ab vrbe condita
 415 *coniuges, vestros liberos traductos per ora hominum*. Vtitur in eundem sensum Tran-
 quillus in Vespasiano. Diuus Chrysostomus hunc edisserens locum apertissime
 vim indicat huius verbi, cum ait: *Non solum noluit eam damnare, sed ne publicare
 quidem*. [B] Nam hoc verbo vsus est interpres Chrysostomi, [D] quum pro *dam-*

375 metropolis E: μητρόπολιν A, μετρόπολιν B-D.

391 Coaceruator C-E: Magister A B.

392 praesentem B-E: hunc A.

396 Atqui non C-E: Non enim A B.

412 producuntur B-E: producent A.

367 *Petrum Lombardum* Petr. Lomb. does refer in *Sent.* IV, 30, 2 and 3, *SB* 5, p. 439 sqq. to four 'errores' which prevent or exclude the 'consensus' about a marriage, but does not mention the conjecture that Joseph committed adultery; on the contrary, he dwells on the perfection of the marriage between Joseph and Mary.

374-378 *Isidorum ... ceroferarios* Isid. *Orig.* VII, 12, 7: "Metropolitani autem a mensura ciuitatum vocati", and 12, 29: "Acolythi Graece, Latine ceroferarii dicuntur, a deportandis cereis quando legendum est Euangelium, aut sacrificium offerendum". Petr. Lomb. quotes both passages in *Sent.* IV, 24, 17 and 8, *SB* 5, pp. 406 and 399, respectively.

380 *Nicolao Lyrensi Postilla* ad locum: "traducere. Id est, propalare". About 'propalare' cf. H.J. de Jonge, *The character of Erasmus' translation of the New Testament as reflected in his translation of Hebrews 9*, in *JMRS* 14 (1984), p. 84.

381-382 *adiecit ... propalare* In the *Glossa interlinearis*. Cf. p. 31, introd. §5.

383 *Hugo Cardinalis* Hugo de Sancto Caro, *Postilla, ad locum*.

387 *Thomas* Thomas Aquinas does not mention anything about Aristot. in *Catena Aurea*, Guarienti, 1, p. 23, col. 1, and *Reportatio super Euangelium Matthaei*, 1, *Opera omnia*, ed. Busa, 6, Stuttgart-Bad Canstatt, 1980, p. 135, l. 681 sqq.

391 *Coaceruator Sententiarum* Nickname for "magister Sententiarum" (A and B). Cf. supra, p. 78, l. 334: "nunquam finiendarum quaestionum".

392-401 *verbis Hieronymi ... nesciebat* *Comm. in Mt.* I, 19, *CCSL* 77, p. 11 sqq.: "Si qui fornicariae ... lege praeceptum est ... esse peccati [ll. 393-394]. Quomodo Ioseph cum crimen celet vxoris, iustus scribitur? Sed hoc ... nesciebat [ll. 399-401]". "Vnum corpus efficitur" in l. 393 is quoted from 1. *Cor.* 6, 16.

394 *lege* Sc. *Lu.* 5,1.

403 *Martialis* VI, 77, 5.

406 *Petronius Satiricon*, 17, 9: "annorum secreta" instead of "amicorum consilia secreta". But in *Satiricon*, 87, 4 Petron. does use "traductum" in the meaning of "to denounce", "to dishonour". Petronius was also called Arbiter in antiquity.

408 *Seneca Epist.* 100, 16.

413 *Liuius* II, 38, 3: "Vos omnibus, ciuibus peregrinis, tot finitimis populis ... hominum".

415-416 *Tranquillus* Suet. *Tit.* 8, 5: "hos [sc. delatores] assidue in foro flagellis de fustibus caesos ac nouissime traductos per amphitheatri harenam partim subici ac venire imperauit, partim in asperrimas insularum auehi".

416 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 4, 4, Migne *PG* 57, 44: Οὐ γὰρ μόνον οὐ κολάσαι, ἀλλ' οὐδὲ παραδειγματίσαι ἐβούλετο. Anianus, Migne *PG* 58, 1009-10: "Non enim tantum eam damnare noluit, sed ne publicare quidem".

nare sit κολάσαι, pro *publicare* παραδειγματίσαι. [B] Rursum idem verbum *tradu-*
 420 *cere in iudicium trahere*, item *publicare* et ‘in iudicium tradere’ interpretatur. [A]
 Nec ab hoc multum abhorret Hilarius, qui παραδειγματίσαι putat [D] esse [A]
 ‘legum exemplum aedere in quempiam’. Sic enim ait in expositione canonis
 quem composuit in Matthaeum: *Quia iustus ipse nollet in eam lege decerni*. [B]
 425 Quin libro Numerorum, cap. xxv., quod nostra habet aeditio: *Tolle cunctos prin-*
cipes populi et suspende eos contra solem in patibulis, diuus Augustinus iuxta illius
 regionis aeditionem legit hunc in modum: *Ostenta Domino duces populi contra*
solem. Caeterum quod ille vertit *Ostenta*, Graecus verterat παραδειγματίσον, velut
 ‘in exemplum aede, quo caeteri hoc exemplo terreantur’. Idem hunc ipsum addu-
 430 cens locum epistola 54. pro *traducere* legit *diuulgare*. Quin et diuus Ambrosius
 enarrans Psalmum ‘Beati immaculati’ sermone septimo palam a nobis stat, scri-
 bens hunc in modum: *Quia iustus seipsum accusare malit quam alium deformare*.
 435 *Denique de Ioseph, cui desponsata erat Maria mater Domini, scriptum est quod, cum*
 1.B 8 *eam grauem vtero vidisset, cum esset | iustus, noluit eam traducere, et utique nullum*
adhuc audierat oraculum. Itaque non solum ab vltionis atrocitate, sed etiam ab accu-
 440 *sationis seueritate iusti aliena persona est potiusque ducit suam remissionem accusari,*
quod non indicauerit, quam alienum crimen arguere. Atque his omnibus consen-
 tiens Theophylactus Bulgariensis episcopus, Graecus [C] interpres Noui Testa-
 menti [B]: παραδειγματίσαι, inquit, τοῦτ’ ἔστι φανεροῦσθαι καὶ κολάζεσθαι, id
 est: ‘palam facere ac punire’. [D] Denique est quidem anceps Latina vox, siqui-
 445 dem nonnunquam traducit qui in diuersam ducit partem; sic enim vsurpauit
 tum Cicero, tum Suetonius. Atqui Graeca vox non patitur, vt huc confugiamus.
 [B] Sed ob morosos quosdam diutius inmoror his euincendis quam eruditus lec-
 tor laturus sit. [A] Sensus igitur est: cum Ioseph esset vir probus videretque spon-
 450 sam grauidam nec tamen mores eius paterentur, vt posset adulterium credere,
 caelandum esse duxit quod admirabatur. Quanquam reperio Theophylactum in
 hac esse sententia, vt dicat Ioseph ob id clanculum voluisse diuertere, quod se
 iudicaret indignum consuetudine coniugis quae iam e Spiritu coelesti concepis-
 set. Verum haec interpretatio coactor est. Nam si complexim legas: ‘Reperta est’,
 455 nimirum ab Ioseph, ‘in vtero habens e Spiritu Sancto’, vt sit sensus iam tum
 fuisse compertum Ioseph quod sponsa conceperat non ex vllo viro, sed e Spiritu,
 quorsum postea opus fuit angelo qui moneret in somnis? Porro cum hanc addit
 causam, cur timere non debeat: *Quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est,*
 satis indicat metum Ioseph non e reuerentia, sed vel e suspicione [B] – quod non
 veritus est dicere Chrysostomus – [A] vel certe ex admiratione fuisse profectum.
 460 Alioqui ex sermone angeli magis debuerat timere, certior factus de mysterio coe-
 lesti. [B] Quod si cui durius dictum videtur Ioseph quicquam addubitasse de cas-
 titate Mariae, is audiat Augustinum durius etiam loquentem in epistola 54. ad
 Macedonium: *Vnde Ioseph, inquit, cui mater Domini fuerat desponsata, cum*
eam comperisset esse praegnantem cui se nouerat non esse commixtum, et ob hoc nihil
 460 *aliud quam adulteram credidisset, puniri tamen eam noluit nec approbator flagitii*
fuit. [D] Item Ambrosius De institutione virginis: *Quid autem, inquit, praeiudi-*

- cat Mariae, si coelestis consilii mysterium Ioseph non intellexit et putavit virginem non esse quam praegnantem videret?* [A] Vsus est traducendi verbo duobus in locis diuus Paulus apostolus, in epistola ad Colossenses, cap. secundo: καὶ ἐκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παρρησίᾳ, id est: ‘expolians principatus et potestates traduxit confidenter’, quod victi soleant in triumphis circumduci palamque ostendi populo, et in epistola ad Hebraeos cap. sexto: ἀνασταυροῦντας
- 465 ait B–E: scribit A.
 423 composuit B–E: scripsit A.
 424 quod D E: quae B C.
 437 Theophylactus Bulgariensis episcopus C–E: Vulgarius B.
 443 Sensus igitur B–E: Itaque sensus A.
 445 Theophylactum C–E: Vulgarium Graecum Euangeliorum interpretem A B.
 450 compertum Ioseph A C–E: compertum Iosepho B.
- 419 *idem* Chrys. *Hom. in Mt.* 4, 4, in translatione by Anianus (*Opera*, Basel, 1547, 2, 39): “Quia ergo et apud se illam retinere iniquum putabat, repudiare [Migne PG 58, 1009–1010: “publicate”] vero, atque in iudicium trahere, nihil esse aliud quam in mortem tradere videbat, neutrum horum facit, sed supra legem iam tum res istas administrat”. The interchanging of “trahere” and “tradere” in l. 420 sq. is therefore derived from Anianus.
 422 *legum exemplum aedere in* Synonym for ‘lege decernere in’, used by Hil. in the text quoted in l. 423 from *In Mt.* 1, 3, SC 254, p. 96.
 424 *Numerorum* XXV, 4.
 426–427 *Ostenta ... solem* Aug. *Quaest. in Hept.* IV, 52, ad Nu. 25, 1–4, CCSL 43, p. 268: “Et dixit Dominus Deus ad Moysen: accipe duces populi et ostenta eos Domino contra solem”.
 429 *epistola* 54. Aug. *Epist.* 153 (old numbering: 54), 4, 9, CSEL 44, 3, p. 406: “Et cum esset homo iustus et nollet eam diulgare, statuit eam occulte dimittere”.
 429 *Ambrosius Expos. Ps. 118*, 7, 24, CSEL 62, p. 141: “Liquet igitur his magisteriis doctrinae caelestis, quod iustus se accusare malit quam alium ... oraculum. Ita non ... quod non vindicauerit, quam alienum crimen vrgere”.
 437 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 1, 19, Migne PG 123, 156 C: παραδειγματίζεσθαι, τουτέστι, φανεροῦσθαι καὶ κολάζεσθαι.
 441 *Cicero* passim.
 441 *Suetonius Aug.* 21, 1 and *Cal.* 15, 1; cf. supra, p. 83, n.ll. 415–416.
 450 e Spiritu B–E: de spiritu A.
 457 *epistola* 54 E *Loca*: *epistola* 45 B–D.
 459 se nouerat non esse E *Loca*: se non nouerat esse B–D.
 463 traducendi verbo E: hoc verbo A–D.
 465 expolians D E: exutos A–C.
 466 et D E: ac A–C.
 466 traduxit confidenter D E: ostentauit palam A–C.
 467 *epistola* A–D: *epist.* E.
- 442 *morosos quosdam* Er. is probably referring to those against whom he directed his *Capita argumentorum contra morosos quosdam ac indoctos* (LB VI, ** 3 v° sqq.).
 445 *admirabatur* ‘Mirari’ and ‘admirari’ are common terms for failure to understand.
 445 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 1, 19, Migne PG 123, 156 D: ‘Εὐρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα’. Τίτι εὐρέθη; Τῷ Ἰωσήφ, τουτέστι, διεγνώσθη ὅτι ἐκ Πνεύματος Ἁγίου συνέλαβεν: ὅθεν ἡβουλήθη λάθρα ἀπολύσαι αὐτήν, ὡς οὐ τολμῶν ἔτι γυναικᾶ ἔχειν, τὴν τοσοῦτου καταξιώθεισαν χαρίσματος.
 448 *complexim* According to *ThLL* 3, 2090, s.v. (“i. q. coniunctim, sine discrimine”) the only text where it occurs, is in Hesychius of Jerusalem († after 450), *Comm. in Lv.* 3, 6–17, Migne PG 93, 816 D (the Latin translation by a certain Hieronymus dates from the 6th century). Altaner, p. 333.
 454 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 4, 6 and 5, 3, Migne PG 57, 46 and 58; cf. Anianus, Migne PG 58, 1011–12 and 1025–26.
 458–461 *Vnde ... fuit* Aug. *Epist.* 153 (old numbering: 54), 4, 9, CSEL 44, p. 405: “Vnde Ioseph, cui virgo Maria, Domini mater, fuerat ... puniri eam tamen noluit ... fuit”. Cf. *Loca*, p. 239: “pag. 8 vers. a fine 16. lege, epist. 54. hunc versu deorsum 3. nouerat non esse commixtum”.
 458 *inquiens* Refers to “Augustinum ... loquentem” (l. 457).
 461 *Ambrosius De institutione virginis* 5, 39, Migne PL 16, 330 A.
 464 *Paulus Col.* 2, 15.
 467 *Hebraeos Hebr.* 6, 6.

ἑαυτοῖς τὸν Ὑῖὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ παραδειγματίζοντας. Interpres proximo loco vertit *traduxit*, hic vertit *ostentui habentes*. Quanquam mihi sane nonnihil interesse videtur inter δειγματίζειν et παραδειγματίζειν, siquidem δειγματίζειν est simpliciter ‘exempli causa ostendere’, παραδειγματίζειν ob praepositionem additam in malam partem sonat. Etiam si vtrunque deducitur a δεῖγμα, quod est ‘exemplum’, et δεῖγμα a δεικνύω deductum est, quod est ‘ostendo’. Occulte dimittere. Ἀπολύσαι Graecis ambiguum est verbum. Dimittimus exercitum instructum, dimittitur senatus, dimittitur concio, cum vnicuique potestas fit quo velit abeundi; dimittimus et amicum volentem proficisci. At hoc loco Latinius simul et apertius erat ‘amittere a se’ siue ‘repudiare’ siue ‘diuortium cum ea facere’ (id enim sensit euangelista) idque clanculum, quod palam non posset citra periculum simul et infamiam vxoris. [B] Etiamsi me non fugit apud Suetonium dimissam dici quae sit repudiata. [A] Neque par est quenquam offendi ceu duriore verbo repudiandi, cum Hilarius, eruditus iuxta ac pius autor, non veritus sit vti duriore. Sic enim ait exponens canonem Matthaei: *Volenti eam abiicere*. Id nimirum atrocius est quam repudiare.

[20] In somnis. Κατ’ ὄναρ, id est ‘per somnium’. Quanquam sensum [B] eleganter [A] expressit interpres. Nam quod in somnis apparet, per somnium appareat necesse est. [C] Nec est apud Graecos apparuit Ioseph, sed ‘apparuit illi’. Certe ‘ei’ legitur in emendationibus nostris, nominatim in aureo codice. Nam liceat interim hac nota significare librum quem diximus esse in aulica bibliotheca Mechliniae. [A] Accipere Mariam coniugem. Παραλαβεῖν, id est ‘adiungere in consuetudinem vitae’. Iam enim acceperat, [B] sed diuortium meditabatur. [A] Rursus interpres abhorruit a vocabulo vxoris, cum euangelista non vereatur Ioseph patrem vocare Iesu. Certe diuus Hieronymus *vxorem* legit, non *coniugem*. Id quod et interpretatio illius declarat. [B] Excusat enim vxores in diuinis literis aliquoties dici quae sponsae sint. Alioqui Graeci sponsam appellant *νόμφην*. Porro γυνή Graecis nunc vxorem sonat, nunc quamcunque mulierem. Chrysostomus homilia in Matthaem quinta indicat nomen hoc parum competere in virginem, sed tamen crebro tributum ab euangelistis, quo mysterium caelarent et arcerent stupri suspicionem. [A] Quod enim in ea natum. Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθέν, id est ‘genitum’. Sic enim appellat id quod conceptum est in vtero et nondum enatum. Natum enim dicitur etiam id quod quocunque modo coepit esse. [B] Nos tamen *conceptum* vertere maluimus, ne quem torqueret sermo minus vsitatus. Porro *natum* hic positum pro ‘conceptum’ fatetur et indicat diuus Augustinus libro primo Quaestionum in Genesin, [D] et Tertullianus libro De carne Christi. Nam ex hoc loco insanus Valentinus dicebat Christum natum per virginem, non ex virgine, quum paulo superius Matthaemus non abhorruerit ab hac praepositione: *Ioseph genuit Iacob virum Mariae, ex qua natus est Iesus*. | [A] De Spiritu Sancto. Ἐκ Πνεύματος ἔστιν Ἁγίου, id est: ‘e Spiritu Sancto est’ siue, vt nos vertimus, *a Spiritu Sancto profectum est*, vt autorem indicet praepositio. Iam diximus quod recentiores aliquot theologi ingens mysterium subesse volunt in hisce praepositionibus ‘ex’ et ‘de’; cum apud Graecos eadem sit

praepositio, apud nos diuersa, tantum quia libuit interpreti, qui frequenter affectat varietatem, vbi nihil opus.

[21] [B] Pariet autem filium. Annotauit Chrysostomus non esse dictum: ‘Pariet tibi filium’, quemadmodum solet dici patribus; et tamen dictum est: *vocabis nomen eius Iesum*, quod autoritas imponendi nominis soleat esse penes maritum. Id tametsi videtur a suscepto negotio alienius, tamen admonere visum est, quod ad tuendam lectionis integritatem pertinere videretur. [A] Et vocabis nomen eius Iesum. Vel hic refelli potest Iudaeorum nostrae tempestatis vaesania qui volunt Christo diuersum fuisse nomen a nomine ducis Iosue et Iosue sacerdotis. Certum est enim [B] *ישׁע*, siue additis duabus literis Vau et He [A] *ישׁעיה* Hebraeis sonare salutem. Et angelus vocabuli rationem exponens: *Ipse enim*, inquit, *saluum faciet populum suum*. Id quod annotauit et Hieronymus. Et diuus Chrysostomus homilia prima testatur in ipso statim Euangelii frontispicio,

472 Etiam si B–E: Quanquam A.

473 deductum E: diductum A, ductum B–D.

476–477 Latinius ... erat B–E: magis quadrabat A.

478 posset B–E: possit A.

493 declarat C–E: attestatur A B.

509 praepositio. Iam diximus quod B–E: praepositio. Hoc obiter admonendum duxi,

479 *Suetonium Aug.* 63, 2: “Tiberium priuignum suum elegit [sc. Augustus] coegitque praegnantem vxorem et ex qua iam pater erat dimittere”.

481 *Hilarius In Mt.* 1, 3, 9–10, SC 254, p. 96.

486–487 *apparuit ... ei ἐφάνη αὐτῷ*; modern editions of Vg. read “ei”.

489–493 *Accipere ... coniugem Thomas More* defends the translation “vxor” in *Nov. Test.* against John Batmanson in *Letter to a Monk*, CW 15, p. 248.

492 *Hieronymus Comm. in Mt.* 1, 1, 20, CCSL 77, p. 11.

496 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 5, 3, Migne PG 57, 58.

502 *conceptum* Reading of *Nov. Test.*

503 *Augustinus Quaest. in Hept.* 1, 117, 1, ad Gn. 35, 26, CCSL 33, p. 42: “Hoc autem modo, etiam si ‘nati sunt’ legeretur, possent dicere: iam in vtero natus erat, quia conceptus erat; sicut de sancta Maria dictum est ad Ioseph: ‘quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est’”.

503–507 *Tertullianus ... Iesus Tert. De carne Christi*, 20, 1 sq., CCSL 2, p. 908 sq., opposes the followers of Valentinus: “Per virginem dicitis natum, non ex virgine ... quia et angelus in somnis ad Ioseph: ‘Nam quod in ea natum est’, inquit, ‘de Spiritu Sancto est’”.

quod A.

516 videtur D E: sit B C.

518 hic E: hinc A–D.

520 *ישׁע* B D: *ישׁע* C, *ישׁע* E.

521 *ישׁעיה* D E: *ישׁעיה* A–C.

522–527 Id quod ... Latinius B–E: Porro Latinius A.

511–512 *interpreti ... opus* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 827, col. 1, ad Mc. 9, 7: “Delectatur supra modum interpres variandis verbis”.

513 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 4, 6, Migne PG 57, 47: “Τέξεται δέ, φησίν, ‘υἱόν’ οὐκ εἶπε, ‘Τέξεται σοι’, ἀλλ’ ἀπλῶς ‘Τέξεται’, μετέωρον αὐτὸ θεῖς· οὐ γὰρ αὐτῷ ἔτικτεν, ἀλλὰ τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ. Anianus, Migne PG 58, 1013–14: “Pariet”, inquit, ‘filium’. Non dicit, ‘Pariet tibi’; sed posuit illud indefinitum et suspensum. Non enim illi, sed vniuerso prorsus orbi peperit Christum”.

522 *Hieronymus Comm. in Mt.* 1, 1, 21, CCSL 77, p. 11.

523–526 *Chrysostomus ... fuerit Hom. in Mt.* 2, 1, Migne PG 57, 23 (and 25): Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ (Anianus, Migne PG 58, 987–88 and 989–90: “Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham”); 2, 3, Migne PG 57, 27: Ἀλλ’ ἵνα μὴ Ἰησοῦν ἀκούσας διὰ τὴν ὁμωνυμίαν πλανηθῆς, ἐπήγαγεν Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ. Ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἦν τοῦ Δαυὶδ, ἀλλ’ ἐτέρας φυλῆς (Anianus, Migne PG 58, 991–992: “Sed ne Iesum audiens, de societate nominum patereris errorem, continuo subiunxit et Christum, ‘Iesu Christi’, inquit, ‘filii Dauid’. Ille enim non erat ex Dauid, sed ex alia tribu”).

Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, studio ab euangelista additum Christi
 525 cognomen, vt eo discerneretur a duce Iosue. Rursum additum *filii Dauid*, quod
 ille Iosue de tribu Dauid non fuerit. Porro si nomen erat diuersum, quorsum atti-
 nent haec notae nomen a nomine secernentes? Caeterum Latinius erat ‘a peccatis
 suis’ quam eorum. Verum interpres, opinor, vitauit amphibologiam, sed, dum
 530 vitat hoc incommodum, in aliud incidit incommodum. Neque vero periculum
 erat, ne quis acciperet Iesum liberasse suos Iudaeos a suis ipsius peccatis. [D]
 Medium erat ‘a peccatis ipsorum’.

[22] [B] Per [A] prophetam dicentem. Sermo Graecus bifariam accipi
 potest, altero modo sic, vt impleretur quod dictum erat a Domino, qui loquutus
 est per prophetam, altero sic, vt impleretur quod dictum erat a Domino per os
 535 prophetae cuius haec sunt verba. Haec amphibologia Graecis hinc nascitur, quod
 vtraque praepositio ὑπό et διά – id est ‘a’ et ‘per’ – eundem nominis casum ascisc-
 cunt: τὸ ῥῆθὲν ὑπὸ τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ προφήτου λέγοντος. Verum posterior sen-
 sus mihi magis probatur, quod videam hanc sermonis figuram solennem esse
 sacris literis, quoties aliena verba recitant. Id quod Latini faciunt per ‘inquit’ et
 540 ‘inquam’. Iam verbum impleretur pro ‘perficeretur’, vt ignotum est Latinis
 auribus, nisi cum sentimus addi quod deerat rei consummandae, ita ex Hebraei
 sermonis proprietate relictum est. Quod genus permulta licebit in apostolorum
 literis animaduere.

[23] [A] Ecce virgo. Ἴδὸν ἡ παρθένος. Apud prophetam Hebraeum nomen
 545 est non בְּתוּלָה bethula, quod proprie virginem significat et intactam viro, sed
 אַלְמָה alma [B] siue alama, [A] quod puellam siue adolescentulam significat. Hoc
 aetatis est nomen, illud integritatis. Caeterum Hieronymus negat vsquam inue-
 niri in Veteri Testamento vocabulum alma, nisi de virgine. Certe Genesis capite
 xxiiii. Rebeccam adhuc virginem alma vocat. Et Deuteronomii capite xxii. lex
 550 punit raptorem alma – id est ‘puellae’ – haud dubium quin de virgine sentiens;
 [B] quem locum adducit et Origenes aduersus Celsum. [A] Proinde Septuaginta
 vocem hanc interpretati sunt ἡ παρθένος – id est ‘virgo’ – caeteris licet omnibus
 ‘puellam’ interpretantibus. Quanquam apud Hebraeos vox est anceps, vt quae
 tum puellam significet, tum absconditam, [B] quod אַלְמָה alam Hebraeis sonet
 555 ‘abscondit’. [A] Vnde quod in titulo noni Psalmi positum est אַלְמִיּוֹת, pro quo cae-
 teri interpretes transtulerunt ‘pro adolescentia’, Septuaginta transtulerunt ‘pro abs-
 conditis’, vt alma non solum virginem significet, sed κατ’ ἐπίτασιν virginem abs-
 conditam et a virorum conspectu seclusam. Qui mos et hodie [B] fere [A] manet
 560 Italis. Quin et Punica lingua, quam nonnulli volunt ab Hebraeis ortam, alma
 virgo dicitur. Nam quod adiecit Hieronymus, Latinis quoque quod sanctum sit
 alimum dici, ioco verius quam serio locutus videtur. [C] Neque enim si in tot
 milibus vocum vna aut altera casu conueniat, continuo videri debet linguarum
 commertio fuisse factum. [A] Neque tamen alma vocabulum competit in quam-
 uis virginem – potest enim et anus esse –, sed in eam virginem duntaxat quae
 565 puella sit et iam nubilis ac nondum nupta, hoc est ‘cognita viro’. Verum si cum
 contentiosis agatur, quantumuis constet alma significare virginem, non tamen

570 euincemus ex his verbis virginem fuisse quae conceperit. Sic enim de infantula liceat loqui: ‘Haec pariet liberos’, at non protinus pariet infantula. Verum cum ceu nouum signum polliceatur Deus, quid noui fuerat, si, quae prius erat virgo, postea congressa viro conciperet ac pareret – id quod est omnium commune? Postremo nec illud arbitror negligendum, non dictum esse simpliciter $\pi\alpha\rho\theta\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$, sed ἡ $\pi\alpha\rho\theta\acute{\epsilon}\nu\omicron\varsigma$; vt non de quauis virgine possit accipi quod nihil erat monstri,

530 suos Iudaeos *B–E*: populum suum *A*.
 532–544 dicentem ... Ecce *C–E*: dicentem.
 Sermo ... 541 auribus, ita ... Ecce *B*, dicentem. Graecus anceps est sermo. Siquidem incertum est, vtrum accipiendum sit dominum loqui per prophetam, aut a domino dictum per prophetam, cuius haec sint verba, quod ὑπὸ et διὰ vtraque praepositio genitiuuo iungatur. Sed posterior sensus verior est, quod hoc participio mos sit Euan-

gelistis verba referre Loquentis, quem admodum Latini per inquit. Ecce *A*.
 545 $\beta\eta\theta\iota\lambda\eta$ *E*: $\beta\eta\theta\iota\lambda\eta$ *A–D*.
 546 $\epsilon\lambda\mu\eta$ *A–D*: $\epsilon\lambda\mu\eta$ *E*.
 554 $\epsilon\lambda\mu$ *B C*: $\alpha\lambda\mu$ *D E*.
 561 videtur *B–E*: videt *A*.
 568 pariet infantula *C–E*: infantula pariet *A B*.
 568 Verum *D–E*: At *A–C*.
 569 polliceatur *B–E*: polliceat *A*.

527–528 *a peccatis suis* The translation in *Nou. Test.*
 532–539 *Sermo ... recitant* Er. here opposes Valla, who in *Annot.*, Garin, 1, p. 806, col. 1, preferred to make λέγοντος refer back to κυρίου.
 536–537 *asciscunt* The subject is “vtraque praepositio ὑπὸ et διὰ” (l. 537).
 540 *impleretur* Cf. *ThLL* 7, 1, 637, s. v., sub c.: “de rebus praedictis vel praeceptis sim. i.q. ad effectum ducere, efficere, satisfacere (praecepto, condicioni) sim.”
 542 *proprietate* V. supra, p. 48, introd., §10.
 544 *prophetam* Is. 7, 14.
 547 *Hieronymus Hebr. quaest. in Gn.* 24, 43, *CCSL* 72, p. 29 sq.: “Notandum ergo quod verbum ‘alma’ numquam nisi in [Migne *PL* 23, 974 A: “de”] virgine scribitur et habet etymologiam ἀπόκρυφος, id est abscondita ... Ostendant igitur Iudaei in scripturis alicubi positum ‘alma’, vbi adulescentulam tantum et non virginem sonet”; *Comm. in Is.* III, 7, 14, *CCSL* 73, p. 104: “Et quantum cum mea pugno memoria, numquam me arbitror alma in muliere nupta legisse, sed in ea quae virgo est; vt non solum virgo sit, sed virgo iunioris aetatis et in annis adolescentiae”.
 548 *Genesis Gn.* 24,4.
 549 *Deuteronomii Dt.* 22, 25–29.
 551 *Origenes Contra Cels.* I, 34, *GCS* 1, p. 86 (quotes *Dt.* 22, 23–26 θανάτου).
 553–557 *Quanquam ... absconditis* Taken from Hier. *Comm. in Is.* III, 7, 14, *CCSL* 73, p. 103

(“Porro alma apud eos ambiguum est; dicitur enim et adulescentula et abscondita, id est ἀπόκρυφος. Vnde et in titulo Psalmi noni, vbi in Hebraeo positum est almoth, ceteri interpretes transtulerunt: ‘pro adolescentia’, quod LXX interpretati sunt: ‘pro absconditis’ ... Lingua quoque Punica, quae de Hebraeorum fontibus manare dicitur, proprie virgo alma appellatur. Et vt risum praebeamus Iudaeis, nostro quoque sermone alma sancta dicitur”) and *Tract. in Ps.* 9, 1, *CCSL* 78, p. 28 (“Pro occultis filii.’ In Hebraico aliter habet. In Hebraico enim habet ALAMOTH, quod interpretatur, pro morte: AL enim dicitur pro, MOTH dicitur mors Videte igitur Septuaginta interpretes, quoniam Ptolomeo gentili regi interpretabantur, et durum erat dicere mortem filii, occultum interpretati sunt”).
 555 $\epsilon\lambda\mu\theta$ *Ps.* 9, 1. Koehler-Baumgartner, p. 709, s.v. $\epsilon\lambda\mu\theta$: “unexplained technical note”. *LXX*: ὑπερ τῶν κρυφίων, *Vg.*: “pro occultis”.
 557 $\kappa\alpha\tau\prime \epsilon\pi\iota\tau\alpha\sigma\iota\nu$ V. supra, p. 46, introd., §9.
 559–560 *Quin ... dicitur* Cf. supra, n.ll. 553–557.
 561–563 *Neque enim ... factum* Added as a reaction to Stun.; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 82 sq., ll. 476–92, in particular ll. 486–87: “Quod si qua conueniunt, aut σύμπτωμα esse crediderim, nimirum in tot milibus vocum casu consentientibus ...”.
 563 *competit* I. q. “congruere”, “consentire”, “aptum esse” (*ThLL* 3, 2065).

sed certa quaequam; vt insignis virgo denotetur, quae sit paritura. Proinde ver-
 tendum erat: 'Ecce virgo illa concipiet'. Ad quem modum nos locis aliquot arti-
 575 culi vim expressimus. Et η apud Hebraeos hoc loco praepositum articuli vim
 LB 10 habet. | In vtero habebit. 'Εν γαστροῖ ἐξει, pro eo quod est: 'grauida' siue
 'praegnans erit'. Nam apud Esaïam cap. vii., vnde locus hic citatus est, $\eta\eta\eta$ habe-
 tur, quod diuus Hieronymus *concupiet* vertit, cum tamen Hebraea vox hic videat-
 580 tur esse praesentis temporis. Caeterum diuus Hieronymus hunc enarrans locum
 legisse videtur $\epsilon\chi\epsilon\iota$ praesentis temporis, non $\epsilon\zeta\epsilon\iota$ futuri; quasi propheta ceu rem
 futuram praedixerit [B] et ob id scripserit *accipiet*, [A] euangelista respexerit ad id
 quod iam erat factum, [B] eaque gratia scripserit 'habet'. Quod verbum tametsi
 praesentis sit temporis, tamen respondet verbo praeteriti temporis. Neque enim
 aliud pollet 'habet in vtero' quam 'concepit'. Ostendit [C] Hieronymus [B] simile
 585 quiddam factum a Paulo, qui cum adducat testimonium Psalmi sexagesimi sep-
 timi: *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, accipiet dona in hominibus,*
accipiet, futuri temporis verbum, verterit in *dedit*. Atqui haud scio an hic locum
 habeat illa Hieronymi excusatio quod quae propheta praedixerat futura, hic nar-
 rat facta, cum Matthaeus ipsum prophetam adducat suis verbis loquentem: *vt*
 590 *impleretur*, inquit, *quod dictum fuerat a Domino per prophetam ita loquentem*.
 Postremo, si euangelista narrat id quod gestum est, non dicendum erat 'habet in
 vtero', sed 'habuit'. Iam enim Maria desierat esse grauida. Hi nodi non video qui
 possint explicari, nisi succurrat Hebraei sermonis proprietates; quem quisquis igno-
 rat, multis in locis aut haereat aut impingat necesse est. Hic quoque locus argu-
 595 mentum praebet hanc aeditionem, qua vulgo vtimur, [D] tum [B] nec in vsu
 fuisse Hieronymo nec ab illo castigatam. Nam si vsus fuisset, legisset et hic
 'habet'; si castigasset, haberemus quod ille probat ac sequitur. [A] Verum, vt pace
 Hieronymi dicam, cur magis respexit huc, in *habebit*, quam in *pariet*, vbi tempus
 futurum relinquitur? [B] Aut quid peractum est Paulo, postea quam mutauit
 600 *accipiet* in *dedit*, cum *duxit*, praeteriti temporis verbum, maneat? Nam si prophe-
 tae scribentis tempus respicias, nondum Christus ascenderat in altum neque cap-
 tiuam duxerat captiuitatem. Haec attingere visum est, quo praeberem eruditibus ac
 studiosis qualemcunque vestigandi occasionem. [C] Sed interim in mentem venit
 hunc quoque locum deprauate legi in commentariis huius loci. Nam sciolus ali-
 605 quis audiens fieri mentionem futuri mutauit *accepit* in *accipiet*: *accipiet dona in*
hominibus, quum et iuxta Septuaginta sit $\epsilon\lambda\alpha\beta\epsilon\nu$ et iuxta veritatem Hebraicam

575 η scripsi: η A-C, η D E.

578-579 tamen ... temporis. Caeterum C-E:
 tamen, vt hebraici apices duo scilicet camez
 indicant praesentis sit temporis, praeteriti
 autem esset, si vnum foret camez. Caeterum
 A B.

587 Atqui C-E: Ad haec B.

588 illa C-E: vlla B.

599 relinquatur B-E: reliquit A.

599 Aut C-E: At B.

600 duxit C-E: dedit B.

606 $\epsilon\lambda\alpha\beta\epsilon\nu$ D E: $\epsilon\lambda\alpha\beta\epsilon\varsigma$ C.

573-574 Proinde ... *concupiet* Nov. Test.: "Ecce
 virgo erit praegnans".

576-618 In vtero ... *habebit* In the additions of
 1519 and 1522 Er. reacts to Lee and Stun.;

- they present similarities with *Resp. ad annot. Ed. Lei*, LB IX, 129 C – 131 C, and *Apolog. resp. Jac. Lop. Stun.*, ASD IX, 2, p. 82 sqq., ll. 455–475. As late as 1528 Er. defends himself from criticism over this passage in *Apolog. adv. monach. hisp.*, LB IX, 1077 B–E. Cf. Bludau, p. 132, and Rummel, *Nameless Critics*, p. 47, and *Catholic Critics*, I, p. 101.
- 576–577 *In vtero ... erit* Cf. supra, p. 76, l. 279 sqq.
- 578 *Hieronymus Comm. in Is.* III, ad Is. 7, 14, CCSL 73, p. 104: “Vnde et in praesenti loco pro ‘concipiet in vtero’ Matthaeus posuit ‘In vtero habebit’ et pro ‘vocabis’ ‘vocabunt’”. Vg. reads in Is. 7, 14: “Ecce virgo concipiet”.
- 578–579 *Hebraea ... temporis* The text was revised in 1522 (cf. app. crit.) under the influence of Wolfgang Fabricius Capito; the latter noted in Ep. 561 (24 March 1517) the criticism from an obscurus homo, a Franciscan who is also mentioned by Bruno Amerbach in Ep. 557, ll. 7–9, although not by name. According to James M. Kittelson (*Wolfgang Capito. From Humanist to Reformer*, Leiden, 1975, p. 27) this might have been Conradus Pellicanus. Pellicanus (1478–1556), born in Ruffach (Alsace), entered the Franciscan monastery of Ruffach in 1493, began studying in Tübingen in 1495, commenced his study of Hebrew in 1499 and became lector in theology in the Franciscan monastery at Basel in 1502. Joannes Amerbach took him on as an associate. In 1523 he became professor in theology in Basel, in 1525 he went, at the request of Zwingli, to Zürich, where he taught Greek and Hebrew until his death. He helped Er. with the edition of the work of Hier. and other Church Fathers; from 1525, relations between them deteriorated after it had been rumoured that he had spread the news that Er.’s views with respect to the eucharist were identical with those of Oecolampadius, who had gone over to the Reformation. Cf. *Contemporaries*, 3, p. 65 sq., and Rummel, *Catholic Critics*, I, p. 127.
- 579–590 *Caeterum ... loquentem* Hieronymus deals with these two subjects in reverse order in *Comm. in Mt.* I, 1, 22–23, CCSL 77, p. 12: “Pro eo quod euangelista Matheus dicit: ‘in vtero habebit’, in propheta scriptum est: ‘in vtero accipiet’. Sed propheta quia futura praedicit significat quid futurum sit et scribit ‘accipiet’, euangelista, quia non de futuro sed de praeterito narrat historiam, mutavit ‘accipiet’ et posuit ‘habebit’. Qui enim habet, nequaquam accepturus est. Tale quid et in Psalmis legimus: ‘Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, accepit dona in hominibus’. Hoc testimonium apostolus ponens non dixit ‘accipit’, sed ‘dedit’, quia ibi de futuro significatum est quod accepturus esset, hic de eo narratur qui iam dederat quod acceperat”. Vg. reads in Ps. 67 (68), 19: “Ascendisti in altum; cepisti captiuitatem; accepisti dona in hominibus” (in LXX: ἀναβάς εἰς ὑψος ἤχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν, ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώπῳ), in *Eph.* 4, 8: “Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus”, translation of ἀναβάς εἰς ὑψος ἤχμαλώτευσεν αἰχμαλωσίαν, ἔδωκεν δόματα τοῖς ἀνθρώποις.
- 589–590 *ut impleretur ... loquentem Mt.* 1, 22, reads in modern versions of Vg.: “ut adimpleretur quod dictum est a Domino per prophetam loquentem”, in *Nou. Test.*: “ut perficeretur (A: “impleretur”) id quod dictum fuerat ...”.
- 593 *proprietat* V. supra, p. 48, introd., §10.
- 594 *impingat ThLL* 7, I, 618, s.v.: “II. Intr. A: proprie i.q. se illidere, incurrere, B: transl. i.q. offendi” and gives as an example, among others, Anianus, *Hom. in Mt.* I, 1 (“propter vitam et mores grauius impegerrunt”). Cf. infra, p. 155, n.l. 70.
- 596 *Hieronymo* The *Vulgate*, which was compiled towards the end of the fourth century, was long ascribed to Hier., but Valla and Faber Stapulensis had already stated that the translation of the *NT* in the Vg. could not be the work of Hier., even though he had translated the *OT* from Hebrew and had revised a translation of it by order of Pope Damasus (*Praefatio in quatuor Evangelia*, Migne PL 29, 559 BC: “... ita calamo temperauimus, ut his tantum quae sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant”). Cf. *Apologia*, LB VI, **2: “... indocitis etiam, multorum libris persuasum esse reor, hanc Noui Testamenti editionem Hieronymi non esse, quemadmodum ab ipso fuit emendatum.”, and Ep. 2172, ll. 18–20. Eugene F. Rice, *Saint Jerome in the Renaissance*, Baltimore-London, 1985, pp. 173–179, Bruce M. Metzger, *The Early Versions of the New Testament*, Oxford, 1977, pp. 352–362, and Cecilia Asso, p. 60. Cf. supra, p. 11, introd., §4.
- 604 *sciolus* Postclassical word, since Hier. *Epist.* 49 (48), 18, 3 and 50, 5, 3, CSEL 54, pp. 382 and 394 (Forcellini, 4, p. 254, s.v.). Kinney translates “a know-it-all, a smatterer” (More, *CW* 15, p. 589, n. 270/29).
- 606 *veritatem Hebraicam* Term which Hier. often uses for the Hebrew text of the *OT*.

similiter verterit Hieronymus. Nec aliter citat hunc locum epist. ad Ephesios, capite quarto. Non animaduertit autem rationem futuri temporis non esse in voce verbi, sed in re. Nam qui accepit elargienda, nondum elargitus est, vt quae
 610 concepit, nondum peperit. Similis error quendam impulit, vt hoc loco mihi grauem moueret tragoediam. [B] Non grauabor autem et hoc indicare lectori pio, locum hunc in Commentariis Hieronymi in omnibus quae viderim exemplaribus, haberi deprauatum, etiam in hac quantum licuit elaboratissima aeditione Basiliensi. Lectio restituetur ad hunc modum: *Sed propheta quia futura praedicit,*
 615 *significat quid futurum sit, et scribit 'accipiet', euangelista quia non de futuro, sed de praeterito narrat historiam, mutauit 'accipiet' et posuit 'habet'. Qui enim habet, nequaquam accepturus est.* Certe ex hac clausula: *qui enim habet, nequaquam accepturus est*, palam est Hieronymum legisse *habet*, non *habebit*. [C] Idem mendum esse videtur in Commentariis quibus enarrat septimum caput Esaiiae. [A] Et
 620 vocabitur nomen eius. Καλέσουσιν, id est 'vocabunt', non *vocabitur*. Atque ita scriptum comperitur in antiquissimis simul et emendatissimis Latinorum exemplaribus. Quin et Hieronymus Commentariorum in Esaiam libro tertio et illud adnotauit, euangelistam nonnihil immutasse de verbis huius prophetiae; quippe qui pro תִּקְרָא, quod Hebraeis sonat 'et vocabis' in masculino, siue 'vocabit' in foeminino, vt referatur ad ipsam quae peperit virginem, 'vocabunt' mutarit. [B] Nam 'vocabunt' legit et Origenes, testimonio hoc vtens aduersus Celsum. Et Chrysostomus clarissime testatur *vocabunt* esse legendum, homilia quinta. [A] Sed: 'Vocabunt', [D] inquit, [A] 'ponens multitudinis numero Matthaeus respexit populi personam, cuius illa vox est *Nobiscum Deus*', nimirum sibi gratulantis de
 630 tali partu. Qua de re nonnihil etiam meminit Theophylactus Bulgariensis episcopus, Graecus interpret etiam si recentior, haud aspernandus tamen. E manuel. autem Hebraeis sonat 'Nobiscum Deus'. Nam נִבְרַח 'nobiscum', אֱלֹהִים 'Deus', לִבְרַח נִבְרַח 'Nobiscum Deus'. Caeterum *quod est interpretatum*, quoniam inusitatio est sermo nec amphibologia carens, nos periphraasi maluimus reddere: *quod si quis interpretetur, sonat 'Nobiscum Deus'*.
 635

[24] Exurgens autem Ioseph. Διεγερθείς, id est, 'experrectus' siue 'experfactus' aut 'excitatus'. Quanquam huius verbi vsus ad tria solet accommodari, ad eum qui surgit, qui reuiuiscit et qui expergiscitur. Et accepit coniugem. Hoc est: 'adiunxit sibi'. Pugnatum enim παραλαμβάνειν cum eo quod est ἀπολύσαι,
 640 id est 'reicere'. Sic enim vsus est et diuus Paulus scribens ad Romanos: τὸν δὲ ἀσθενοῦντα πίστει προσλαμβάνετε, id est: 'eum qui infirmus est fide, ne reicite, sed admittite et adiungite vobis'.

[25] Filium suum primogenitum. Τὸν πρωτοτόκον. Graecus articulus fauere videtur Heluidianis, qui sic additur, quasi distinguat hunc filium a caeteris, sed magis accipiendus interpretatiue pro eo quod est 'qui est primogenitus';
 645 vt intelligas eundem illum filium de quo prius est locutus et quem e Spiritu dixit conceptum. Eadem de causa addit αὐτοῦς, id est 'suum'. Alioqui quae mulier parit alienum filium? Vt interim sileam de mysterio quod subest in vocabulo primogeniti. Caeterum quod ait: donec peperit, Latinius erat 'donec peperisset'. Ex

650 his quoque verbis Heluidiani venantur erroris sui patrociniū haud animaduer-
tentes Hebraei sermonis proprietatem. Ad eundem modum legis de coruo emisso
Genesis cap. viii., qui egrediebatur et non reuertebatur, donec siccaentur aquae
super terram; cum significet auem nunquam fuisse reuersam. Quanquam hac de
655 ἐγίνωσκεν verecundiae causa positum pro ‘coiit cum ea’, coactum ac frigidum

613 quantum C–E: quoad B.

624 וְקָרְאתַת *scripsi*: וְקָרְאתַת A, וְקָרְאתַת B C, וְקָרְאתַת D, וְקָרְעַת E.

630–631 Theophylactus Bulgariensis episcopus C–E: Vulgarius A B.

631 Emanuel B–E: Immanuel A.

632 עֲמֹנוּ D E: עֲמֹנוּ A–C.

633 עֲמֹנוּאֵל D: עֲמֹנוּאֵל A–C, עֲמֹנוּאֵל B, עֲמֹנוּאֵל E.

633–634 Caeterum ... nos C–E: Caeterum quod scripsit interpres latinus quod est interpretatum, nec ad verbum reddidit graecum

611 *tragoediam* Cf. supra, p. 49, introd., §10.

613–614 *aeditione Basiliensi* The edition by Er. himself, Basel, 1516.

614–618 *Sed propheta ... accepturus est* V. supra, p. 91, n.ll. 579–590. Because Hier. reads “habebit” instead of “habet” (l. 616), the logic of ll. 617–618 disappears.

618–619 *mendum ... Esaiiae* Cf. supra, p. 91, n.l. 578.

620 *vocabitur* Modern editions of *Vg.* read: “vocabunt”.

622 *Hieronymus* V. supra, p. 91, n.l. 578.

624 וְקָרְאתַת The reading in the *OT* with both meanings given by Er. (Gesenius, p. 723, col. 1).

626 *Nam vocabunt ... Origenes* But *Contra Cels.* I, 34, *GCS* 1, p. 85, reads καλέσεις.

627 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 5, 2, *Migne PG* 57, 56; Anianus, *Migne PG* 58, 1023–24: “Quia scilicet non dixit, ‘Vocabis’: sed ‘Vocabunt’, populi sine dubio, et ipse exitus rerum”.

628–629 *Vocabunt ... Deus* I do not know where this quote comes from; it is not derived from Hier. *Comm in Is.*, nor from Hier. *Comm. in Mt.*, nor from Anianus’ translation of Chrys. Perhaps Er. wrote it himself in the first edition, under the influence of Chrys. (v. supra, n.l. 627), and during the preparation of the fourth thought that it was a quote.

630–631 *Theophylactus ... recentior ... tamen Enarr. in Mt.* 2, 23, *Migne PG* 123, 160 B. Cf. supra, p. 61, n.ll. 140–141.

sermonem, nec latinitati satis consuluit, vnde nos A B.

635–636 Deus. Exurgens D E: deus. Apud Esaiam vaticiniū illud in hunc modum legitur הִנֵּה הָעֹלָמָה הָרָה וְיִלְדֶת בֵּן וְקָרְאתָ שְׁמוֹ עֲמֹנוּאֵל. Exurgens A, deus. Apud Esaiam vaticiniū illud, si quis forte requirat, in hunc ... עֲמֹנוּאֵל. Exurgens B, deus. Apud Esaiam vaticiniū illud, si quis forte requirat, in hunc modum legitur הִנֵּה הָעֹלָמָה הָרָה וְיִלְדֶת בֵּן וְקָרְאתָ שְׁמוֹ עֲמֹנוּאֵל. Exurgens C.

631–632 *Emanuel ... Deus* Stun. reproached Er. for devoting too little attention to the explanation of *Emanuel*; cf. *Apolog. c. Sanc. Caranz.*, *LB IX*, 401 B – 404 E (Bludau, p. 141).

634–635 *quod ... Deus* The reading of *Nov. Test.*

640 *Paulus Rom.* 14, 1. The translation of ll. 641–642 derives neither from *Vg.*, nor from *Nov. Test.*

644 *Heluidianis* Cf. Hier. *Adv. Heluidium*, 9 sq., *Migne PL* 23, 192 BC: “[Heluidius: ...] nititur approbare ‘primogenitum’ non posse dici, nisi eum qui habeat et fratres; sicut vnigenitus ille vocatur, qui parentibus solus sit filius. Hieronymus: Nos autem ita defini-mus: Omnis vnigenitus est primogenitus: non omnis primogenitus est vnigenitus. Primogenitus est, non tantum post quem et alii; sed ante quem nullus ... Definit sermo Dei, quid sit primogenitum, ‘Omne’, inquit, ‘quod aperit vuluam’ [*Ex.* 34, 19 sq.].

648–649 *mysterio ... primogeniti* Er. may be referring to the problem raised in the *Glossa Ordinaria* ad locum: “Primogenitum dicitur omne quod aperit vuluam, siue aliud sequatur siue non. Vel primogenitus inter omnes electos per gratiam. Proprie autem primogenitus Dei Patris vel Mariae dicitur”.

651 *proprietatem* V. supra, p. 48, introd., §10. 651 *coruo emisso Gn.* 8, 6 sq.

655–657 *coactum ... dignitatis esset* Cf. ll. 445–448 on p. 84, where dignitas also plays a part, but where Joseph has come to recognise

est quod quidam commenti sunt: ante partum non cognouit quantae dignitatis esset, post partum visis miraculis cognouit illam esse toto mundo superiorem.

[A]

EX CAPITE SECVNDO

[I] Cum ergo natus esset. Graeci codices 'autem' habent, non *ergo*, Τοῦ δὲ
 660 Ἰησοῦ γεννηθέντος – id est: 'nato autem Iesu' –, atque ita legit Chrysostomus,
 quanquam refragmentibus antiquis exemplaribus Latinis. Neque magni refert ad
 sententiam. In Bethlehem Iudae. 'Iudaeae' legendum arbitror, non *Iudae*,
 suffragantibus vetustissimis exemplaribus nostris, siquidem Iuda hominis nomen
 est, Iudaea regionis: ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Caeterum obscuri viculi nomen,
 665 quo magis agnosceretur, addito regionis vocabulo illustravit. Est enim Bethlehem
 oppidulum situm in tribu Iuda, vnde Iudaea dicta est, haud procul ab Hierosoly-
 mis. Solemus autem regionis nomen addere, etiam discernendi gratia, velut
 Antiochiam Palaestinae, quod altera sit eiusdem nominis in Asia, id quod hic
 quoque locum habet. Siquidem alteram esse Bethlehem in Galilaea indicat liber
 670 Iosue, [C] quemadmodum autor est Hieronymus in suis Commentariis ac rursus
 enarrans quintum Michaeae caput. Scribit enim hunc in modum: *Pulchre autem
 dicitur: 'in Bethlehem Iuda', ad distinctionem eius Bethlehem quae in Galilaea sita
 est, sicut in eodem Iesu volumine repperi.* [A] Consimiliter deprauatum est quod
 paulo post sequitur: *in Bethlehem Iudae* pro 'Iudaeae'. [B] Hieronymus tamen
 675 arbitratur librorum errore factum quod scriptum sit *Iudaeae* pro *Iuda*, cum in
 Michaea legatur *Iuda*, vsus hoc argumento, quod non sit altera Bethlehem alia-
 rum gentium, sed in Iudaea duae sint, altera in tribu Iuda, altera in Galilaea.
 Consentiant quidem exemplaria quae viderim, tum Graecorum tum Latinorum,
 cum opinione Hieronymi; licet argumentum illius refelli poterat quod ille
 680 Iudaeam pro vniuersa regione accipit, quae duodecim tribus complectitur; cum
 Iudaea proprie dicenda sit pars Iuda et Benjamin. Quod si quis contendat
 Iudaeam non vsurpari nisi pro vniuersa Iudaeorum regione, is protinus ex ipsius
 Matthaei refelletur autoritate, qui paulo post scribit in hunc modum: *Cum audis-
 set Archelaum regnare in Iudaea loco Herodis patris sui, timuit illuc abire, sed ora-
 culo admonitus in somnis secessit in partes Galilaeae.* Nam qui consistet eum
 685 fugisse e Iudaea et Galilaeam adisse, si et Galilaea Iudaeae pars est? [D] Etenim si
 Hieronymo creditur, gentium Galilaea erat in sorte tribus Neptalim, altera in
 tribu Zabulon. Caeterum quod Origenes libro Περὶ ἀρχῶν quarto sic diuidit
 totam gentem ab Hieroboam filio Nabath sectam in duas partes, vt decem tribus
 690 quibus ipse imperabat, dicerentur Israel, caeterae vero duae, Beniamitica et ea
 quae ex regio genere Dauid duxit originem, sit Iuda; [E] quibus semper iuncta
 fuit tribus Leuitica, vnde sacerdotes legebantur; [D] quicquid autem locorum
 haec natio acceperat a Deo, communi vocabulo dici Iudaeam, vt in genere verum
 sit, certe non videtur perpetuo verum. [B] Sed haec ad sensum euangelistae per-
 695 pusillum habent momenti. Proinde, siue *Iuda* legamus, siue 'Iudaeae', non est
 quod aliquis digladietur, cum sensus sit idem et constet olim etiam 'Iudaeae'

scriptum fuisse in vulgatis exemplaribus. Certe in vaticinio prophetae, quod mox adducetur, *Iuda* legitur, non ‘Iudaeae’, magno consensu codicum tum Graecorum tum Latinorum. [D] Ad haec Hebraeis peculiare est hominis vocabulum vsurpare pro gente seu loco. [A] Caeterum בֵּית לֶחֶם, Bethlehem, Hebraeis sonat ‘domum panis’, לֶחֶם, lehem, ‘panis’, בַּיִת, ‘domus’, יְהוּדִי, Iudaeus ‘confitens’; quo nomine

662 arbitror *D E*: est *A-C*.

670 *Iosue C-E*: Iudicum *A B*.

681 *Iuda et Benjamin E*: *Iuda A-C*, *Iuda et Leui D*, *Iuda et Benjamin*, quibus iuncta fuit Leuitica, sparsim inter has habitans *Loca*.

681 contendant *C-E*: neget *B*.

684 patris *D E*: fratris *B C*.

689 ab Hieroboam filio Nabath *E Loca*: a Roboam *D*.

690 Beniaminitica *E Loca*: Leuitica *D*.

700 בֵּית scripsi: בֵּית *A-E*.

701 בֵּית scripsi: בֵּית *A B*, בֵּית *C-E*.

701 יְהוּדִי *A D*; יְהוּדִי *B*; יְהוּדָה *C*; יְהוּדִי *E*.

Mary's dignitas even before the birth. With “quidam” (l. 656) Er. probably refers to *Opus imperfectum in Mt.*, *hom.* 1, Migne *PG* 56, 635: “Et non cognouit eam, donec peperit”. Vere enim non cognouit eam ante, cuius fuerat dignitatis, quae vnigeniti Dei facta fuerat mater; sed postquam peperit, tunc cognouit eam, quia speciosior et dignior facta fuerat quam totus mundus”. For the author of this work, v. infra, p. 133, n.l. 536.

660 *Chrysostomus* Chrys. quotes the text in *Hom. in Mt.* twice, in 6, 1, Migne *PG* 57, 61: Τοῦ Ἰησοῦ γεννηθέντος, and in 6, 4, Migne *PG* 57, 66: Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεννηθέντος. Anianus translates both occurrences (Migne *PG* 58, 1029–30 and 1033–34): “Cum autem natus esset Iesus”.

670 *Iosue* *los.* 19, 15.

670–673 *quemadmodum ... repperi* This addition, just like the alteration of “Iudicum” (*A B*) in “Iosue” (*C-E*) in l. 670, occurred under the influence of *Stun.*; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 84, ll. 494–515.

670 *Hieronymus Comm. in Mt.* 1, 2, 5, *CCSL* 77, p. 13: “Iudae autem idcirco scribitur quia est et alia Bethleem in Galilea. Lege librum Iesu filii Naue”; *Comm. in Mch.* II, 5, 2, *CCSL* 76, p. 483: “Pulchre ... repperi” (quoted in ll. 671–673); cf. *Sit. et nom. loc. Hebr.*, Migne *PL* 23, 882 C: “Bethleem, in tribu Zabulon; ad cuius distinctionem altera Bethleem appellatur Iudae”.

673 *eodem Iesu* *Sc. Iesu Naue, Iosue* (v. supra, n.l. 670).

674 *Hieronymus Comm. in Mt.*, I, 2, 5, *CCSL* 77, p. 13: “Librarium error est; putamus enim ab euangelista primum editum sicut in ipso Hebraico legimus: ‘Iudae’, non ‘Iudaeae’”.

679 *licet* Construed with an indicative; v. supra, p. 43, introd., §8b.

681–708 *Iuda et Benjamin ... l. 689 Hieroboam filio Nabath ... l. 691 quibus semper ... l. 692 legebantur ... Iuda* Cf. *Loca*, p. 239: “pag. 12, ver. 21. pro *Iuda et Leui*, legendum, *Iuda et Benjamin*, quibus iuncta fuit *Leuitica*, sparsim inter has habitans. Hinc vers. 7. pro *Roboam*, scribe, *Hieroboam filio Nabath*. Nam in volumine *Origenis* mendose legitur *Roboam*. Mox proximo versu, pro *Leuitica*, scribe *Beniamiticam*. *Ibidem* versu ab imo 10. lege, *Iudaeae pro Iuda*”.

683–85 *Cum ... parteis Galilaeae Mt.* 2, 22, in *Nov. Test.*: “Verum cum ... partes Galilaeae”.

685 *parteis* *V. supra*, p. 40, introd., §8a.

686–688 *si Hieronymo ... Zabulon* Cf. infra, p. 128 sq., l. 457 sqq. and n.l. 460–461.

688 *Origenes* *Orig.* writes in *De principiis*, IV, 3, 6, 22, *GCS* 5, p. 331 sq., that the split occurred in the time of *Hieroboam*.

691 *sit* The number is determined by the pred. noun; cf. infra, p. 96, l. 714: “dicuntur” and p. 605, l. 242: “est”.

693 *in genere* “in general, generally, generatim” (as *Gell.* IV, 1, 19: “in genus”), first used in *Cod. Iust.* III, 43, 1, 1 (opposite “in specie”, *ThLL* 6, 2, 1906), later by the scholastics (Blaise, *Moyen-Âge*, s.v.).

701 *Iudaeus confitens* Cf. *Enarrat. in Ps.* 4, *ASD* V, 2, p. 204, l. 372 (“Iudaei vocamini, hoc est confitentes”) and 225, l. 42 (“Iudaeus dicitur confitens”), *Explan. symboli*, *ASD* V, 1, p. 240, l. 20 sq. (“veros Iudaeos, hoc est, Christi nomen profitentes”). This etymology first occurs in *Haymo of Auxerre* († c. 855), among other places in *In Rom.* 2 (“qui vero in occulto, in corde est Iudaeus, id est confitens Christum ... placet Deo”) and *In Ap.*

nunc indigni sunt qui Christum pertinacissime pernegant. [C] Bethlehem ab Hieronymo in locis Hebraicis ciuitas dicitur Dauid, quae eadem dicta est Ephrata. Abest ab Aelia sex M. P. ad plagam meridianam. Idem enarrans 5.
 705 Michaeae caput paruū viculum appellat, sed ad reliquarum ciuitatum comparationem. Nam et Lucae capite secundo πόλις dicitur. Addam et illud: si Hieronymus vidisset Hebraicum Euangelium, vt creditur a Matthaeo scriptum, non
 LB 12 opinaretur hic corrupte legi *Iudaeae* pro *Iuda*, sed ex illius auto[r]itate plane pronuntiaret. [A] Porro quod m a g i nominantur: nemo maleficas artes, quas vulgo
 710 magicas dicimus, somniet. Siquidem quos Graeci sophos aut philosophos, Chaldaei magos vocant, vt testatur et diuus Hieronymus in Daniele. Illud minutius, quod παρεγένοντο – id est: ‘accesserunt’ – vertit *venerunt* [B]: *Venerunt Hierosolymam, dicentes*. Nomen vrbs apud Graecos fere neutro genere pronuntiatur Ἱεροσόλυμα et Σόλυμα; populus ipse Hierosolymi dicuntur, masculino genere,
 715 numero multitudinis, quemadmodum et Solymi. Semel duntaxat, quod equidem meminere, Hierosolymam lego, idque apud Cornelium Tacitum libro Augustae historiae xxi. *Solymos*, inquit, *carminibus Homeri celebratam gentem, conditam urbem Hierosolymam nomine suo fecisse plurimi autores consentiunt*. Verum haud scio an hic appositue vsurparit Hierosolymam, quemadmodum Iuuenalis in
 720 Satyris: *Interpres legum Solymarum*. Suetonius in Tito Vespasiano: *Cuius breui compos et ad perdomandam Iudaeam relictus, nouissima Hierosolymorum oppugnatione*, etc. Quanquam autem hoc leuius esse duco quam vt ea gratia quisquam cum alio digladietur, tamen quoniam ita reperio scriptum ab ipsis, vt opinor, euangelistis, quomodo saepius obuium est apud probatos autores, praesertim
 725 apud Tacitum eo quem modo citauimus libro, nos sequi maluimus. Nonnunquam placuit periphrasis, vtpote mollior ac dilucidior, sicuti mox: *et tota Hierosolymorum vrbs*.

[2] [A] Qui natus est. Ὁ τεχθείς, [B] non γεννηθείς. [A] Participium est a verbo ‘pario’, quasi dicas: ‘partus est’. Nos vim articuli cupientes exprimere vertimus: *Vbi est ille qui natus fuit* [E] vel *est*, [A] *rex Iudaeorum*? Et rursus in stella apposuit articulum, αὐτοῦ τὸν ἀστέρα. Vt certam stellam intelligas et non quamlibet, sed eximiam. Et venimus. *Venimus* prima acuta pronuntiandum est, vtpote praeteriti temporis ἦλθομεν. Quod ego minutius esse ducere quam vt admoneretur, nisi passim audirem multos in hoc et ambigere et errare. Proinde
 735 nos vertimus *accessimus*. Ad haec venimus adorare Graecanice dixit magis quam Latine, ‘venimus, vt adoremus’ siue ‘ad adorandum’. Minutius et illud quod

[3] Ἀκούσας, participium praeteriti temporis, vertit *audiens*. Rectius erat ‘cum audisset’ siue, vt nos vertimus, *auditis autem his Herodes*. [B] Ad haec, quod
 740 hic in pronominis casu variant Graeca exemplaria, dum in nonnullis legitur προσκυνῆσαι αὐτῷ, in aliis προσκυνῆσαι αὐτόν, non est quod quenquam moueat, quod verbum προσκυνεῖν apud Graecos autores vtrique casui iunctum reperiatur. Id exemplis quoque docerem, ni per se clarum esset. [A] Praeterea quod omnis Hierosolyma poëtice magis quam historice pro ‘tota’ dixerit ‘Hierosolyma’,

745 nec id citra vitium amphibologiae, quasi plures sint Hierosolymae. Rursum quod fecit in ἀκούσας, idem fecit in

[4] Συναγαγών. Verum haec quoniam leuicula sunt et ad sensum non ita multum habent momenti, non est animus passim admonere. Principes sacerdotum. Ἀρχιερεῖς, id est 'primarios sacerdotes', quos alias saepe vertit *pontifices*;
750 et nos alicubi sequuti sumus, quod vereremur, ne non ferrent aures Christiano-

708 Iuda E: Iudae C D, Iudae Loca.

711-712 Illud ... venerunt: ante 709 Porro posuit A.

729 partus est. Nos B-E: partus est. Id ante

posuit pro conceptus. Nos A.

733 quam vt B-E: quod A.

750-752 et nos ... esse ... sacerdos. B-E: Nam princeps sacerdotum qui esse ... sacerdos? A.

Iob. 1, 2 ("Qui enim vere confitetur Christum, ipse est Iudaeus") and 1, 3 ("Iudaeus namque interpretatur confitens"), Migne *PL* 117, 384 B, 969 D and 991. A. S. Markish, *Erasmus and the Jews* (Chicago-London, 1986), p. 180, nn. 133 and 134 (cf. *Érasme et les Juifs*, Lausanne, 1979, p. 192, nn. 133 and 134), borrows these passages from B. Blumenkranz, *Les auteurs chrétiens latins du Moyen Âge sur les Juifs et le Judaïsme* (Paris-La Haye, 1963), p. 202. As an explanation for 'Iuda' 'confitens' occurs first in Hier. *Interpret. Hebr. nom.*, *CCSL* 72, p. 152 ("Iuda confitens siue glorificans"), for 'Iudaea' in Cassiod. *Expos. in Ps.* 75, 1, Migne *PL* 70, 541 A ("Iudaea enim confitens interpretatur: credens in illum regem qui per virginem Mariam venit ex tribu Iuda"). For 'confitens' in the meaning of 'confessing', v. *ThLL*, 4, 230, s.v.

703 *Hieronymo Sit. et nom. loc.*, Migne *PL* 23, 893 A: "Ephratha, regio Bethleem ciuitatis Dauid, in qua natus est Christus. Est autem in tribu Iuda (licet plerique male aestiment in tribu Benjamin), iuxta viam vbi sepulta est Rachel quinto milliaro ab Ierusalem"; *Comm. in Mch.* II, 5, 2, *CCSL* 76, p. 482: "Et tu, Bethlehem, id est domus panis, quae vocaris Ephratha, minima quidem es in ciuitatibus Iuda; et tantis millibus comparata, vix paruulus es viculus".

704 *Aelia Aelia* Capitolina, colonia founded in 130 A.D. by Emperor P. Aelius Hadrianus on the site of Jerusalem.

704 *M. P.* "milia passuum".

706 *Lucae Lc.* 2, 4.

711 *Hieronymus Comm. in Dn.* I, 2, 2, *CCSL* 75A, p. 784.

714 *dicuntur* The number is determined by the

pred. noun; cf. supra, p. 95, n.l. 691.

716 *Cornelium Tacitum Hist.* V, 2, 3: "Solymos, carminibus Homeri celebratam gentem, conditae vrbi Hierosolyma nomen e suo fecisse" (ed. H. Heubner, *Die Historien. Kommentar*, Heidelberg, 1982), and in modern editions neuter plur. instead of fem. sing.; the fem. sing. occurs in *Mt.* and *Mc.* and in Lact. (*Epit. Inst.* 41, *CSEL* 19, p. 719), but also in Suet. (cf. infra, n.l. 720) and *Flor.* 3, 5, 30.

719 *appositue* Latin rendering of ἐπιθετικῶς, "as an adjective"; cf. infra, p. 144, l. 837 sq.; in the case of "vsurparit" Tacitus must be posited as subject.

719 *Iuuenalis* VI, 544.

720 *Suetonius Tit.* 5, 2; cf. infra, p. 604, l. 233 sqq.

726-727 *et ... vrbs* The reading of *Mt.* 2, 3, in *Nov. Test. B-E* (*Nov. Test. A*: "et tota Hierosolyma"). Er. responded in *Ep. I*, Allen, *Op. ep.* I, p. 26, l. 21 sqq., to criticism of this translation by Baechem.

730 *Vbi ... Iudaeorum Nov. Test. A B*: "Vbi ... natus fuit"; *C - E*: "Vbi ... natus est".

735 *Graecanice* "In a manner borrowed from the Greeks", that is, with a Graecism.

739 *auditis ... Herodes* Reading of *Nov. Test.*

744 *tota ... Hierosolyma* V. supra, n.l. 726-727.

747 *Συναγαγών Vg.*: "congregans", *Nov. Test.*: "conuocatis omnibus pontificibus".

748-749 *Principes ... pontifices* "Pontifices" is in *Vg.* in *Mc.* 15, 11, and *Iob.* passim the translation of ἀρχιερεῖς. Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 806, col. 1: "Nescio an liceat dicere: 'principes sacerdotum', ad Graecae vocis imitationem; quia Latine, vt saepe transfert interpret, dicitur: 'pontifex'".

rum, si dixissem: 'pontifices maximos' more Latinorum. Alioqui princeps sacerdotum esse possit qui ipse non sit sacerdos.

[6] Et tu Bethlehem. Testimonium hoc sumptum est ex Michaeae capite quinto. Diuus Hieronymus ingenue fatetur id quod refertur a Matthaeo, neque cum aeditione Septuaginta neque cum Hebraica veritate per omnia conuenire; siue quia voluerit euangelista studiose referre, sicut ab illis fuit responsum, vt ostenderet scribarum et Pharisaeorum in diuina scriptura negligentiam; siue, [B] iuxta quorundam opinionem, [A] quod ipsi euangelistae testimonia huiusmodi non e libris deprompserint, sed memoriae fidentes, ita vt fit, lapsi sint; quandoquidem deprehenditur aliquoties in sensibus quoque nonnulla diuersitas, vt verba prudentes neglexerint. [B] Atque hic sane ne quis offendi possit infirmior aut etiam morosior, non grauabor ipsa Hieronymi verba subscribere ex huius loci Commentariis. *Quod, inquit, testimonium nec Hebraico nec Septuaginta interpretibus conuenire me quoque tacente perspicuum est et arbitror Matthaeum volentem arguere scribarum et sacerdotum erga diuinae scripturae lectionem negligentiam sic etiam posuisse, vt ab eis dictum est. Sunt autem qui asserunt in omnibus pene testimoniis quae de Veteri Testamento sumuntur, istiusmodi inesse errorem, vt aut ordo mutetur aut verba et interdum sensus quoque ipse diuersus sit, vel apostolis vel euangelistis non ex libro carpentibus testimonia, sed memoriae credentibus, quae nonnunquam fallitur.* Hactenus Hieronymi verba recensuimus. Apparet autem hoc loco virum eruditissimum magnis fuisse constrictum angustiis, vnde vix explicare sese potuerit. Nam prior illa ratio, quam suo nomine refert, vt cum sanctissimi viri pace dixerim, coactor videtur et affectator. Primum enim id quod sequitur, *Sic enim scriptum est per prophetam*, non minus commode potest ad euangelistae quam ad Pharisaeorum personam referri. Deinde nusquam reperire licet Pharisaeos et scribas in hoc notatos, quod legem ignorarent, sed quod ambitione et auaricia corrupti videntes non viderent. Etenim iurisperitus rogatus a Christo quid legeret de magno mandato, respondet incontanter: *Diliges Dominum Deum tuum* etc., et ille approbato illius responso: *Hoc fac, inquit, et viues*. Porro Sadducaeis dictum est: 'non intelligentes scripturas'. [E] Arbitror autem eundem esse locum qui narratur Lucae decimo, Matthaei vigesimo secundo et Marci duodecimo; apud Lucam iurisperitus interroganti Domino respondet, apud Matthaeum Dominus respondet, quemadmodum et apud Marcum. Sed ipse Marcus praebet ansam soluendae dissonantiae; apud hunc enim scriba repetit et approbans Domini responsum velut interpretatur. Apud Matthaeum vero fit mentio Pharisaeorum qui per legisperitum proponunt quaestionem. [B] Iam altera defensio, quam aliorum nomine recenset Hieronymus, aliquanto etiam est durior, videlicet memoria lapsos euangelistas saepenumero dissentire verbis ab Hebraeo, nonnunquam et sensibus. Et hanc sententiam ita refert aliorum titulo, vt tamen non insectetur velut impiam. Notauit hunc locum idem Hieronymus in libello ad Pammachium De optimo genere interpretandi, palam ostendens euangelistam non solum verbis dissidere a prophetae verbis, verumetiam sensum prorsus esse contrarium. Nam quod est in Hebraeo *paruulus es in milibus Iuda* et Septuaginta

795 verterunt: *modicus es, vt sis in milibus Iuda*, euangelista dixit: *nequaquam minima es in milibus Iuda*. Et tamen prophetae sensum magis approbare videtur Hieronymus, ostendens eum consentire cum verbis diui Pauli: *Elegit infirma mundi Deus, vt confundat fortia*. Atque hunc locum ita claudit Hieronymus: *Haec*

760 vt B-E: vbi A.

762 subscribere D E: ascribere B C.

777 iurisperitus rogatus E: alio in loco rogati B-D.

778 legeret E: legerent B-D.

778 responderet E: responderunt B-D.

779 illius E: illorum B-D.

753-888 *Et tu ... populo meo* Er. devotes almost this entire lemma to the question of how Mt. could write the opposite of *Mch.*, and nevertheless quote him; his opinion that the evangelists could have made a mistake as a result of a slip of memory, gave rise to a great deal of criticism, as is apparent from the discussion of Mt. 27, 8, and Mc. 1, 2 (v. infra, pp. 332 sqq. and 352 sqq., ll. 575 sqq. and 62 sqq.). The additions from 1519 (ll. 758, 761 sqq. and 786 sqq.) find their origin in a recommendation from Van Dorp, which was followed by criticism from Eck and Lee. This is also apparent from similarities in choice of words used in Ep. 769 (Eck to Er.), l. 36 sqq., and Ep. 844 (Er. to Eck), l. 21 sqq., and *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 142 B-D (which also contains the quote from Hier. in ll. 763-770) and 249 A-C. Cf. infra, pp. 101 and 103, nn.ll. 806-807, 823-826, 829-831, 851 and 852-866. Indeed, the anonymous critic mentioned in Ep. 843 could also have been involved in this. The passage has long remained the object of criticism. In *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun., ASD IX*, 2, p. 110, ll. 42-52, ad Mc. 1, 2, Er. defends himself against criticism of it by Stun. and he refers to Mt. 13, 35, and 27,9 on p. 148, l. 742 sq., ad Act. 7, 43. In *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor., LB IX*, 760 C-F and 808 EF, he defends himself against Sutor. When Er. in *Apolog. adv. monach. hisp., LB IX*, 1070 C - 1074 A, responds to criticism in the 'Valladolid Articles', he also refers to his reactions to criticism from people like Lee, Stun. and N. Beda on this subject. And in *Resp. adv. febricit. lib., LB X*, 1676 DE, he defends himself against Luis de Carvajal (v. infra, p. 365, n.ll. 357-364, ad Mc. 2, 9). In this way the additions from 1522, 1527 and 1535 can be explained. Cf. Bentley, *Humanists*, p. 142, Bludau, p. 71, More, *CW 15*, p. xxxviii sqq., and Rummel, *Annotations*, p. 136 sqq., *Valladolid Articles*, p.

75, and *Catholic Critics*, 2, p. 97 sqq.

753 *Michaeae Mch.* 5, 1 (Vg.: *Mch.* 5, 2).

754 *Hieronymus V. infra*, n.l. 763-770.

762 *morosior Cf. supra*, p. 85, n.l. 442.

763-770 *Quod ... fallitur Hier. Comm. in Mch.* II, 5, 1-2, *CCSL* 76, p. 481 sq. ("asserant" instead of l. 766: "asserunt"; in *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 142 C, Er. also writes: "asserant").

773-774 *Sic enim ... prophetam Mt.* 2, 5; so not "id quod sequitur", but in the previous verse.

777-779 *Etenim ... viues* Refers to *Lc.* 10, 25-28; the quotes are from *Lc.* 10, 27 and 28. On the divergent readings in *Mt.* 22, 35-37, and *Mc.* 12, 28-31, v. supra, l. 780 sqq.

780 *non ... scripturas Mt.* 22, 29: "nescientes scripturas" in *Vg.* and *Nov. Test.*; *Mc.* 12,24; "non scientes scripturas in *Vg. (Nov. Test.)*: "quod nesciatis scripturas".

788-789 *memoria ... sensibus Hier. Comm. in Mch.*; v. supra, n.ll. 763-770.

790-797 *Hieronymus ... fortia Hier. Epist.* 57, *CSEL* 54, p. 503 sqq. In ll. 793-797, "Nam ... fortia", Er. paraphrases *Hier. Epist.* 57, 8, *CSEL* 54, p. 517 sq.: "nequaquam minima es in ducibus Iuda: in Septuaginta legitur 'modicus es, vt sis in milibus Iuda', in Hebraeo 'paruulus es in milibus Iuda', sensusque contrarius Septuaginta sibi in hoc dumtaxat loco et Hebraico concordante. Euangelista enim dixit, quod non sit paruulus in ducibus Iuda, cum e regione sit positum: 'paruulus quidem es et modicus; sed tamen de te mihi paruulo et modico egredietur dux Israel secundum illud apostoli [1. *Cor.* 1, 27]: 'elegit infirma mundi Deus, vt confundat fortia'", in ll. 797-801, "Haec ... sunt", he quotes from *Epist.* 57, 9, 1, *CSEL* 54, p. 518.

793 *quod* Subject of "est", object of "verterunt"; cf. supra, p. 61, n.l. 165.

796-797 *Elegit ... fortia I. Cor.* 1, 27.

repliko, non ut euangelistas arguam falsitatis – hoc quippe impiorum est, Celsi, Por-
phyrii, Iuliani –, sed ut reprehensores meos arguam imperitiae et impetrem ab eis
800 *veniam, ut concedant mihi in simplici epistola quod in scripturis sanctis, velint*
nolint, apostolis concessuri sunt. Hactenus Hieronymus. Certe Hieronymus non id
postulat sibi concedi, ut sensum reddat contrarium, sed ut aliis verbis eandem
efferat sententiam. At in euangelista fatetur sensum prorsus esse pugnantem cum
sensu prophetae. Quod si conceditur euangelistae, multo magis ignoscendum sit
805 Hieronymo. At falsitatis crimen abominatur in euangelistis, τὸ μνημικὸν ἀμάρ-
τημα non item. Neque enim continuo forte vacillet totius scripturae sacrae auto-
ritas, sicubi varient vel in verbis vel in sensu, modo summa constet earum rerum
de quibus agitur et vnde cardo pendet nostrae salutis. Ut enim Spiritus ille diui-
nus, mentium apostolicarum moderator, passus est suos ignorare quaedam et labi
810 errareque alicubi iudicio siue affectu, non solum nullo incommodo euangelii, sed
hunc etiam ipsum errorem vertit in adiumentum nostrae fidei, ita fieri potuit, ut
sic temperarit organum apostolicae memoriae, ut etiam si quid humano more
fugisset, id non solum [D] non [B] deroget fidei diuinae scripturae, verumetiam
fidem arroget apud eos qui alioqui de composito scriptum calumniari poterant.
815 Quod genus sit, si nomen pro nomine sit positum – id quod alicubi factum fate-
tur Hieronymus –, aut si quid non suo narretur ordine, in quo saepenumero tor-
quentur veteres interpretes. Et Hieronymus in praefatione Commentariorum
quos scripsit in Matthaeum, testatur Marcum ea quae audiuit a Petro, iuxta
fidem gestorum retulisse potius quam ordine. Spiritus ille coelestis totum hoc
820 salutis nostrae mysterium arcanis consiliis et abstrusis humano ingenio rationibus
moderatus est. Neque nostrae facultatis est neque christianae modestiae, quibus
modis suum negocium temperarit, praescribere. Solus Christus dictus est veritas,
vnus ille caruit omni errore. Adfuit Spiritus diuinus et diuo Cypriano, ut est pro-
babile, et tamen quaedam illius reiiciuntur ab orthodoxis; adfuit et Hieronymo,
825 reiiciuntur et huius nonnulla; adfuit Augustino, atque ipse quaedam sua recan-
tauit. Prima quidem autoritas debetur apostolis et euangelistis, sed fieri potuit, ut
Christus occulto nobis consilio quiddam humanum in his quoque residere volue-
rit, perspicuens hoc ipsum ad humani generis restitutionem conducere. Poterat
suos semel omni ignorantia, omni liberare errore, at iuxta Augustinum et post
830 acceptum Spiritum Sanctum deliquit Petrus, et ita deliquit, ut a Paulo meruerit
acriter obiurgari. Dissentit a Barnaba Paulus, quod fieri non potuit nisi alterutro
errante. Quod si prorsus existimemus labefactari scripturae totius autoritatem, si
vel leuissimus error vsquam insit, certe plusquam probabile est in omnibus exem-
plaribus quibus nunc vitur ecclesia catholica, nullum esse tam emendatum, cui
835 non vel casus vel studium alicuius mendi nonnihili aspersionem. Iam si placet supe-
rior ratiocinatio, aut hoc plane negandum est aut labascet vniuersa fides diuinae
scripturae. Atque haec dixerim, optime lector, non quod huius sententiae velim
vel autor esse vel patronus, sed si qui forte sunt qui putent huiusmodi nodos,
quos aliquot nectit Hieronymus, explicari non posse, ne protinus sic interpretentur
840 ob vnum aut alterum verbulum labefactandam totius scripturae sacrae auto-

ritatem, iniquiores erga sacros libros quam [C] erga [B] prophanos. Grauis autor
 LB 14 est Suetonius, etiam si in vno aut altero loco lapsus | esse comperiat. Quod suf-
 fugium si non recipitur, equidem malo credere vel apud Hebraeos vel apud nos
 845 locum esse deprauatum aut, si quid mutatum est, diuino consilio mutatum in
 melius aut denique scripturam quidem esse synceram, sed nostram imbecillita-

811–812 vt sic temperarit D E: vt ita temperarit
 B C.

800–801 *velint nolint* According to Don. ad
 Ter. *Eun.* 1059 a proverbial expression (Otto,
 p. 362, N° 1852, s.v. velle, 1).

805–806 τὸ μνημικὸν ἀμάρτημα “memoriae
 lapsus”; cf. supra, p. 98, ll. 759 and 788, Ep.
 1004, l. 55, and Ep. 1061, l. 691 (σφάλμα μνη-
 μικόν).

806 *forte* With conj., possibly in imitation of
 ‘forsitan’.

806–807 *vacillet ... autoritas* Cf. Ep. 844 to
 Eck, ll. 29–32: “Neque protinus meo iudicio
 vacillet, vt tu scribis, totius autoritas Scriptu-
 rae, sicubi memoria lapsus Euangelista [cf.
 supra, p. 98, l. 788] nomen ponat pro
 nomine, puta Esaiam pro Hieremia [Mt. 27,
 9 confounds Ir. with Zcb. 11, 13–14; v. etiam
 infra, pp. 103 and 332 sqq., n.l. 851 and l. 575
 sqq., ad Mt. 27, 8], cum hinc cardo rei non
 pendeat.” and *Apologia*, Holborn, p. 168, ll.
 17–25.

808 *vn̄de* Variation on “de quibus”. Cf. supra,
 p. 43, introd. §8b.

813–814 *deroget ... arroget* “‘damages’, ‘injures’,
 ‘derogates’ ... ‘adds’”; cf. infra, p. 450, l. 238
 sq.: “fidem arroget”. ‘Arroget’ does not
 occur in antiquity in combination with
 ‘fides’, ‘derogare’ does; cf. Cic. *Quinct.* 75
 (“fides huius ... ne ... derogetur”), and
Caec. 3 (“de ... fide derogatur”), and Liv.
 VII, 6, 6 (“certam derogat ... fidem”).

817 *Hieronymus Comm. in Mt.*, praef., *CCSL*
 77, p. 2.

823–826 *Adfuit ... recantauit* Cf. Er.’s preface
 to his edition of Cypr.’s works (Basel, 1520),
 Ep. 1000, l. 121 sqq.: “Iam fortassis non abs
 re fuerit nonnihl attingere de dogmatis
 huius, a quibus hodie dissentit Ecclesia; inter
 quae cum primis iactatum est illud, quod
 existimaret haereticos ab Ecclesiae consortio
 semotos ac schismaticos nihil agere bapti-
 zando”, Ep. 337, ll. 558–562: “Quod si quis
 eodem animo legat diuī Hieronymi libros,
 centum locos offendet quae calumniae
 pateant, nec deerit in omnium Christianis-
 simo doctore quod ab istis haereticum possit

appellari; ne quid interim dicam de
 Cypriano, de Lactantio deque caeteris consi-
 milibus”, Ep. 843, l. 121 sq.: “Credimus et
 Augustino adfuisse Spiritum Sanctum in
 enarrandis diuinis libris; et tamen is sua
 retractat et vult cum iudicio legi.” and Ep.
 844, l. 36 sqq.: “Augustinus ac Hieronymus
 non solum cum autoritate, sed etiam cum
 reuerentia leguntur, cum nemo neget in illo-
 rum libris permulta esse quae a veritate dis-
 sonent Neque vero protinus illis adimi-
 mus Spiritum Sanctum.”

825–826 *recantauit* Literal translation of πάλιν-
 φθεῖν, ‘to recant’, since Hor. *Carm.* I, 16, 27;
 refers h.l., like l. p. 500, l. 475: “canit palin-
 odiam”, to Aug. *Retract.* Cf. *Adag.* 859, *ASD*
 II, 2, pp. 380–382.

827 *quiddam humanum* Allusion to the expres-
 sion ‘errare humanum est’, (following Hier.
Epist. 57, 12, 5, *CSEL* 54, p. 525: “errasse
 humanum est”, or Aug. *Serm.* 164, 10, 14,
 Migne *PL* 38, 901: “Humanum fuit errare”,
 both inspired by Cic. *Phil.* XII, 2, 5: “Cuius-
 uis hominis est errare”).

829–831 *iuxta Augustinum ... obiurgari* Cf. Ep.
 844, ll. 32–35, *Apolog. adv. monach. hisp.*, *LB*
 IX, 1073 C – 1074 B, and *Manifesta mendacia*,
 NAKG 70 (1990), p. 220. Er. refers to
 the events in *Gal.* 2, 11–14. Aug. writes about
 these events in *Contra Faust.* XIX, 17, *CSEL*
 25, p. 514 sqq., *Expos. Gal.* 1 and 15, *CSEL* 84,
 pp. 56 sq. and 69 sqq., *Epist.* 28, 3, 3 sq.,
CSEL 34, 1, p. 107 sq., *Epist.* 40, 3, 3, and
Epist. 82, 2, 4 sq., and 7, 22, *CSEL* 34, 2, pp.
 71 sq., 355 sq. and 374 sq., *De agone christi-
 ano*, 30, 32, *De mendacio*, 5, 8, and *Contra*
mendacium, 12, 26, *CSEL* 41, pp. 135, 422
 sqq. and 505 sq., but constantly without the
 terms “post acceptum Spiritum (Sanctum)”.

831 *Dissentit ... Paulus Act.* 15, 37–40.

834–835 *cui ... asperserit* The subject is “vel
 casus vel studium alicuius”, object “mendi
 nonnihl”.

841 *Grauis* ‘authoritative’.

tem non assequi mysterium. Illud repetam: si Hieronymo fuisset Euangelium Matthaei scriptum Hebraice, hoc sane loco testimonium illius adduxisset. Quamquam autem impudens videri possit, si nos conemur explicare nodum quem Hieronymus ipse non explicat, explicaturus haud dubie, si potuisset, tamen illud
850 secum perpendat velim lector pius ac diligens, num hac ratione possit ex his angustiis emergi, vt dicamus subito in medio sermone personam commutatam, quod alias quoque factum animaduertimus in sacris literis. Imaginemurque prophetae verba sic recitari vel a Pharisaeis vel ab euangelista, vt de suo nonnihil admisceat quod tamen haudquaquam aduersetur sensui prophetiae. Siquidem
855 cum propheta sentiret antea Bethlehem humilem contemptamque fuisse praeceteris Iudae ciuitatibus, tamen futurum, vt eiusmodi partu aedito superet omnes felicitate celebritateque; quod a propheta dictum erat, tacuit euangelista, quod sensit, explicuit, non ad id tempus respiciens quo haec scripsit propheta, sed ad sua tempora, quibus aedito Iesu desiit esse minima Bethlehem ac maxima
860 coepit esse. Perinde quasi dixisset: 'Quod olim praedictum est a vate, fore vt ex omnium minima fieres omnium maxima, id iam contigit'. Adiciam et illud, quo lectori copiosorem commentandi materiam suppeditem. Haud scio an per hyperbolen dictum accipi possit: *nequaquam minima es in principibus Iuda*, vt, quam vehementer humilem intelligi voluit, negaret vel minimam esse inter principes, perinde ac si extremae notae hominem negemus esse in hominum numero,
865 et quemadmodum Paulus supra modum contempta vocat ea quae non sunt. Subindicat et tale quiddam diuus Hieronymus Michaeae locum enarrans; *Et tantis*, inquit, *milibus comparata vix paruus es viculus*. Haec visum est in medium afferre, partim quo liberum sit lectori sequi quod maxime probandum existimabit, partim vt ex his aliquid forte succurrat melius, vt solent alia ex aliis in mentem venire studiosis. [A] Septuaginta verterunt ad hunc modum: [C] Καὶ σὺ Βηθλεεμ οἶκος Εὐφραθᾶ, ὀλιγοστός εἶ τοῦ εἶναι ἐν χιλιάσιν Ἰουδα· ἐκ σοῦ μοι ἐξελεύσεται τοῦ εἶναι εἰς ἄρχοντα τοῦ Ἰσραήλ; id est: [A] 'Et tu, Bethlehem, domus Ephratha, nequaquam minima es, vt sis in milibus Iuda. Ex te mihi egredietur, vt
875 sit in principem Israel' – etiamsi in Aldina aeditione deest ἤκιστα aut οὐδαμῶς –, si vera refert Hieronymus. Hebraica hunc in modum transtulit Hieronymus: *Et tu Bethlehem Ephratha, paruulus in milibus es Iuda; ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel*. Caeterum quod Latine dicitur 'paruulus', Hebraeis רַעַץ, non simpliciter paruulum significat, sed adolescentulum et iuuenulum. Vnde et in
880 Psalmo: *Adolescentulus sum ego et contemptus*. Pro 'adolescentulo' est רַעַץ. Ad haec notat Hieronymus eandem ciuitatulam Bethlehem, quae sita est in regione Ephrata, nunc vendicari sorti Iudae, nunc Simeonis, nunc Benjamin. Porro Ephrata הַפְרָתָא Hebraeis sonat furorem siue [B] καρποφόρον, id est [A] 'frugiferam', autore Hieronymo. Illa quoniam leuicula sunt, satis est indicasse quod *in principibus* dixit pro 'inter principes' et *exiet* pro 'exibit'; item pro *dux* esse ἡγούμενος, participium eius verbi vnde deductum est ἡγεμών, quod principem ac ductorem significat ac modo verterat *principem*. Vnde [B] forte [A] melius vertisset: 'Exibit qui dux sit populo meo'. Qui regat populum meum. "Οστις

890 ποιμανεῖ, id est: 'qui rector est' siue 'reget' futuri temporis, suffragantibus et Latinis exemplaribus vetustis, [B] nominatim eo quod exhibuit [D] Ioannes [B] Coletus. [A] Id significat non simpliciter 'regere', sed 'pascere', vt aliquoties transulit, et 'regere quomodo pastor gregem'. Quaquam Graeca vox non respondet

846 repetam C-E: adiuciam B.

874 Ephratha C-E: Ephrata A B.

875-876 Israel - etiamsi ... hunc D E: Israhel. Hebraica veritas sic habet, וְאֵתָהּ בֵּית־לֶחֶם אֶפְרַתָּה צְעִיר לְהִיֹּת בְּאֶלְפֵי יְהוּדָה מִמֶּךָ לִי יֵצֵא מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל לְהִיֹּת (A) לְהִיֹּת). Quod hunc A B, Israhel, etiamsi ... Hieronymus. Hebraica veritas sic habet, וְאֵתָהּ בֵּית־לֶחֶם אֶפְרַתָּה צְעִיר לְהִיֹּת בְּאֶלְפֵי יְהוּדָה מִמֶּךָ לִי יֵצֵא מוֹשֵׁל בְּיִשְׂרָאֵל. Quod hunc C.

877 Ephratha C-E: Ephrata A B.

846-847 si ... Hebraice Cf. supra, pp. 66 sqq., l. 46 sq. and n.l. 47. Clericus writes in reference to this, LB VI, 14 n.: "Fallitur Erasmus", and refers to his note ad "nusquam" (l. 47).

851 personam commutatam Cf. the comparison of Mt., Mc. and Lc., supra, p. 98, l. 780 sqq., the difference between Mc. 10, 35-37, where the sons of Zebedaeus make a request to Jesus, and Mt. 20, 20 sq., where their mother makes the request, and Er. Ep. 844, l. 29 sqq., quoted supra, p. 101, n.ll. 806-807.

852-866 Imaginemur ... non sunt Cf. Resp. ad Annot. Ed. Lei, LB IX, 249 A-C.

866 Paulus ... non sunt. Er. may possibly be thinking of 1. Cor. 1, 28, Nov. Test.: "et ea quae ignobilia erant in mundo contemptaque, delegit Deus, et ea quae non erant, vt ea quae sunt obliteraret ..."; he could have interpreted "et" after "Deus" as explicative; a conjunction is missing in the Greek here.

867-868 Et tantis ... viculus Hier. Comm. in Mch. II, 5, 2, CCSL 76, p. 482 (v. supra, p. 97, n.l. 703).

872 Εὐφραθᾶ (A-E) instead of Ἐφραθᾶ (LXX), due to the pronunciation of υ as v from around the 5th century A.D. (Whitney Tucker, p. 46). Cf. supra, p. 67, n.l. 25.

873-875 Et tu ... Israel The translation of LXX in Hier. Comm. in Mch. II, 5, 2, CCSL 76, p. 481, but there without "nequaquam" (l. 874).

875 Aldina aeditione f° 318 r°, col. 2, l. 17 sqq.

876-878 Et tu ... Israel Modern editions of Vg. read, like Hier. Comm. in Mch. II, 5, 2, CCSL 76, p. 481: "paruulus es in millibus Iuda".

877 paruulus in milibus es D E: paruulus es in milibus A-C.

878 paruulus B-E: paruula A.

878 צְעִיר BAS LB: צְעִיר A-E.

880 צְעִיר D E: צְעִיר A-C.

882 Ephrata A B D E: Ephratha C.

883 Ephrata A B D E: Ephratha C.

883 אֶפְרַתָּה D E: אֶפְרַתָּה AB, אֶפְרַתָּה C.

885 inter principes A B D E: in principes C.

888 regat B-E: regat A.

878-886 Caeterum ... צְעִיר Cf. infra, p. 584, l. 686 sq.

880 Adulescentulus ... contemptus Ps. 118 (119), 141.

880-882 Ad haec ... Benjamin Er. is probably referring to Hier. Comm. in Mt. I, 2, 5, and 2, 17-18, CCSL 77, pp. 13 and 15. In the first passage Hier. refers (cf. supra, p. 94, l. 669 sq.) to Jos. 19, where the territories of Simeon and Zabulon are described one after the other and a Bethlehem is named in the land of Zabulon (in Galilaea); in the second passage Hier. wonders why Rachel wept for her children, whereas Bethlehem lay in Juda and she was the mother of Benjamin, and suggests the possibility that this may be because a close bond existed between the tribes of Juda and Benjamin. Cf. supra, pp. 95 and 97, nn.ll. 670, 686-688 and 703, and infra, p. 128, l. 457 sqq.

884 Hieronymo Comm. in Mch. II, 5, 2, CCSL 76, p. 482 sq.: "Et Ephrata quod interpretatur furorem videt, propter Herodis insaniam ... Potest Ephrata in lingua nostra sonare καρποφόρον, vberem, atque frugiferam", and Interpret. Hebr. nom., CCSL 72, pp. 99: "Ephrata frugifera siue de cinere veniens aut puluerulenta", and 119: "Ephrata frugifera siue equidem vides".

884-885 in principibus ... exiet Mt. 2, 6, in Vg. Nov. Test. A: "inter principes ... egressurus est"; B-E: "inter principes ... proditurus est".

886 quod Subject of "significat", object of "verterat"; cf. supra, p. 61, n.l. 165.

890-891 eo quod exhibuit Ioannes Coletus V. supra, pp. 5 and 54, intro., §3, and l. 22 sqq.

Hebraicae, quae hoc loco dominatum magis significat. Caeterum in Psalmo ‘Quare fremuerunt gentes’ *reges eos in virga*, ποιμανεῖς, quod verterunt Septuaginta, respondet Hebraicae, quae est מַלְאָכָי; [B] de quo nonnihil annotavit et Hilarius Psalmum hunc enarrans.

[8] [A] Interrogate diligenter. Ἀκριβῶς, id est ‘exacte’, quod absolutam quandam significat diligentiam. Inde verbum ἀκριβῶ, quo mox vsus est: ἠκριβῶσεν παρ’ αὐτῶν, id est: ‘diligenter didicit ab illis’. Id significat ‘accurate exactaque cura quippiam agere’, vbi quis omnibus neruis incumbit. Nec est *interrogate*, sed ‘exquirite’ siue ‘examine’, ἐξετάσατε. Quin et illud parum commode reddidit:

[7] Tempus stellae quae apparuit eis, τὸν χρόνον τοῦ φαινομένου ἀστέρου, quae ‘apparuisset’ siue ‘apparuerat’. Nos, quo dilucidior esset sermo, vertimus hunc in modum: *quo tempore stella apparuisset*. Nec additur apud Graecos *eis*. [B] Caeterum pronomen interpres addidit, quo dilucidior esset narratio.

[11][A] Inuenerunt puerum. Minutula sunt et illa, quod Graece non παῖς est, sed παιδίον diminutium, quasi dicas: ‘puellum’; quemadmodum et superius *diligenter interrogate de puero*, περὶ τοῦ παιδίου. At paulo superius

[9] Praecedebat eos, προῆγεν. Quod ita est praecedere [B] quempiam, [A] vt sit ceu dux viae. Praeterea

[10] Gaudio magno, χαρὰν μεγάλην – id est ‘gaudium magnum’ –, Atticorum more [B] dictum est, [A] quod tamen Latine vertit interpres. Etiam si Terentius dixit: *solidum gaudere gaudium*, et Vergilius: *furere furorem*. Item quod

[11] Intrans domum, pro ‘ingressi domum’, ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν. Nam quod πεσόντες – id est ‘prostrati’ – vertit *proidentes*, prope coactus fecit, et mollius est. Haec et id genus minutula multa sciens praetereo, ne lectori sim fastidio.

[12] Et responso accepto. [B] Dicat aliquis: [A] ‘Quid responsum est his qui nihil interrogauerant?’ Χρησμοί dicuntur oracula quae redduntur a numine aliquo, sed petentibus aut consulentibus. Vnde commodius vertisset ‘oraculo moniti’ siue ‘oraculo accepto’. [D] Nisi forte destituti ductu stellae desiderarunt aliquod signum diuinae voluntatis. [A] Deinde ne redirent Graece est μὴ ἀνακάνψαι, id est: ‘ne reflecterent’, [C] si libeat superstitiose vertere, [A] verbum aptum ac peculiare facientibus iter nauigio aut equis. Ac mox

[13] Apparuit in somnis. Φαίνεται κατ’ ὄναρ, id est: ‘apparet per somnium’, verbo praesentis temporis, [B] quanquam interpres Latine ac probe vertit. [A] Rursus illud surge et accipe, ἐγερθεὶς παράλαβε, id est: ‘experrectus adiunge tibi’ siue ‘assume comitem’. Ac mox

[14] ‘O δὲ ἐγερθεὶς, ‘at ille experrectus’ siue ‘excitatus’. [B] Quanquam ante iam admonuimus hanc vocem communem esse expergiscenti, surgenti et reuiuiscenti.

[15] [A] Ex Aegypto vocaui filium meum. Ex hoc testimonio, quod Matthaeus adduxit ex Osee cap. vndecimo, Iulianus ansam arripuit calumniandi Christianos, quod euangelista violente detorserit ad Christum quod dictum sit de

Israele, nimirum sequutus aeditionem Septuaginta, qui locum hunc transtulerunt in hunc modum: *Quia paruulus Israel, et ego dilexi eum, et ex Aegypto vocavi filios eius. Sicut vocavi eos, ita abierunt a facie mea. Ipsi Baalim immolabant, et sculptilibus adolebant incensum.* Caeterum iuxta fidem Haebraicam diuus Hieronymus
 940 ita transtulit: *Quia puer Israel, et dilexi eum, et ex Aegypto vocavi filium meum. Vocauerunt eos, sic abierunt a facie eorum. Baalim immolabant, et simulacris sacrificabant.* Verum hisce [B] de [A] rebus – neque enim nos in praesentia hoc agimus – Hieronymus copiose disserit hunc enarrans locum idemque proprium
 945 in libro ad Pammachium De optimo genere interpretandi. [A] Idem indicat posse videri sumptum e libris Numerorum, capite vigesimoquarto, dicente Baalam: *Deus ex Aegypto vocauit eum, gloria eius quasi gloria vnicornis.*

934 Osee C–E: Osee A B.

941–942 sacrificabant. Verum D E: fabricabant. Hebraea, si quis forte requiret, habent ad hunc modum. כִּי נֶעַר יִשְׂרָאֵל וְאֶהְבֵּהוּ וּמִמְצָרִים. קָרָאתִי לְבָנִי: קָרָאתִי לָהֶם כִּן הֵלְכוּ מִפְּנֵיהֶם וְלִפְסִילִים יִקְטְרוּן. Verum A C, sacrificabant. Hebraea ... וְלִפְסִילִים יִקְטְרוּן.

Verum B.

944 huiusmodi quaestionibus E: hac quaestione A–D.

947–948 vnicornis. Et mittens C–E: vnicornis. Illic sic legitur. אֵל מוֹצִיא מִמְצָרִים כְּתוּעָפוֹת. רָאֵם לִי. Et mittens A B.

894 *Quare ... gentes Ps.* 2, 1.

894 *reges ... virga Ps.* 2, 9.

896 *Hilarius Tract. in Ps.* 2, 35, *CCSL* 61, p. 62: “Quod enim nobiscum est ‘reges eos’, cum illis est ποιμανεῖς ἀδελφούς, id est ‘pastoraliter reges’; regendi scilicet eos curam affectu pastoris habiturus”.

898 *mox* ‘shortly before’, viz. *Mt.* 2, 7. According to *ThLL* 8, 1553 sq., this meaning occurs since Arnob. Cf. infra, pp. 112, 123, 172, 177 and 189, ll. 71, 351, 480, 605 and 925.

905 *quo ... apparuisset* The reading of *Nov. Test.*

910 *Praecedebat eos Mt.* 2, 9.

914 *solidum ... gaudium* Ter. *Andr.* 964: “solide gausurum gaudia”.

914 *furere furorem* Verg. *Aen.* XII, 680.

916 *prostrati* The reading of *Nov. Test.*

919–922 *Et responso ... accepto* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 806, col. 2: “Idem verbum est ‘responso accepto’ quod in illo, ‘Et admonitus in somnis’. Responsum pro oraculo accipiendum est, vt optime transferri possit ‘accepto oraculo’”.

928–932 *surge ... reuiuiscenti* Cf. supra, p. 92, ll. 636–638, ad *Mt.* 1, 24.

934 *Osee Hos.* 11, 1. Hier. discusses this text in *Comm. in Hos.* III, 11, 1–2, *CCSL* 76, p. 119 sq. (cf. l. 939 sqq.), and writes of Julianus (cf. l. 934) p. 121: “Hunc locum in septimo volumine Iulianus Augustus quod aduersum nos, id est Christianos, euomuit, calumniatur, et dicit quod de Israel scriptum est, Matthaeus euangelista ad Christum transtulit, vt simplicitati eorum qui gentibus crediderant, illuderet.” He gives (p. 120) the Latin translation of *LXX* (“Quia ... facie mea ipsi. Baalim ... incensum.”; v. ll. 937–939) and the text of *Vg.* (ll. 940–942: “Quia ... sacrificabant.”).

943–944 *proprium ... tractatum De optimo genere interpretandi ad Pammachium (Epist.* 57, 7, *CSEL* 54, p. 514 sq.), which Er. mentions in the addition from 1519, l. 944 sq., where he writes about this subject.

945 *Idem* Hier. *Comm. in Mt.* I, 2, 15, *CCSL* 77, p. 14, quotes *Num.* 23, 22: “Deus ex Aegypto vocauit eum, gloria eius sicut vnicornis” (*Vg.*: “Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis”). About these two translations of תוּעָפוֹת Er. writes in *Enarrat. in Ps.* 28 (29), *ASD* V, 3, p. 35, n.l. 112–115.

[16] Et mittens. Καὶ ἀποστείλας, id est: ‘missis sacrificibus’ aut ‘ministris’ aut ‘satellitibus’. Neque enim alioqui recipit Latini sermonis consuetudo. Quamquam Graecis ἐπιστέλλειν dicitur absolute qui mittit epistolam, et ἀποστέλλειν qui mittit mandatum aut nuncium. [B] Et in omnibus finibus eius. Τοῖς ὄρλοις αὐτῆς. *Eius* non refert Herodem, sed Bethlehem, id quod in Graecis indubitatum est. Eam ambiguitatem quo nos effugeremus, vertimus: *in omnibus finibus Bethlehemiticis*. [A] A bimatu et infra. Ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, id est: ‘omnes qui bimuli essent aut minores’. [B] Nam διετές Graecis duorum annorum spatium est. [A] Rursum ἡκρίβωσε, quod supra vertit *diligenter didicit*, hic transtulit *exquisierat*.

[18] Vox in Rama audita est. Testimonium desumptum est ex | Hieremiae cap. trigesimoprimo. Quamquam euangelista nec iuxta Hebraeum retulit nec iuxta Septuaginta aeditionem. [B] Quemadmodum clare fatetur Hieronymus prophetiam edisserens, ne quis mihi succenseat. [A] Siquidem iuxta Septuaginta sic legimus: [C] Φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἡκούσθη θρήνου καὶ κλαυθμοῦ καὶ ὄδυρμου, Ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη ἐπὶ τῶν υἰῶν αὐτῆς, καὶ οὐκ ἠθέλησε παρακληθῆναι, ὅτι οὐκ εἰσὶν. Ad hunc quidem modum habet aeditio Aldina, tametsi non omnino respondet ad ea quae refert Hieronymus; nisi quod suspicor in Latinorum codicibus haec pleraque fuisse deprauata. Siquidem hic quae tribuuntur Septuaginta, magis congruunt cum his quae Hieronymus vertit ex Hebraica veritate, nisi forte haec librorum incuria confusa fuerunt: [A] *Vox in Rama audita est, lamentatio et fletus et luctus Rachel plorantis filios suos, et noluit conquiescere, quia non sunt*. Iuxta Hebraicam veritatem ita vertit Hieronymus: *Vox in excelso audita est lamentationis et fletus et luctus Rachel plorantis filios suos, et noluit consolari super filiis suis, quia non sunt*. Hieronymus admonet hic *Rachel* positum non pro muliere, sed pro loco ipso, quod Rachel enixa Benjamin sepulta fuerit iuxta Bethlehem. Itaque propter corpusculi hospitium locus nomen accepit sepultae. Praeterea Rama non esse vocabulum loci, quemadmodum videtur, sed רָמָה, Rama, Hebraeis excelsum sonat, vt claram ac longe lateque sonantem plorantis vocem intelligas. Proinde mirum est interpretem, quisquis fuit, Graecum – nam Matthaeus Hebraice scripsisse creditur – reliquisse vocem Hebraicam רָמָה, nisi forte pro loci vocabulo transtulit. Nam est omnino huius nominis locus in tribu Benjamin, iuxta Gabaa. Ploratus et ululatus. Pro duobus quae nos legimus, Graeci codices habent tria, θρήνος καὶ κλαυθμός καὶ ὄδυρμός, id est ‘lamentatio ac ploratus ac fletus’. Ac totidem recenset Hieronymus [B], idque iuxta auctoritatem tum Septuaginta tum Hebraicae veritatis, [E] tametsi in Commentario non recenset nisi duo. [A] Sunt autem nominandi casu posita, cum per genituum verterint et Septuaginta et diuus Hieronymus. Caeterum quod sequitur, noluit consolari, vel amphibologiae vitandae gratia potius vertendum erat: ‘noluit consolationem admittere’. [D] Quia non sunt. Hoc subito videtur ad Rachelis personam referri; noluit hoc nomine consolationem admittere, quasi non essent ii qui mortui sunt, quum ad meliorem vitam profecerint. Tale quiddam admonet Hilarius in canone. Simile quiddam et Theophylactus. Mihi sim-

plicius videtur, vt intelligamus non esse dictos qui perierunt. Siquidem his verbis *non sunt* propheta voluit explicare dolorem Rachelis inconsolabilem et Herodis immanissimam crudelitatem. Offendit Hilarium quod non esse dicantur qui pro Christo trucidantur. [A] Illud leuiculum quod

995 [19] Ἰδοὺ φαίνεται – id est: ‘ecce apparet’ – verterit: *ecce apparuit*, mutato verbi tempore. Cum praesentis abusus aptus sit rem, ceu iam geratur, narranti. Nam de hoc,

[20] Ἐγερθεὶς παράλαβε, superius admonuimus. Rursum

951 mandatum B–E: mandatarium A.

953–954 finibus C–E: confiniis B.

957–958 exquisierat. Vox C–E: exquisierat.

Quae nam est copiae sitis in hoc non admodum venusto interprete? Vox A B.

970 Hebraicam veritatem C–E: veritatem Hebraicam A B.

972 sunt. Hieronymus admonet D E: sunt.

Hebraica sic habent קול בְּרָמָה וְשָׁמַע נְהִי בְּכֹה תְּמָרְוִרִים רַחֵל מְבַכָּה עַל בְּנֵיהָ מֵאַנְהוּ נְהִי בְּכֹה תְּמָרְוִרִים רַחֵל מְבַכָּה עַל בְּנֵיהָ כִּי אֲנִינוּ. Hieronymus admo-

net A, sunt. Hebraica sic habent קול בְּרָמָה וְשָׁמַע נְהִי בְּכֹה תְּמָרְוִרִים רַחֵל מְבַכָּה עַל בְּנֵיהָ מֵאַנְהוּ נְהִי בְּכֹה תְּמָרְוִרִים רַחֵל מְבַכָּה עַל בְּנֵיהָ כִּי אֲנִינוּ. Hieronymus admonet B, sunt. Hebraica sic habent קול בְּרָמָה וְשָׁמַע נְהִי בְּכֹה תְּמָרְוִרִים רַחֵל מְבַכָּה עַל בְּנֵיהָ מֵאַנְהוּ נְהִי בְּכֹה תְּמָרְוִרִים רַחֵל מְבַכָּה עַל בְּנֵיהָ כִּי אֲנִינוּ. Hieronymus admonet C.

980 Benjamin E Loca: Assur A–D.

983 tum Septuaginta tum Hebraicae veritatis D

E: Septuaginta et Hebraicam veritatem B C.

988 consolationem admittere E: consolari D.

953–954 *in omnibus finibus Bethlehemiticis Nov. Test.*: “in omnibus finibus (A B: confiniis) Bethlehemiticis”; cf. app. crit.

956 *supra Mt.* 2, 7.

958–959 *Hieremiae Ir.* 31, 15, in *LXX Ir.* 38, 15:

Φωνὴ ἐν Παμῇ ἠκούσθη θρήνου καὶ κλαυθμοῦ καὶ ὄδυρμου· Παχὴλ ἀποκλαιομένη οὐκ ἤθελε παύσασθαι ἐπὶ τοῖς υἱοῖς αὐτῆς, ὅτι οὐκ εἰσὶν (cf. l. 962 sqq.), in modern editions of Vg.: “Vox in excelso audita est lamentationis, luctus et fletus Rachel plorantis filios suos, et nolentis consolari super eis, quia non sunt” (cf. ll. 970 sqq.).

968–973 *Vox ... Bethlehem* Hier. gives both translations in *Comm. in Ir.* VI, 18, 1, *CCSL* 74, p. 306, where in §5 on p. 307 there follows: “Quia igitur Rachel in Ephratha, hoc est in Bethleem, condita est – sicut et scriptura sancta et titulus sepulchri eius hodieque testantur –, flere dicitur pueros qui iuxta se et in suis regionibus interfecti sunt”.

979–980 *Nam ... Gabaa* Hier. *Comm. in Mt.* I, 2, 18, *CCSL* 77, p. 15: “Quod autem dicitur ‘in Rama’, non putemus loci nomen esse qui est iuxta Gabaa, sed Rama excelsum interpretatur, vt sit sensus: Vox in excelso audita est, id est longe lateque dispersa”. Cf. *Loca*, p. 239: “pag. 17. vers. 6. In tribu Assur. Vide num rectius legatur Benjamin pro Assur, siue

Aser. Nam Rama et Gabaa sunt in ea tribu, quod liquet ex Iosue cap. 18. [vv. 20–28] rursum Iudicum 19 [v. 14]”.

982 *totidem* Hier. *Comm. in Ir.* VI, 18, 1 (v. supra, n.ll. 968–973).

984 *duo* *Comm. in Mt.* I, 2, 18, *CCSL* 77, p. 14 sq.

984–985 *Sunt ... Hieronymus* Hier. *Comm. in Ir.* (cf. supra, ll. 968–972) gives the nominative (nominandi casus) in the Latin translation of *LXX*.

987 *noluit ... admittere* The reading of *Nov. Test.*

990 *Hilarius In Mt.* I, 7, *SC* 254, p. 100: “Denique consolari se noluit quae dolebat. Non enim non erant ii qui mortui putabantur; in aeternitatis enim profectum per martyrii gloriam efferebantur, consolatio autem rei amissae erat praestanda, non auctae”.

990 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 2, 18, *Migne PG* 123, 169 C: Ἐν τῷ βίῳ τούτῳ οὐκ εἰσὶν, ἐπεὶ αἱ ψυχαὶ ἀθάνατοι.

991 *videtur, vt* V. supra, p. 44, introd., §8b. 993–994 *Offendit Hilarium ... trucidantur* V. supra, n.l. 990.

995 *ecce apparet* The reading of *Nov. Test.*

998 *superius* V. supra, p. 92 and 104, ll. 636 sqq. and 928 sqq.

[22] Audiens, Ἀκούσας δέ, pro ‘cum audisset autem’, id quod passim negligit interpretes, nec id tamen perpetuo, vt intelligas ῥαθυμίαν fuisse potius quam iudicium aut inscitiam. Illud recte mutauit, quod regnaret, ὅτι βασιλεύει; quod [B] Graecus interpretes [A] Hebraice magis quam Graece dixit: ‘quod regnat’. Caeterum Herodes hic pater fuit Archelai, quo Lugdunum relegato per Tiberium Caesarem substitutus est in regnum frater huius Herodes, a quo fuit irrisus Christus, [D] filius illius sub quo fugit in Aegyptum. [E] Ita Hieronymus. Quanquam Iosephus, quem citat Hieronymus, diuersa refert. Si quidem Iudaicae antiquit. libro 17., cap. vltimo, ita refert: *Caesar autem, videlicet Caius Tiberii successor, veniente Archelao aliquibus accusatoribus astantibus causam hinc inde cognoscit. Sed ubi se parum expurgat Archelaus, in exilium trudi praecipitur, in Vienna Galliae habitaculo contributo; pecunias vero eius rationibus iussit applicari fiscalibus.* De fratre huius Archelai Herode tetrarcha ita memorat idem Iosephus libro 18., cap. 16.: *Tunc Caesar veram credens accusationem tetrarchiam eius abstulit et Agrippae regno coniunxit, sed etiam omnes eius opes Agrippae contulit; ipsum autem aeterno condemnauit exilio, habitaculum ei constituens in Lugdunensi Galliae ciuitate.* Haec Iosephus. Vnde consequitur aut Hieronymum fuisse memoria lapsus aut locum esse deprauatum in Commentario aut Iosephi codices non carere vitio. [B] Iudaeam hic pro parte regionis Iudaicae positum admonuimus antea. [A] Timuit illo ire. Ἐκεῖ ἀπελθεῖν. Illo aduerbium est, etiam si in vetustissimis codicibus scriptum est ‘illuc’. Nec est *ire*, sed ‘abire’, ἀπελθεῖν. Et admonitus. Χρηματισθεὶς δὲ κατ’ ὄναρ. Miras huius interpretis delicias: quod modo verterat *responso accepto*, nunc transfert *admonitus*. Diuus Hieronymus putat χρησμόν dici, quoties Deus per se respondet. Nec est *et responso accepto*, sed ‘sed accepto responso’, [B] licet reclamantibus exemplaribus Latinis. [A] Quanquam minutius hoc, velut et illud,

[23] Ἐλθὼν κατόκησεν, *profectus habitauit* siue ‘venit et habitauit’. Etiam si in nonnullis codicibus est ἀπελθὼν. Per prophetas: quoniam Nazaraeus. Διὰ τῶν προφητῶν. Solitus citare nominatim autorem prophetiae nunc in genere dixit: *per prophetas*, quod נְיִיר Hebraeis ‘sanctus’ siue ‘consecratus’ dicitur iuxta Septuaginta. Et non vno in loco, sed passim Christus sanctus dicitur, [B] quando de illo scriptum est: ‘Cum venerit sanctus sanctorum, cessabit vnctio vestra’. [A] Symmachus *separatum* vertit. Alii ‘floridum’ exponunt נֶצֶר. Nezer enim Hebraeis flos vel germen, vt Septuaginta verterunt, dicitur; verum נֶצֶר illud per ἰ scribitur. Huc respicientes aliqui, dum conantur hoc testimonium ad certum referre locum, sumptum putant ex Esaias cap. xi.: *Et egredietur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet.* Porro נֶצֶר, quod soli Septuaginta transtulerunt *radicem*, Aquila, Symmachus ac Theodocion verterunt κορμόν, id est ‘stir-

3 Herodes hic pater D E: Herodes, hic Herodis filius, frater A–C.

4 frater huius Herodes D E: pater eius Herodis A–C.

20 Χρηματισθεὶς C–E: χρηματισθεὶς A B.

26 Etiam si B–E: Quanquam A.

28 נְיִיר LB: נְיִיר A–E.

32–33 verum נֶצֶר illud E: verum hoc per נֶצֶר illud A–D.

34 cap. xi.: Et egredietur D E: capite. 11.

וַיֵּצֵא הָטָר מִגּוֹעַ יִשְׂרָאֵל וַיֵּצֵא מִשְׂרָשְׁוֹ יִפְרָה et A, cap. vndecimo, יִפְרָה ... וַיֵּצֵא, et B, cap. vndecimo, וַיֵּצֵא הָטָר מִגּוֹעַ יִשְׂרָאֵל וַיֵּצֵא מִשְׂרָשְׁוֹ יִסְרָה.

Et egredietur C.
35 וַיֵּצֵא scripsi: גּוֹעַ A B D E, גּוֹעַ C.

- 999–23 *Audiens ... Latinis* The additions from 1527 and 1535 in l. 5 sqq., may well be explained by criticism from Sutor; cf. *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, LB IX, 778 B, where Er. quotes Mt. 2, 22 in the text of Vg. and adds: “An Archelaus imperavit toti Iudaeorum regioni”.
- 999 *cum audisset autem Nov. Test.*: “Verum cum audisset”.
- 3–4 *per Tiberium Caesarem* Sc. by Caligula, A.D. 39. Cf. Hier. *Comm. in Mt.* I, 2, 12, CCSL 77, p. 15 sq.: “Ergo Herodes ille qui cum Pilato postea amicitias fecit, huius Herodis filius est, frater Archelai quem et ipsum Tiberius Caesar Lugdunum quae Galliarum est ciuitas relegauit fratremque eius Herodem successorem regni fecit. Lege Iosephi historiam”, and Ios. *Ant. Iud.* XVII, 13, 2, 343, and XVIII, 7, 2, 252, in the Latin translation (Venetiis, per Albertinum Vercellensem, 1499, f° 146 r° and 153 r°), XVII, 18: “Caesar autem, veniente ... se parum se expurgat ... exilium retrudi ... Vienna ciuitate Galliae ... sociari fiscalibus” and XVIII, 16: “Tunc ... opes similiter Agrippae ... habitaculum illi constituens ... ciuitate”; this Latin translation, which is ascribed to Rufinus of Aquileia, may have been made after 540 by friends of Cassiodorus; cf. Cassiod. *Inst.* I, 17, 1, Mynors, p. 55: “hunc tamen ab amicis nostris ... conuerti fecimus”. F. Blatt, *The Latin Josephus*, 1 (Aarhus-Copenhagen, 1958), p. 17 sqq.; cf. Courcelle, *Lettres*, p. 320, n. 2).
- 19 *illuc ... abire Nov. Test.*: “timuit illuc abire”.
- 19–23 *Et admonitus ... responso Nov. Test.*: “sed oraculo admonitus”; Mt. 2, 12: in Vg.: “Et responso accepto”; cf. supra, p. 104, l. 919.
- 21 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 2, 12, CCSL 77, p. 13 sq.: “Responsum autem (quod Graece dicitur *χρηματισθέντες*) et non per angelum fit, sed per ipsum Dominum, vt meritorem Ioseph priuilegium demonstraretur”.
- 25 *profectus habitauit* Reading of *Nov. Test.*; Vg.: “ueniens habitauit”.
- 28 *in genere* Cf. supra, p. 95, n.l. 693.
- 28–38 *quod ... interpretandi* Er. derives his 1516 information mainly from Hier. *Comm. in Is.* IV, II, 1–3, CCSL 73, p. 147 sq.: “Pro ‘radice’, quam soli LXX transtulerunt, in Hebraico scriptum habet geza, quod Aquila et Symma-

chus et Theodotio *κορμὸν* interpretati sunt, id est truncum. Et pro flore, qui Hebraice dicitur nesar, germen transtulerunt ... Illud quod in Euangelio Matthaei omnes quaerunt ecclesiastici, et non inueniunt vbi scriptum sit: ‘Quoniam Nazaraeus vocabitur’, eruditi Hebraeorum de hoc loco assumptum putant. Sed sciendum quod hic nesar per sade litteram scribatur ... Porro Nazaraei, quos LXX sanctificatos, Symmachus separatos, transtulerunt, per zain semper scribuntur elementum”, and *Epist.* 57, 7, CSEL 54, p. 515: “Nam in eo loco, vbi nos legimus atque transtulimus: ‘et exiet virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet’, in Hebraeo iuxta linguam illius *ιδιωμα* ita scriptum est: ‘exiet virga de radice Iesse, et Nazareus de radice eius crescet’”. Cf. Hier. *Comm. in Mt.* I, 2, 23, CCSL 77, p. 16: “Nazareus sanctus interpretatur. Sanctum autem Dominum futurum omnis scriptura commemorat”. The quote in the digression from 1519, l. 30 sq.: “quando ... vestra”) does not occur in Vg. Er. could have borrowed it from Greg. M. *In librum primum Regum expositionum libri 6*, VI, 97, ad 1. *Rg.* 16, 13 (CCSL 144, p. 606): “Hunc autem Danihel vnxit et omne vnctionis sacramentum praebuit Iudaeis dicens: ‘cum venerit Sanctus sanctorum, cessabit vnctio vestra’”, perhaps from a text attributed for a long time to Aug., viz. *Quoduult-deus, Contra Iudaeos, paganos et Arrianos*, 12, 2 (CCSL 60, p. 242): “Cum venerit”, inquit, ‘sanctus sanctorum, cessabit vnctio’”, where the quote first appears, albeit incompletely, and it is clear from the context that “vnctio vestra” is meant; the notes to both places refer to *Dn.* 9, 24 (“vngatur sanctus sanctorum”).

34–35 *Esaiiae ... ascendet Is.* 11, 1.

36 *Aquila, Symmachus ac Theodocion* Three Jewish scholars who in the time of the emperors Hadrianus (117–138) and Septimius Severus (193–211) and in c. 180 A.D. respectively, made Greek translations of the OT. Orig. included these together with the Hebrew text, both in Hebrew script and in Greek transcription, and LXX in six adjacent columns in his *Hexapla*. Hier. studied the probably sole copy in the library in Caesarea (Altaner, p. 167). Cf. supra, n.l. 28–38.

pem' siue 'truncum'. In hanc ferme sententiam Hieronymus, [B] qui locum hunc annotauit, et in libello ad Pammachium De optimo genere interpretandi. Chrysostomus homilia in Matthaeum nona existimat hoc oraculum adductum ex aliquo voluminum quae vel negligentia vel impietate Iudaeorum vel temporum ac bellorum iniuria perierunt. [A] Illud addam: ὅτι – id est 'quia' – coniunctio hoc sane loco fuerat omittenda, [B] nisi reddidisset hunc ad modum: 'quod Nazaraeus vocandus esset'.

[A]

EX CAPITE TERTIO

45 [2] Poenitentiam agite. Μετανοεῖτε. Quod plerunque vertit *poenitentiam agite*, [B] opinor, [A] quod 'poenitete' siue 'poenitemini' parum Latinum videretur; quanquam et sic uertit alicubi. At nostrum vulgus putat esse 'poenitentiam agere' praescripta poena quapiam luere commissa, quod apud Christianos qui publice peccassent, eiecti e consortio propalam affligerentur. Eaque satisfactio siue poena 'poenitentia' vocari coepta. Qua quidem ex re non mediocris error theologis quibusdam, qui quod Augustinus de poenitentia – hoc est 'publica satisfactio' – scripsit, ad animi dolorem, quam contritionem vocant, detorquent. Alioqui μετάνοια dicta est a μετανοεῖν, hoc est: 'a posterius intelligendo'; vbi quis lapsus re peracta tum demum animaduertit erratum suum. Quae iuxta prouerbium Homericum prudentia stultorum est. Eodem spectat alterum prouerbium δευτερώων φροντίδων ἀμεινόνων. Vnde quod nos legimus 'poenitet me fecisse hominem', Augustinus libro De ciuit. Dei 15., cap. 24. pro *poenituit legit recogitauit* iuxta fidem vetustissimi codicis. Indidem dicta est μεταμέλεια, quum socordes in re peragenda sero incipimus esse attentis, iam admoniti nostris malis.

60 [D] Graecae vocis elegantiam annotauit Tertullianus libro Aduersus Marcionem secundo: *Nam et in Graeco, inquit, sono poenitentiae nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est.* [A] Meo iudicio commode verti poterat 'resipiscite' siue 'ad mentem redite'. [B] Siquidem resipiscit cui vita supe-

55–58 stultorum est ... μεταμέλεια E: stulto-

rum est, vt et μεταμέλεια A–D.

38–39 *Chrysostomus Hom. in Mt. 9, 4*, Migne PG 57, 180 sq.: Πολλὰ γὰρ τῶν προφητικῶν ἠφάνισται βιβλίων ... Ῥάθυμοι γὰρ ὄντες καὶ εἰς ἀσέβειαν συνεχῶς ἐμπίπτοντες τὰ μὲν ἠφίεσαν ἀπόλλυσθαι, τὰ δὲ αὐτοὶ κατέκαιον καὶ κατέκοπτον. Trapezuntius, 88 B: "Multa enim ex propheticis periere monumentis ... Desides enim cum essent Iudaei et crebro in impietatem laberentur, alia quidem perdiderunt negligenter, alia vero tum incenderunt, tum conciderunt".

41–43 *Illud ... esset Mt. 2, 23*: ὅτι Ναζωραῖος κληθήσεται. "Οτι was already used in classical

Greek to introduce not only indirect discourse, but also direct discourse (ὅτι recitatum); this usage was also recommended to the writers of NT by the use of Hebrew פ and Aramaic ܦ (Moulton, 3, p. 325 sq.). In direct discourse ὅτι is only rendered by punctuation in classical Latin. In the case of indirect discourse, Er. time and again expresses his preference for 'quod' over 'quia' or 'quoniam'. Er. discusses this subject amply in *Epist. apolog. adu. Stun.*, LB IX, 395 B–E.

45–82 *Poenitentiam ... gratificemur Nov. Instr.* A: "Poeniteat vos"; B: "Resipiscite" (already

suggested in l. 63); C–E: “Poenitentiam agite vitae prioris”. Criticism from Baechem, Lee, Stun., Spanish monks and Alberto Pio of the translation “resipiscite” and of Er.’s opinion of poenitentia (v. infra, n.ll. 50–53) is apparent from Ep. I, Allen, *Op. ep.* I, p. 26, ll. 4–5, *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, ASD IX, 2, p. 86, ll. 536–552, *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *Apolog. ad Prodr. Stun.*, *Apolog. ad Stun. Concl.*, *Apolog. adv. monach. hisp.*, and *Apolog. adv. rhaps. Alb. Pii*, LB IX, 255 A – 262 E, 381 E, 389 B–D, 1062 C – 1064 B and 1189 F – 1190 F. Latomus objected in *De confessione secreta* (1525) to Er.’s remark in *Exomolog.*, LB V, 158 C, that the practice of confession was derived from *De vera et falsa poenitentia*, a work of which Er. observed not only here, but also in *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, LB IX, 756 B and 809 A, that it had been wrongly ascribed to Aug. Cf. Asso, p. 166 sqq., Bentley, *Annotations*, p. 52, and *Humanists*, p. 169, Bludau, p. 53 sq., Jarrot, pp. 125–128, J.B. Payne, *Erasmus. His Theology of the Sacraments*, Richmond, 1970, pp. 181–216, and Rummel, *Nameless Critics*, p. 51 sq., *Annotations*, p. 152 sqq., *Latomus*, p. 13, *Catholic Critics*, I, p. 140 sq. and 2, p. 10 sqq., and *The Humanist-Scholastic Debate*, p. 107.

46 *poenitete ... poenitemini* Only “poenitemini” occurs in modern editions of Vg., viz. in *Mc.* I, 15, and *Act.* 3, 19.

49 *eiecti e consortio* ‘excluded from the community’, sc. of the church; cf. Ep. 1000, ll. 123–124: “ab Ecclesiae consortio semotos”, and Ep. 1855, ll. 138–139: “a consortio Christiani gregis alienum”.

50–53 *Qua quidem ... theologis quibusdam ... Augustinus ... detorquent* Aug. wrote a great deal about ‘poenitentia’; for an understanding of this passage the most important sources are *Serm.* 351 and 352 (*De vtilitate agenda poenitentiae*, I and 2), 3, 8, Migne *PL* 39, 1535 sqq. and 1558 sqq., *Ench.* 65 and 82, *CCSL* 46, pp. 84 and 95, *Serm. ad catechumenos de symbolo*, 7, 15–8, 16, *CCSL* 46, p. 198 sq. and *Epist.* 165, *CSEL* 57, p. 645 (cf. *Serm.* 71, 12, 19–20, RBen 75 (1965), p. 83 sqq., *Enarr. in Ps.* 4, 6, *CCSL* 38, p. 16, *Serm. de VT* 19, 2, *CCSL* 41, p. 253, *Serm.* 296, 9, 10, Migne *PL* 38, 1358, *Serm. de tempore barbarico*, 1, 1, Migne *PL* 40, 699 sq., and Bernhardus Poschmann, *S. Aurelii Augustini Episcopi Hipponensis Textus selecti de poenitentia*, Bonn, 1934). In the time of Aug. three types of penance existed, baptism, prayer, and the “humilitas maior poenitentiae”: those who

had committed crimes or adultery or other heinous deeds (“facta immania”), had to do penance in church in public (“poenitentiam agere”); in the church they stood apart from the congregation and were not admitted to the sacraments (“remoti a sacramento altaris participandi”; cf. l. 49: “eiecti a consortio”), until the “satisfactio” had taken place in the church (l. 51 sq: “publica satisfactio”). Er. distances himself from the formalisation and regulation of the sacrament of penance which had developed in particular since Petr. Lomb. (*Sent.* IV, dist. 14–17, *SB* 5, p. 315 sqq.) and posits in its place the early Christian practice of penance, as he had come to know it from Aug. in particular. Instead of a “satisfactio” which the scholastics wished to prescribe for all sins, he argued for the reinstatement of the early Christian “satisfactio publica”, and that as satisfaction for only gross sins. He clearly regarded a strictly individual act of penance (“contritio”) as insufficient for these kinds of offences. In the case of “theologis quibusdam, qui ... detorquent” (ll. 51–53) he will not have had certain individuals in mind but the scholastics in general. *DThC* I, 2426 sqq., s.v. (Saint) Augustin, and II, I, 748 sqq., s.v. pénitence-sacrament, H. Karpp, *Die Busse. Quellen zur Entstehung des altkirchlichen Busswesens* (Zürich [1969]), F. van der Meer, *Augustinus de zielzorger* (Utrecht-Brussel, 1947), p. 336 sqq., and B. Poschmann, *Die Busse (Handbuch der Dogmengeschichte*, 4, 3), Freiburg im Breisgau, 1951.

55 *prouerbiūm Homericūm* Il. 17, 32: ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω. This later became a proverb. V. *Prol. Adag.* 2, *Adag.* 30 (“ῤεχθὲν ... ἔγνω, i. e. ‘Rem peractam stultus intellexit.’”; cf. l. 54 sq.) and *Adag.* 299, *ASD* II, I, p. 47, l. 62 sq., p. 142, l. 940 sqq., and p. 404, l. 453 sq., and *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 98, l. 769 (ad *Mt.* II, 25; cf. infra, p. 204, l. 278 sqq.).

56 δευτερώων ... ἀμεινόνων Cf. *Adag.* 238: “Posterioribus melioribus”, *ASD* II, I, p. 351 sq. 56–58 *Vnde ... codicis* Modern editions of Vg. read in *Gn.* 6, 6: “poenituit eum quod hominem fecisset”, and in *Gn.* 6, 7: “poenitet enim me fecisse eos”. Aug. *Civ.* XV, 24 gives “cogitauit” as translation instead of “poenituit” (Vg.), and “recogitauit” instead of “tactus dolore cordis intrinsecus” (Vg.) in *Gn.* 6, 6.

60 *Tertullianus Adv. Marcion.* II, 24, 8, *CCSL* I, p. 503.

62 *Meo iudicio* V. supra, n.ll. 45–82.

rior displicet. Caeterum 'poenitentiam agere' pro 'affici ducique poenitudine' vt
 65 nolim pronunciare barbarum ac soloecum, ita non memini legere apud probos
 autores. 'Actus poenitentia' pro 'ductus poenitudine' semel est apud Suetonium.
 [C] Et apud Plinium in epistolis *poenitentiae poenitentiam egit* reperitur, sed
 addito casu paterno. Sic enim dixisse videtur: *poenitentiam agere* pro 'poenitere',
 quemadmodum dicimus: 'vitam agere' pro 'viuere'. [D] Absolute posuit Valerius
 LB 18 Max. cap. de sapienter dictis ac factis: *Respondit vtrum horum | fecisset, poeniten-*
 71 *tiam acturum*, quod ex iis quae mox praecedunt, facile liquet cuius rei sit poeni-
 tudo. Veluti quum dicimus: 'duxi vxorem, sed poenitet'. [E] Fabius lib. 9. indicat
 Salustium scripsisse *non poeniturum* pro 'non acturum poenitentiam'. [C] Caete-
 rum non admodum arrisit periphrasis 'vitae prioris poenitentiam agite' aut 'delic-
 75 torum poenitentiam agite'. Et tamen erant homines pii iuxta ac eruditi, quibus
 circumitio magis placuit, ne quis calumniaretur, vt nunc sunt mores ac tempora,
 poenitentiam ab Euangelio profligatam. Quanquam non protinus ideo profligat-
 ur salubris illa satisfactio quae comitatur resipiscentiam ac lachrymis piisque
 officiis delet et quodammodo pensat delictum, si Graeca vox non a poena, vt qui-
 80 busdam videtur, ducta poenitentia, [D] quum probabilius sit ductam a pone
 tenendo, [C] sed a resipiscendo, mutataque sententia deducitur. Nos igitur
 vtrunque vertimus, vt omnibus quantumlicet gratificemur. [A] Appropinqua-
 bit enim. Ἡγγικεν. Dubium non est quin errore librariorum acciderit quod
 perpetuo pene legatur futurum pro praeterito, in hoc sane verbo, cum sit 'appro-
 85 pinquauit'. [B] Atque ita citat Chrysostomus homilia decimaquarta. [D] Id eo
 frequentius accidit, quod nonnullae nationes praepostere vice b pronunciant v et
 contra, vt 'viuere' pro 'bibere', 'bibere' pro 'viuere'. [A] Quanquam in huiusmodi
 [B] verbis [A] Graeci nonnunquam abutuntur praeterito vice praesentis. Mollius
 erat 'instat' siue 'adest' [B] siue 'in propinquo est' [A] regnum Dei'. Nam id est
 90 appropinquasse, 'in propinquo esse'. Siquidem Iudaeis adhuc in vmbri et cere-
 moniis versantibus aduentabat quidem, sed eminus. Certe 'appropinquauit',
 praeteriti temporis, scriptum reperi in vetustissimis exemplaribus Latinis [B] in
 hoc consentientibus atque etiam in excusis plerisque castigatioribus. Subindicauit
 et Origenes verbum 'appropinquauit' non ad tempus, sed ad actum referri, homi-
 95 lia in Matthaeum prima. [C] In vno Donatiano erat 'appropinquat'.
 [3] [A] Vox clamantis. Ipse Ioannes Baptista apud Ioannem Euangelis-
 tam testatur hoc de se dictum. Est autem apud Esaia cap. 40., consentiente
 Hebraica veritate cum aeditione Septuaginta, nisi quod Septuaginta non repetunt
 'in solitudine'. Graeca sic habent: Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· Ἐτοιμάσατε τὴν
 100 ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Porro quod apud pro-
 phetam est *Dei nostri*, euangelista sensum reddens, non verba, posuit *eius*. Caete-
 rum paratē Graece est ἐτοιμάσατε, hoc est: 'promptam, paratam et expeditam
 reddite'. Hebraica vox יָדָה proprietatem habet, vt significet viam 'apertam et ocu-
 lis intuentium conspicuam facere', a verbo יָדָה, quod est 'respexit'. Obstant enim
 105 affectus mundani, quo minus homines videant Christum aduenientem; quibus
 sublatis [B] iam ceu [A] praeparata via Domini conspicitur adueniens salus.

[4] Habebat vestimentum de pilis. Ἐν δὲ μὲν αὐτοῦ, id est 'indumentum suum', et 'e pilis' magis quam *de pilis*; deinde 'cameli', non camelorum. Quoniam haec non magnopere faciunt ad sententiam, tamen, quo scripturae

83 Ἡ γὰρ γὰρ A-C: ἡ γὰρ γὰρ D E.

84 legatur B-E: verterit A.

99-102 solitudine ... Caeterum D E: solitudine. Hebraica sic habent: קוֹל קוֹרָא בְּמִדְבָּר קוֹל קוֹרָא בְּמִדְבָּר יֵשְׁרוּ בְּעֵרֶב מְסִילָה לְאֵלֵהֶינוּ פְּנוּ דֶרֶךְ הוּוֹה יֵשְׁרוּ בְּעֵרֶב. Caeterum A; solitudine. Hebraica sic habent: קוֹל קוֹרָא בְּמִדְבָּר פְּנוּ דֶרֶךְ הוּוֹה יֵשְׁרוּ בְּעֵרֶב

מְסִילָה לְאֵלֵהֶינוּ. Caeterum B, solitudine. Graeca ... ἡμῶν. Hebraica sic habent: קוֹל קוֹרָא בְּמִדְבָּר פְּנוּ דֶרֶךְ הוּוֹה יֵשְׁרוּ בְּעֵרֶב מְסִילָה לְאֵלֵהֶינוּ. Porro ... eius. Caeterum C.

103 פְּנוּ scripsi: פְּנוּ A-C, פְּנוּ D E.

104 פְּנוּ LB: פְּנוּ A-E.

66 *Suetonium* I did not find "actus paenitentia" in Suet. In *De cop. verb.*, ASD I, 6, p. 176, ll. 685-691, Er. does not mention Suet., but does refer to "poenitentia ductus" and "poenitentia tactus", and in the case of Plin. minor to "agere poenitentiam" (see next note). *ThLL* 10, 1, 57, mentions "paenitentia actus" in Gaius, *Institutiones*, II, 168, "poenitentia ductus" in *Mt.* 27, 3 and in the *Itala* in *Mt.* 21, 29 (A. Jülicher, *Itala. Das Neue Testament in altlateinischer Überlieferung*, 1. *Matthäus-Evangelium*, Berlin-New York, 1972², p. 153).

67 *Plinius* Plin. minor, *Epist.* VII, 10, 3: "agatque paenitentiam paenitentiae suae".

68 *casu paterno* Genitive, as infra, pp. 118, 119 and 358, in ll. 224, 240 and 197; p. 494, l. 337: "gignendi casum".

69-70 *Valerius Max.* Val. Max. VII, 2, ext. 1.: "Idem [Socrates] ab adulescentulo quodam consultus vtrum vxorem duceret an se omni matrimonio abstineret, respondit, vtrum eorum fecisset, acturum paenitentiam".

71 *mox* Cf. supra, p. 105, n.l. 898.

72 *Fabius Quint.* *Inst.* IX, 3, 12: "eo vsque processum est, vt 'non paenititurum' pro non acturo paenitentiam ... dixerit" (Sall., *Hist. frgm.* 109 ed. Dietsch)".

76 *circumitio* V. supra, p. 45, introd., §9.

76 *vt nunc sunt mores ac tempora* Reminiscent of Ter. *Phorm.* 55: "vt nunc sunt mores", and Cic. *Catil.* I, 1, 2: "O tempora, o mores". Cf. infra, pp. 122 and 132, ll. 323 and 567 sq.

79 *poena* Cf. Petr. Lomb. *Sent.* IV, dist. 14, 2, 1 and 3, 6, *SB* 5, pp. 316 and 320: "Poenitentia dicitur a puniendo, qua quis punit illicita quae commisit" and "Poenitere enim est poenam tenere, vt semper puniat in se vliscendo quod commisit peccando ... Poenitentia igitur est vindicta semper puniens in se quod dolet commisisse". Petr. Lomb.

ascribes the latter quote to Aug., but it is derived from Ps. Aug. *De vera et falsa poenitentia*, 19, 35, Migne *PL* 40, 1128 sq.; cf. supra, p. 110 sq., n.ll. 45-82. *Isid. Orig.* VI, 19, 71, also notes that a connection has been made between 'poenitentia' and 'punire', when he writes: "Poenitentia appellata quasi punitentia, eo quod ipse homo in se poenitendo puniat quod male admisit", but he prefers another explanation.

80-81 *a pone tenendo* Er. also presents this etymology infra, p. 535, l. 373 sqq., ad *Lc.* 10, 13. Cf. Ep. I, Allen, *Op. ep.* I, p. 26, l. 8.

82-83 *Appropinquabit* Modern editions of *Vg.* read "appropinquauit", like *Nov. Test. A*; *B-E*: "in propinquo est enim regnum coelorum"; cf. infra, l. 89 sq.

85 *Chrysostomus homilia decimaquarta* In *Hom.* in *Mt.* 14, 1, Migne *PG* 57, 218, Chrys. refers to *Mt.* 4, 17, in *Hom.* in *Mt.* 10, Migne *PG* 57, 183, to *Mt.* 3, 2.

87 *huiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.

94 *Origenes Comm. in Mt.* X, 14 (ad *Mt.* 13, 52), *GCS* 10, p. 17 (not *Hom.* 1, but book X of the *Commentary*, the first 9 books of which have been lost; Er. makes it apparent in Ep. 1875, ll. 9-11 (2 Sept. 1527), that he knows that about a half of the work is missing).

96-97 *Vox ... dictum Ioh.* 1, 23.

97 *Esaiam Is.* 40, 3; cf. infra, p. 494, l. 316 sqq., ad *Lc.* 3, 4. Ad *Mc.* 1, 3, Er. does not mention anything about it.

103 פְּנוּ Imperative of the pi'el of פְּנוּ.

103 *proprietaem* V. supra, p. 48, introd., §10.

107-108 *Habebat ... camelorum Nov. Test.*, as *Vg.*: "camelorum"; cf. infra, p. 357, l. 157 sqq., ad *Mc.* 1, 6. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 807, col. 1: "Graece 'cameli' est, non 'camelorum', et sane elegantius dicitur in singulari".

110 seruaretur integritas, non abs re putauimus admonere. Et zonam Graece dixit
 pro 'cingulo', [C] tametsi zonae vocabulum Latinis receptum scio. [A] Esca
 autem. Τροφή, id est 'cibus' siue 'alimonia', a τρέφω, nutrio. [E] Quod
 interpres vertit locustas, Graece sunt ἀκρίδες, vox inde dicta, quod id animal
 115 summas aristas aduolans depascatur. Coactor enim videtur etymologia quae
 ἀκρίδας hinc dictas existimat, quod exiguo sint capite, quasi ἀκαρίδας. Theophyl-
 lactus, quem quidam titulo decepti putant Athanasium esse, indicat ἀκρίδας her-
 bae aut fruticis agrestis genus intelligi posse, non animal; diuus Hieronymus
 super hac voce nihil annotauit, non taciturus, opinor, si de frutice sensisset euan-
 gelista. Hilarius autem atque etiam recentiores Rabanus et Lyranus animal acci-
 120 piunt. Qui ἀκρίδα nolunt esse animal, vocem dictam existimant a particula Grae-
 cis augente α et γράω, quod est edo, inde fruticem aut herbam dictam γράστιν,
 quod virens etiamnum edatur ab animantibus. Quanquam haec etymologia rec-
 tius quadrat in animal quod segetes depopulatur, quemadmodum legimus Exodi
 decimo. At Aelius Dyonisius negat Atticis herbam γράστιν dici, sed κράστιν,
 125 quanquam haec adhuc multum absunt ab acridibus, nec huc pertinet quod qui-
 dam tradunt, ἀκρίδας dici paniculos ab auena dependentes. Verum haec
 vtcunque habent, apud Latinos certe veteres non memini legere locustam pro
 frutice aut herba, sed tantum pro animante quod geminum memorant, terrestre
 ac marinum. Illud probabiliter colligitur ex iis quae de locustis prodidit antiqui-
 130 tas, eas fuisse non per omnia similes nostratibus. Nam ille volabant quaternis alis
 et ex Africa nonnunquam commigrabant in Italiam; quum de nostratibus non
 querantur agricolae nec ipsae in alienam regionem agminatim deuolent; id si cui
 mirum videtur, conferat nostrates columbas cum columbis Italicis; dicas esse
 135 diuersi generis. Simile discrimen est et in piscibus et in arboribus permultis. [A]
 Cogor hoc loco desiderare prudentiam in nonnullis scriptoribus, [B] quorum de
 numero est Nicolaus Perottus, [E] vir alioqui pulchre doctus, variae lectionis ac
 suo saeculo de studiis praeclare meritus, [A] qui nolunt locustam hoc loco animal
 esse, sed fruticem nescio quem aut surculum delicatum et ceu rem vehementer
 140 impiam execrantur, si Ioannes Baptista tam vili cibo pastus dicatur. Atque hic –
 Deum immortalem! – quam insulse rhetoricatur λεξικογράφος quidam, rogans
 cur non eadem opera amicus Dei muscas caeteraque portenta ederit, quibus Deus
 afflixit inimicos suos Aegyptios. Quasi vero non reddamur ob id ipsum Deo cha-
 riores, quod pietatis amore ciborum delicias contemnimus. Primum si istis absur-
 dum videtur hominem vesci locustis, meminisse debebant ab claris autoribus

137 locustam *E*: locustas *A–D*.

139 Baptista *E*: vir tantus *A–D*.

140–141 rhetoricatur ... quibus *E*: rhetoricatur
 Calepinus, rogans, cur amicus dei non
 eadem opera, muscas ederit, et caetera por-
 tentia, quibus *A–D*.

142–145 suos ... nationes *E*: suos. Primum
 constat non Parthos solum, sed et alias
 nationes *A B*, suos Aegyptios. Primum
 constat non Parthos solum, sed et alias
 nationes *C D*.

- 110–111 *zonam ... cingulo* Cf. infra, p. 188, l. 880 sqq., ad *Mt.* 10, 9.
- 113–115 *vox ... ἀκαρίδας* Derived from *Etym. mag.* 52, l. 34 sqq.: Ἀκρίς: Παρὰ τὸ κάρη καρίς· καὶ μετὰ τοῦ στερητικοῦ Α, ἀκαρίς· καὶ συγκοπῇ ἀκρίς, ἡ κάρην μὴ ἔχουσα, ἡ μικροκέφαλος Οἱ δὲ, παρὰ τὸ τὰς ἄκρας τῶν ἀσταχῶν καὶ τῶν φυτῶν νέμεσθαι.
- 115–116 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 3, 4, Migne *PG* 123, 173 BC: Τινὲς λέγουσι βοτάνας εἶναι τὰς ἀκρίδας, ἃς καὶ μέλαγρα καλοῦσι· τινὲς δέ, τὰ ἀκρόδρα ἤτοι ὀπώρας ἀγρίας.
- 116 *Athanasium* F. Christophorus de Persona published in Rome in 1477 a Latin translation of Theophyl.'s commentary to the letters of Paul under the name of Athanasius; in 1519 a reprint of this work appeared in Paris (published by Joannes Parvus) with a foreword (paraclesis) by Er. In that same year Er. wrote in additions to *Annot. in Rom.* 1, 4 ("Qui praedestinatus est"), and I. *Cor.* 12, 27 ("Membra de membro"), *LB* VI, 555 E and 721 F, that he had discovered, on comparison with the Greek text, that it was a translation of a work by Theophyl. As far as I have been able to ascertain, the first edition under the name of Theophyl. appeared in Cologne in 1528, the second in Paris in 1529; the translator has been called Porsena ever since. Cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stum., ASD* IX, 2, p. 131, n.l. 437.
- 119 *Hilarius In Mt.* 2, 2, *SC* 254, p. 104.
- 119 *Rabanus* Rabanus Maurus, *Comm. in Mt.* I, 3, Migne *PL* 107, 768 A.
- 119 *Lyranus Postilla*, ad *Mt.* 3, 4: "Esca autem eius locustae quae sunt parva animalia volitantia per modum saltus, et reperiuntur in deserto Iudaeae et frixa cum oleo sunt cibus pauperum".
- 123 *Exodi Ex.* 10, 1–20 (the eighth plague).
- 124 *Aelius Dyonisius* Cf. Eust. *Comm. ad Hom. Il.* 1220, ll. 46–48, Van der Valk, 4, p. 448: Ἀἴλιος δὲ Διονύσιος ... φησὶ γάρ· κράστιν Ἀττικοὶ τὴν πύαν, γράστιν δὲ οὐδένας.
- 130 *ille* I.c. "illae".
- 136 *Nicolaus Perottus Cornucopiae*, p. 256, ll. 22–23: "Locustae sunt, quae reptantium more fluitant recto meatu, si non sit metus, cornibus ad latera porrectis.", p. 387, ll. 40–41: "inter vermiculos et locusta poni potest, de qua supra diximus."; on p. 281, l. 37, he calls 'locustae maleficae' a kind of 'fungi'. Er. owned a copy of this book (Husner, p. 244, N° 384).
- 140 *Deum immortalem* Exclamation which Er. often used, among others infra, p. 460, l. 424, and in *Adag.* 3001, *LB* II, 954 B, *Anti-*
barb., *ASD* I, 1, p. 40, l. 14 sq., *Coll.*, *ASD* I, 3, passim, *De conscr. ep.*, *ASD* I, 2, pp. 320 sq., l. 4, and 462, l. 20 sq., *De praep. ad mort.*, *ASD* V, 1, p. 343, n.l. 65, and Ep. 93, l. 55 sq., and Ep. 1581, l. 399.
- 140 *λεξικογράφος quidam* In A "Calepinus", Calepinus, Giacomo Calepio, 'il Calepino' (Bergamo, * 1440, † c. 1510), called Ambrogio after his entrance as a brother into the order of the Augustinian Hermits, studied Greek under Constantinus Lascaris and devoted himself to philological studies. He became famous by writing a *Dictionarium*; after the first edition (Reggio nell' Emilia, 1502), more than 200 editions were published up till 1779, including those published by Jodocus Badius in Paris, 1509 and 1510. The first editions were in Latin with Greek equivalents; those published in Venice, 1545–46, contained equivalents in Italian; those published in Antwerp, 1545 and 1546, called *Pentaglossos*, contained equivalents in Greek, German, Flemish and French (Albert Labarre, *Bibliographie du Dictionarium d'Ambrogio Calepino (1502–1779)*, Baden-Baden, 1975). Er. therefore discovered that Calepinus was no longer responsible for later editions. The Paris edition from 1510² notes s.v. "locusta": "Et diuus Domini precursor Ioannes locustis vixisse scribitur, sed contra obstinatos licet sciam magnos viros aliter scribere, hoc non me fallit quod locustis pratorum vesceretur. Audiant etiam grammaticos. Nic. Perottus grandi vir auctoritate longam facit disputationem, sed carptim dicit in India nasci longitudine trium pedum Nefas est credere diuum Ioannem, quem regis nostri Dei praecursorem merito vocant, huius cibi impuritate vsum in eremo fuisse, crudeli cibo et venenoso ideo concludendum est non solummodo manna intelligi oportere, verum etiam summitates omnium germinantium, vt sunt etiam coralia rosarum syluestrium et spinarum; sed causa istius erroris fuit, quoniam ista dictio ἀκρίς, -ιδος, duo significet: et locustam vermem venenosum ... etiam corculum germinantium, id est ipsa germina. An igitur fas dicere virum tam sanctum, tam gratum Deo comedere vermes missos contra inimicos Dei? Et quare non comedit etiam muscas et tabanos missos contra Pharaonem? ... sed tam sancto homini pium est credere manna pro libito coelum fluere, vt tam preciosum, et tam diuinum corpus sustentaret: quamuis Ply. lib. XI, cap. XXIX [see next note] ait: 'Parthis et hae in cibo gratae'".

145 proditum non Parthos modo, sed alias quoque nationes locustarum esu victitasse.
 Siquidem Plinius lib. II., cap. 29., testatur hoc istis tam abominandum animal-
 culum Parthis etiam in deliciis fuisse. Idem lib. 6., cap. 30., refert quosdam
 Aethiopiae populos non alio cibo viuere solitos quam locustarum, quas in hunc
 150 vsum fumo saleque durant, nec id latuit Perottum, tantum cibi vilitate offendi-
 tur. Qui lustrarunt procul semotas regiones, narrant et hodie Aegyptios vulgo
 vesci locustis. Itaque si locustam immundum animal vocant, quod plebeium,
 vile, parabile ac pauperum cibus fuerit, hoc ipsum in laudem sanctissimi viri
 retulit euangelista, quod cum iuuenis esset magni sacerdotis filius, magna tum
 apud populum tum apud regem autoritate, in deserto potius ferarum ritu vili
 155 parabilique cibo viuere maluerit; non quod hoc cibi genus superstitiose affectarit
 vir pius, sed partim quod eremus hunc cibum vltro suppeditaret; opinor enim
 illum, quum apud ciues aut regem ageret, non requisuisse locustas; partim vt
 iuxta vaticinium Esaiæ Christique testimonium Heliam prophetam referret. Ad
 haec, quos offendit cibi vilitas, cur iidem non offenduntur pilis camelorum et
 160 cingulo coriaceo? Quasi vero magis conuenerit, vt pauperis Christi prodromus et
 ad crucem destinati placentis et Atticis bellariis saginaretur, mulsum et aromati-
 ten pro aqua biberet, pro pilis camelorum byssinis et holosericis vestiretur, pro
 loro baltheo bullis aureis insignito cingeretur. Videntur igitur haec non minus
 ethnico spiritu dicta quam Platina, vir sane doctus, Gregorio, pont. Ro. eius
 165 nominis primo, patrocinator aduersus nescio quos qui illius gloriam hac calum-
 nia conabantur obscurare, quod dum vrbem templis, basilicis, monasteriis ac
 xenodochiis exornat, quasdam vetustas structuras sit demolitus; sic autem agit
 causam illius, vt vtatur inficiatione; quasi fuisset Gregorius natione Romanus
 vehementer impius in patriam futurus, si quas columnas, arcus et amphitheatra,
 170 veteris paganismi reliquias, fuisset hoc animo demolitus, ne hospites eiusmodi
 spectaculis a templis ac basilicis auocarentur, quum hodie videamus si qua super-
 sunt paganicae vetustatis monumenta, a multis longe pluris fieri quam loca sacra.
 Sed vt ad rem, si vilitas istos offendit, hoc vituperant quod in summam laudem
 commemorat euangelista; sin immundum appellant animal, quod Iudaeis vesci
 175 nephas erat, declarant quam non diligenter versati sint in sacris voluminibus,
 quum Leuitici vndecimo inter volucres nominatim excipiantur *bruchus*, *atacus*,
ophimachus et *locusta*, quae inter se finitimi generis sunt et inter munda cense-
 tur, eo quod, licet habeant quaternos pedes, tamen posterioribus longioribus
 saliunt super terram. Plinius lib. II., cap. 29., referens locustas foeminas mox a
 180 partu perire vermiculo circa fauces innascente et eodem tempore perire mares,
 miratur eas tam friuola ratione mori, quum singulae quoties libuit serpentem
 necent faucibus eius apprehensis mordicus. Hoc locustarum genus videtur esse
 quod alii vocant ophimachum, serpentibus infensum. Nec recte colligit Lyranus
 hinc ophimachum vesci serpentibus, quod Aristoteles dicat animantia coitus aut
 185 cibi causa pugnare, quum aranea perimat serpentem, quo tamen non vescitur.
 Rursus alienum est quod ait, ophimachum esse mali nutrimenti, quod vescatur
 serpentibus, innuens ophimachum inter immunda censendum, quum illic refera-

190 tur inter munda. Et si mali nutrimenti est, quod vescitur homini noxiis, abstinendum esset a ceruina, quod cerui vescantur serpentibus, demum et a gallinis, quod delectentur araneis et scorpiis. Non haec commemoramus, quod omnino negem hic ἀκριδάς accipi posse pro frutice aut herbae genere, licet id nondum

145–154 victitasse ... vili *E*: victitasse. Et hoc ipsum euangelista retulit in laudem Ioannis, quod vili *A*, victitasse. Siquidem ... abominandum animal Parthis in delitiis etiam fuisse viuere quam ... saleque dura-
rent. Nec id negat Perottus, tantum vilitate cibi offenditur. Atqui hoc ipsum euangelista retulit in laudem Ioannis, quod vili *B–D*.

155 viuere maluerit *E*: vixerat *A*, vixerit *B–D*.

155–156 non quod ... quod eremus *E*: non quod affectarit Ioannes eum cibum, quem, opinor, cum apud Herodem ageret, quibuslibet cibis vsu fuisse, sed quod eremus *A–D*.

156 hunc cibum *E*: hunc cibum et hunc vestimentum *A*, hunc cibum et hunc vestitum *B–D*.

156–159 suppeditaret ... vilitas, cur *E*: suppeditaret. Denique quos cibi vilitas offendit, cur *A–D*.

160 pauperis Christi prodromus *E*: praeco pauperis Christi *A–D*.

161–202 saginaretur mulsum ... vsui. Et omnis

E: saginaretur, et sericis ac milesiis ornaretur vestibus. Verum haec non minus ethnice dicta sunt, quam Platina crimen Gregorii pontificis Rhomani deprecatur, cuius causam sic agit, quasi ille prorsus vir impius sit futurus, si constet saxum quoddam ab eo submotum fuisse. Et omnis *A*, saginaretur ... pontificis Rhomani, huius nominis primi, deprecatur ... futurus, si constet saxa ab eo submota fuisse. Et omnis *B*, saginaretur ... pontificis Ro., huius nominis primi deprecatur ... futurus, ac non ignoscendi autor, si constet saxum quoddam ab eo saxa statuarum ab eo submota fuisse. Et omnis *C*, saginaretur, et sericis ac milesiis ornaretur vestibus. Verum haec non minus ethnice dicta sunt, quam Platina crimen Gregorii pontificis Ro., huius nominis primi, deprecatur, cuius causam sic agit, quasi ille prorsus vir impius sit futurus, ac non ignoscendi autor, si constet paganicae vetustatis monumenta ab eo submota fuisse. Et omnis *D*.

146 *Plinius Nat.* XI, 29, 106 (quoted in the previous note), and VI, 30, 195: "pars quaedam Aethiopum locustis tantum viuunt fumo et sale duratis in annua alimenta".

152 *sanctissimi viri* *As* "vir pius" (l. 156) "Ioannes Baptista"; cf. app. crit.

164 *Platina Liber de vitis pontificum ad Sixtum IIII pontificem maximum*, Venetiis, 1479, f° g 8 v°: "Neque est cur patiamur Gregorium hac in re a quibusdam litterarum ignaris potissimum carpi, quod suo mandato veterum aedificia sint direpta, ne peregrini et aduenae (vt ipsi fingunt) ad urbem religionis causa venientes post habitis locis sacris, arcus triumphales et monumenta veterum cum admiratione inspicerent. Absit haec calumnia a tanto pontifice Romano praesertim: cui certe post Deum patria quam vita carior fuit ...".

164 *Gregorio* Gregory I, the Great, Pope from 590 until 604.

173 *vt ad rem* *Sc*. "redeamus" (infra, p. 282, l. 241) or "redeam" (*Annot. in Iob.* I, 3 and 19, 13, *LB VI*, 338 E and 412 E. 'But (let us get down) to business!' Also infra, p. 502, l.

497 sq.

179 *Plinius Nat.* XI, 29, 102: "Mori matres, cum peperint, certum est, vermiculo statim circa fauces innascente qui eas strangulat. Eodem tempore mares obeunt, et tam friuola ratione morientes serpentem, cum libuit, necant singulae, faucibus eius adprehensis mordicus".

183 *ophimachum* A kind of locust.

183 *Lyranus* The *Postilla* mentions ad *Mt.* 3, 4 only what is quoted in n.l. 119 on p. 115, but nothing is mentioned either there or in any other Bible text in which "locusta" occurs of what *Er.* ascribes to him here. In *Aristot.* I have only found in *Eth. Eud.* 1238^b35–37: δῆλον δ' ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς: τοῦτο γὰρ αἴτιον τοῦ μάχεσθαι πολλάκις, but this text does not offer a solution for "cibi causa".

185 *aranea* ... *vescitur* *Plin. Nat.* X, 74, 206: "librat araneus se filo in caput serpentis porrectae sub vmbra arboris suae tantaque vi morsu cerebrum apprehendit, vt stridens subinde et vertigine rotata ne filum quidem pendens rumpere, adeo non fugere queat".

satis liqueat, quum de locustis nulla sit controuersia quin et in cibis fuerint; alioqui Leuiticus ridicule commemorasset eas inter munda, non sacrificiis, sed hominum esui. Verum vt eos refellam qui pernegant et absurdum existimant hoc loco animal esse locustam, interim et interpretem accusantes qui sic | verterit, et Hieronymum, qui non emendarit, ni doceant et locustam apud Latinos pro herba aut frutice inueniri. Porro quum eremus multas gignat arbores frugiferas, licet foetu fortassis immitiore, quum vltro multos gignat frutices et holera quibus olim victitabant prophetarum filii, deliciarum genus erat vnica tantum herba vesci aut summa virentium decerpere, praesertim quum his per hyemem deficientibus locustae solis aestu desiccatae hybernis quoque mensibus sint vsui.

[5] Et omnis regio circa Iordanem. Καὶ πᾶσα περίχωρος τοῦ Ἰορδάνου, id est: 'et omnis regio vndique finitima Iordani'. Omitto leuicula illa, quod

[7] Ἰδῶν vertit *videns* pro 'cum vidisset', quod πολλοὺς τῶν Φαρισαίων – id est 'multos Pharisaeorum' – Graece magis quam Latine dixerit pro 'multos e Pharisaeis' siue 'multos Pharisaeos'. Progenies viperarum. Γεννήματα τῶν ἐχιδνῶν. Idem est quod alias vertit *genimina viperarum*, sed parum Latine. Nam progenies dicuntur ab alio progeniti; atque idem sonat Graeca vox. Poterat dicere: 'filios' siue 'germina'. Genimen enim haud arbitror vsquam comperiri apud probatos autores. [C] Nam 'geno' pro 'gigno', quo vsus est Varro et Lucretius, sed in poëmate, verbum est obsoletius quam vt hodie quisquam vti velit. Atque vt hoc vtcunque reperitur, ita genimen nusquam est inuenire. Ego sane, quod ad me pertinet, vellem inueniri ac receptum esse. [A] Quis demonstrauit vos. In [B] vetustis et [A] emendationibus codicibus scriptum est 'vobis', [B] non *vos*, [A] ὑπέδειξεν ὑμῖν, et magis 'subindicauit' siue 'submonstrauit' quam *demonstrauit*; quasi dicas: 'clanculum indicauit et admonuit, vt fugeretur imminens periculum'. Nam quod ἀπὸ μελλούσης ὀργῆς id est: 'a futura ira' – vertit *a ventura ira*, recte mutauit; nisi quod apertius erat 'ab ira quae futura est', vt certam intelligas iram iam instantem. [C] Certe 'futura' legitur in aureo codice.

[8] [A] Fructum dignum poenitentiae. Καρπὸς ἀξίους τῆς μετανοίας, id est: 'fructus dignos poenitentia'. Quaquam ambiguum est vtrum genitiuus *poenitentiae* pertineat ad nomen 'fructus' an ad 'dignos', quod raro iungitur apud Latinos paterno casui. Et ita positum est, vt magis videatur referendum ad proximam vocem 'dignos'; vt sit sensus: si vere vos poenitet, vt prae vobis fertis, sic viuite, vt appareat vos resipuisse et ex animo pristinae vitae poenitentia teneri. [B] In eum ferme sensum Chrysostomus enarrat. [C] Nos vertimus: *Facite fructus qui deceant poenitentiam*, quo vitaremus amphibologiam vel sensum potius absurdum. Nam fructus digni poenitentia sunt quorum merito aliquem poenitere debeat. Nec mihi displicet vt 'dignos' accipiat absolute pro 'legitimos et idoneos', quomodo non infrequenter vsurpatur apud Graecos, apud Latinos quoque nonnunquam.

[9] [A] Et ne velitis dicere. Καὶ μὴ δόξητε λέγειν, id est: 'ne videamini dicere', vt sit sensus: ne sic viuatis, vt videamini totam fiduciam pietatis collo-

235 casse in affinitate patrum. Quanquam potest et sic accipi: ne sitis in hac opionione, vt dicatis vos esse filios Abrahæ; tanquam id sufficiat ad iustitiam, e sanctis esse prognatos. Et mox quoniam potens est. "Ὅτι coniunctio aut omit-
tenda erat aut vertenda in 'quod', [B] non in 'quoniam' aut 'quia'. [A] Filios
Abrahæ. Τέκνα τῷ Ἀβραάμ. Articulus Graecus indicat *Abrahæ* datiu casus
240 esse, non paterni. Quasi dicat Abrahæ non defuturos filios, etiam si illi non sint
nati. [D] Quidam in huiusmodi vice articuli addunt pronomen 'ipsi', sed amphibologia tolletur, si legas 'Abrahamo'.

[10] [A] Iam enim securis. "Ἦδη γὰρ καὶ ἡ ἀξίωσις, id est: 'iam enim et
securis'. Nec est ociosa coniunctio; indicat enim cum epitasi proximum instare
245 periculum. [B] Siquidem quamdiu spes est remedii, stercoreatione aut putatione
subuenitur arborum vitis. Caeterum vltimæ desperationis indicium est, quoties
securis admouetur radici. [A] Diuus Hieronymus citat subinde 'ad radices', non
ad radicem, licet reclamantibus Graecorum exemplaribus. Excidetur, et in
ignem mittetur. Vtrunque verbum Graecis praesentis temporis est: 'exciditur
250 et mittitur', ἐκκόπτεται καὶ βάλλεται; primum vt sententia sit generalis, deinde
quod abusus temporis magis facit ad emphasim periculi proxime imminentis;
velut admota radicibus securi iamiam futurum sit, vt funditus excidatur arbor.

206 Progenies *B-E*: Genimina *A*.

207 genimina viperarum, sed parum Latine
B-E: progenies viperarum, et rectius *A*.

209 Genimen enim *D E*: Nam genimen *A-C*.

229-230 poenitere debeat *D E*: poenitet *C*.

193 *Leuiticus* II, 22.

204 *cum vidisset* The reading of *Nov. Test.*

207 *genimina viperarum* *Mt.* 23, 33, and *Lc.* 3, 7; cf. *infra*, pp. 216 and 494, ll. 589 and 332 sqq.

209-210 *Genimen ... autores* *ThLL* 6, 2, 1810: "vocabulum *S. Scripturae* (Gr. γέννημα); hinc apud christianos".

210-213 *Nam 'geno' ... receptum esse* Addition under the influence of *Stun.*; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 86, ll. 554-55. Cf. Rummel, *Catholic Critics*, I, p. 151. "Nam genimen" (*A B*) was probably changed into "Genimen enim" in *C-E* (l. 209) because of stylistic reasons (repetition of "Nam").

210 *geno* Forms of this verb are to be found in *Lucr.* III, 797 and IV, 159 and *Varro, Men.* 35 and *Rust.* I, 31, 4, and 40, I, and II, 2, 19.

215 *vobis* Also in modern editions.

215-216 *submonstrauit* Reading of *Nov. Test.*

217-218 *a futura ira* Reading of *Nov. Test.*

224 *paterno casu* *V. supra*, p. 113, n.l. 68.

227 *Chrysostomus* *Hom. in Mt.* 10, 3, *Migne PG* 57, 187 sq.

234 vt sit sensus *B-E*: i. *A*.

237-238 "Ὅτι coniunctio aut omittenda erat aut vertenda *D E*: ὅτι aut omittendum erat aut vertendum *A-C*.

227-232 *Nos vertimus ... nonnunquam* Digression due to the influence of *Stun.*; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 88, ll. 570-85. *Nov. Test.*: "Facite igitur fructus qui deceant poenitentiam".

233-234 *ne videamini dicere* *Nov. Test. A*, as *Valla, Annot.*, *Garin*, I, p. 807, col. 1: "ne videamini dicere intra vosipos"; *B-E*: "ne sitis hac mente, vt dicatis intra vosipos".

237-238 "Ὅτι ... quia Cf. *supra*, p. 110, n.ll. 41-43.

240 *paterni* *V. supra*, p. 113, n.l. 68.

241 *huiusmodi* *V. supra*, p. 42, introd., §8b.

243-256 *Iam enim ... mittenda* *Er.* also writes about *Mt.* 3, 10 in *Eccles.*, *ASD* V, 5, p. 246, ll. 76-84.

244 *epitasi* *V. supra*, p. 46, introd., §9.

247 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 3, 10, *CCSL* 77, p. 18: "ad radicem" (variant reading: "ad radices").

249-250 *exciditur ... mittitur* Reading of *Nov. Test.*; also *Valla* prefers this translation in *Annot.*, *Garin*, I, p. 807, col. 1.

251 *emphasim* *V. supra*, p. 45 sq., introd., §9.

[B] Atque ita legisse Cyprianum coniciere licet ex ipsius verbis, quae scribit in expositione orationis dominicae. *Nam cum omnis*, inquit, *arbor non faciens fructum excidatur et in ignem mittatur, utique et sermo* etc. Alioqui dicturus erat: 'cum omnis arbor sit excidenda et in ignem mittenda'. [A] Illud leuius quod

[11] Εἰς μετάνοιαν vertit in *poenitentiam*, pro 'ad poenitentiam'. Qui
 LB 21 autem post me venturus est. 'Ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, | 'qui venit',
 praesentis temporis, aut 'qui venturus est'. Est enim hoc participium, quemad-
 260 modum et illius verbum, anceps, vt intelligas vel aetate iuniorem Christum vel
 successurum in munus praedicandi. Illud minutulum: Non sum dignus, οὐκ
 εἰμι ἱκανός, id est: 'non sum idoneus'. Et fortior ad vires refertur, non ad animi
 magnitudinem, ἰσχυρότερος, id est 'valentior' siue 'plus potens quam ego', [D]
 quum iuxta Latini sermonis elegantiam fortitudo magis sit animi quam corporis.
 265 [A] Et ὑποδήματα soleas sonat, magis quam *calceamenta*, [B] hinc dicta Graecis,
 quod pedibus subligentur. [A] In Spiritu Sancto. Quod in nostris additum
 est, *et igni*, in nonnullis Graecorum exemplaribus erasum est, fortassis odio
 quorundam haereticorum [E] qui pro lotione utebantur inustura. [A] Certe Hieronymus
 legit in *Spiritu et igni*, atque item Hilarius [B] cumque his Cyprianus;
 270 [A] et in nonnullis Graecorum codicibus [B] additum conspicitur. Atqui Chrysostomus
 homilia in Matthaicum vndecima legit et interpretatur in *Spiritu et igni*.
 [D] Quanquam secus legit Theophylactus. [C] Porro ne quis in nostris codicibus
 arbitretur casu additum, sic legit et interpretatur Hieronymus. [E] Quod autem
 275 ait: in *Spiritu et igni*, trifariam potest accipi; primum vt referatur ad Spiritum
 Sanctum specie linguarum ignearum in die Pentecostes missum in discipulos,
 quem ipse Dominus Act. primo baptismum appellat: *Ioannes baptizauit vos aqua,*
vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies; dein, vt pertineat
 ad ignem afflictionum et crucis; nam hunc quoque baptismum appellauit Domi-
 280 nus, ita respondens filiis Zebedei: *Potestis bibere calicem quem ego bibo, et bap-*
tismo quo ego baptizor, baptizari? Tertio per ignem intelligi potest vigor euangelicae
 gratiae, qui intus datur, quum Iudaici ritus fuerint frigidi. Ignis enim inter
 omnia elementa maximam habet agilitatem, omnia in se transformans ac sursum
 rapiens. [B] Tametsi in praepositio iuxta idioma Hebraei sermonis addita est. [D]
 Quod genus est illud apud Ioannem: *In Spiritu Dei eiicio daemonia*, quod per-
 285 inde valet quasi diceret: 'Spiritu Dei eiicio'. Annotat hoc vt rem seriam Augustinus
 in homilia de verbis Domini ex Matthaeo vndecima, proferens similes formas:
percusserunt in gladio, succenderunt in igni et accepit cultros petrinus in quibus
circumciderat filios Israel.

[12] [B] Cuius ventilabrum. Πύλον Graecis instrumentum quo grana
 290 repurgantur a paleis. Augustinus edisserens Psal. 92. legit *palam* pro ventilabro,
 quod idem pala quoque fieri consueuerit. [A] Triticum in horreum suum.
 Τὸν σῖτον αὐτοῦ, id est 'triticum suum', vt 'suum' pertineat ad triticum, non ad
 horreum. Atque ita scriptum est non solum in omnibus Graecis exemplaribus,
 verumetiam emendatis ac vetustis Latinorum codicibus, [B] non solum calamo
 295 descriptis, verumetiam formulis excusis. [A] Deinde 'paleam' est, non paleas,

τὸ δὲ ἄχυρον, [B] licet reclamantibus nostris exemplaribus. [C] Verum hoc nihil ad sensum.

[14] [A] A te debeo baptizari. Non est *debeo*, sed *χρεῖαν ἔχω*, id est 'opus habeo, vt abs te baptizer'. [B] Porro verbo baptizandi, tametsi Graeco, tamen quoniam res ipsa noua eo ad nos permanuit, placuit constanter vti. Quanquam Cyprianus in epistola ad Caecilium ausus est ita legere: *Docete omnes gentes, tingentes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti*.

[15] [A] Sine modo. Ἄφες ἄρτι. Quod hic vertit *sine*, mox transfert *dimisit*, cum vtrobique sit idem verbum. Quanquam non est idem, 'sinere' et 'dimittere'. Rogo: Quis est hic lusus in literis diuinis? Aut dicendum erat: 'omitte nunc', vt intelligas id quod est consentaneum, Ioannem iniecta manu conatum vetare

283 Tametsi C-E: Licet B.

292 Τὸν σῆτον *Nov. Test.*: τὸ σῆτον A-E.

292 ἀύτου E: αὐτοῦ A-D.

305 Quis est hic lusus C-E: quae est ista supinitas A B.

306 conatum vetare B-E: vetare conatum A.

254-255 *Nam cum ... sermo* Cyp. *Dom. orat.* 32, *CCSL* 3A, p. 110.

257-261 *Qui autem ... praedicandi* Here Er. implicitly opposes Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 807, col. 2: "Graece est praesentis temporis: ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος. *Nov. Test.*: "qui venturus est".

262 *non sum idoneus* Reading of *Nov. Test.*

268-269 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 3, 11, *CCSL* 77, p. 18.

269 *Hilarius In Mt.* 2, 4, *SC* 254, p. 108.

269 *Cyprianus Quir.* I, 12, *CCSL* 3, p. 14.

270-271 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 11, 4, *Migne PG* 57, 196.

272 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 3, 11, *Migne PG* 123, 176 D: Ἀύτος ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι Ἁγίῳ.

273 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 3, 11, *CCSL* 77, p. 18: "Ille vos baptizabit in Spiritu Sancto et igni". Siue quia ignis est Spiritus Sanctus vt Acta apostolorum docent quo descendente sedit quasi ignis super linguas credentium et impletus est sermo Domini dicentis: 'Ignem veni mittere super terram et quam volo vt ardeat', siue quia in praesenti spiritu baptizamus et in futuro igni, apostolo quoque huic sensui congruente: 'Vnius cuiusque opus quale sit ignis probabit'. Of the three explanations which Er. sees (l. 274 "trifariam"), only two are given here by Hier.

276 *Act. primo Act.* I, 5.

279-280 *Potestis ... baptizari?* *Mc.* 10, 38 ("aut" instead of "et"); cf. *Mt.* 20, 22.

283 *in praepositio ... addita est* Hebr. ב means 'in', but is also used instrumentally. Cf. infra,

pp. 143, 169, 172, 196, 256, 319, 328, 360, 376, 421 and 558, ll. 798 sqq., 416, 473 sqq., 87 sqq., 587 sqq., 217 sq., 476 sq., 219 sqq., 628 sq., 807 sq. and 24 sq. On "idioma", v. supra, p. 48, introd., §10.

284 *Ioannem* Not *Ioh.*, but *Mt.* 12, 28, where modern editions of *Vg.* read: "daemones".

285-286 *Augustinus Serm.* 71, 16, 26, *RBen* 75 (1965), 92 sq.: "In Spiritu Sancto eicio", tamquam diceretur 'Spiritu Sancto eicio'. Solent quippe ita loqui scripturae: 'Interfece-runt in gladio', id est 'gladio'; 'Succenderunt in igni' [*Ps.* 73, 7, in *Vg.*: "Incenderunt igni"], id est 'igni'; et 'accipit Iesus cultros petrinus, in quibus circumcideret filios Israel [*Ios.* 5, 2 in *Vg.*: "Fac tibi cultros lapideos, et circumcide secundo filios Israel"]; id est 'quibus circumcideret filios Israel'. Thus "per-cusserunt in gladio" does not occur in *Aug. Serm.* 71, but neither does it occur in modern editions of *Vg.*

290 *Augustinus Enarr. in Ps.* 92, 5, *CCSL* 39, p. 1294: "veniet Dominus ferens palam in manu sua".

291-296 *Triticum ... exemplaribus* αὐτοῦ only in E, αὐτοῦ in A-D, as in *NT*; modern editions of *Vg.* and *Nov. Test.* read: "triticum suum in horreum".

295 *paleam* Reading of *Nov. Test.*

301 *Cyprianus Epist.* 63, 18, 3, *CCSL* 3C, p. 415 sq.: "docete gentes omnes tinguentes eos ... Sancti" (*Mt.* 28, 19).

303 *dimisit* At the end of *Mt.* 3, 15.

305 *omitte nunc* Reading of *Nov. Test.*

Iesum, ac mox 'tunc omisit illum' aut 'sine nunc' et 'tunc sinit illum'. Nam ἀφί-
ησιν praesentis temporis est, non praeteriti.

[16] [C] Baptizatus autem Iesus. *Iesus* in aureo codice non addebatur
310 nec in vno Donatiano. Siquidem quum essemus proxime Brugis, qua non alia
ciuitas hodie florentior aut bonorum ingeniorum feracior, in omnium celeberrimo
congressu quum aliorum principum innumerabilium tum praecipue Caroli
Caesaris semper Augusti et [D] R. D. [C] Thomae, cardinalis Eboracensis, scruta-
315 ti sumus bibliothecam vetustissimi collegii vulgo dicti sancti Donatiani; quod
hodieque veteris eruditionis ac disciplinae non pauca tenet vestigia. Ibi reperimus
Euangeliorum codices complures, quorum aliquot inscriptione etiam testabantur
se descriptos ante annos octingentos, vnum, in quo Testamentum Nouum totum
habebatur, alterum omnium vetustissimum et vsu tritissimum, sed mutilum et
LB 22 accisum, in quo nihil erat Noui Testamenti praeter epistolam Pauli ad Romanos,
321 epistolas Ia|cobi, Petri, Ioannis et Iudae. Horum nobis copia facta est per omni-
virtutum genere praecellentem Marcum Laurinum, eius collegii decanum. Habe-
bat ea bibliotheca complures alios libros antiquitatis venerandae, qui neglectu
325 quorundam perierunt, vt nunc ferme sunt sacerdotum mores, magis incumbere
patinis quam paginis et potioem habere curam nummorum quam voluminum.
Hoc te nescire nolui, lector, quod horum codicum testimonio sum frequenter
vsurus in hoc opere. Et εὐθύς, quod hic est apud Graecos, in plerisque Latinis
codicibus non additur. [A] Sicut columbam. Ὡσεὶ περιστερᾶν. Obscurius
reddidit interpres. Videtur enim dicere more columbae descendisse Spiritum
330 Sanctum, cum sentiat eum specie columbae descendisse. Et venientem super
se. Ex Graeco sermone non liquet vtri sint aperti coeli, Christo an Ioanni, tum
vter viderit columbam descendantem. Atqui ex euangelistae verbis magis videtur
ad Christum referri quam ad Ioannem, nisi quod sequitur ἐπ' αὐτόν, quod
interpres vertere debuisset 'super eum' [C] siue 'super ipsum'. [A] Alioqui si
'super se' sentiendum erat, dixisset: ἐφ' αὐτόν. Ad haec non referebat, vt Christus
335 haec videret quae fiebant propter Iudaeos, quo euidenti signo intelligerent eum
esse Messiam, non Ioannem, ad quem alioqui vox Patris missa videri poterat, nisi
columba palam designasset Iesum. At Marcus, qui Matthaeum rededit in com-
pendium, aliquanto etiam obscurius facit, et nisi res ipsa loqueretur et obstarent
haec duo verba ἐπ' αὐτόν, prorsus intelligeremus Christum vidisse, non Ioannem.
340 Lucas ita recenset, vt, quis viderit, non aperiat. Solus Ioannes palam explicat
Ioannem Baptistam vidisse.

[17] In quo mihi complacui. Ἐν ᾧ εὐδόκησα. Verbum est peculiare diuini-
nis literis, quo propensum animum ac praecipuum quendam affectum signifi-
cant. Perinde sonat quasi dicas: 'in quo bonam de meipso habeo opinionem', et,
345 vt ita loquar, 'ipse mihi placeo' siue 'in quo mihi complacitum est'. [B] Augustinus
sermone sexagesimotertio legit *in quo bene sensi*, [C] sequutus Cyprianum
suum, qui itidem legit libro aduersus Iudaeos primo, cap. decimoquarto. [D]
Vterque sequutus videtur Tertullianum, qui libro contra Praxeum legit *in quem
bene sensi*, et hic sequutus, vt opinor, Irenaeum, qui frequenter hoc modo loqui-

- 350 tur. [B] Nam εὐδοκεῖν id Graecis sonat. [D] Vnde illis εὐδόκιμοι dicuntur celebres et de quibus magna est opinio. [A] Caeterum illud dilectus, quod mox praecesserat, ἀγαπητός est Graecis, quod plerunque vertere solet *charissimus*. Est enim nomen, non participium, et omnino plus quiddam indicat quam *dilectus*. Atqui si vsquam erat ‘charissimus’ dicendum, hic certe dicendum fuerat, [B] cum de Filio Christo loquatur. Et ita citat aliquoties Hieronymus.
- 355

318 alterum *D E*: vnum *C*.
 322 qui *BAS LB*: quae *C-E*.
 327-328 Sicut columbam ... descendisse *inter*
 341 vidisse et 342 In quo *posuit A*.

327 Obscurius *C-E*: Oscitanter *A B*.
 331 Atqui *E*: atque *A-D*.
 335 quo *C-E*: vt *A B*.

310 *quum ... Brugis* Erasmus had moved to Bruges in discharge of his duties as Imperial Councillor. The Emperor Charles was at Bruges 7-26 Aug. 1521 to meet Cardinal Thomas Wolsey, who arrived at Bruges 14 Aug. and left about the same date as Charles (Allen, introd. Ep. 1223). This passage was therefore written very shortly afterwards.

313 *R. D.* “reuerendi domini”.

313 *Thomae* Thomas Wolsey; cf. supra, n.l. 310.

314 *Donatiani* St. Donaas; cf. supra, p. 6, introd., §3, and p. 57, n.l. 29.

315 *hodieque* Cf. supra, p. 69, n.l. 79.

321 *Marcum Laurinum* Mark Lauwerijns (*1488, †1546), became a canon in 1512, and dean of St. Donaas (St. Donatian’s) in 1519. He was an intimate friend of Erasmus and Vives; Er. visited him in 1519 and 1521. “To Erasmus this visit was full of enjoyment. He stayed with his old friend Marcus Laurinus, moving among the great ...; and some of his leisure was spent in examining the MSS. of St. Donatian’s” (Ep. 201, n.l. 2, and Allen, introd. Ep. 1223).

323 *vt nunc ... mores* Cf. supra, p. 113, n.l. 76.

329 *specie columbae* Screech, *Ecstasy*, p. 35 sq., refers to *Paraphr. in Mt.*, *LB VII*, 17 E: “visibili specie columbae”, and writes that “specie columbae” is the translation to be found in Rufinus’ version of Orig. *Comm. in Ct.* (both Migne *PG* 13, 184 C, and *GCS* 8, p. 223 read: “in specie columbae”); according to him this proves influence of Orig. But Er. could have taken “specie columbae” from Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 807, col. 2: “Etiam ‘quasi columbam’ dicitur elegantius quam ‘sicut’, hoc est, quod descendit Spiritus Sanctus perinde ac si foret columba, videlicet in

specie columbae”, or from *Lc.* 3, 22: “corporali specie sicut columba”.

329-341 *super se ... vidisse Mt.* 3, 16: ἐπ’ αὐτόν, *Vg.* and *Nov. Test.*: “super se”, *Mc.* 1, 10: εἰς αὐτόν, *Vg.*: “descendentem, et manentem in ipso”, *Nov. Test.*: “descendentem super illum”; *Lc.* 3, 22: ἐπ’ αὐτόν; *Vg.* and *Nov. Test.*: “in ipsum”; *Ioh.* 1, 32: καταβαῖνον ... καὶ ἔμεινεν ἐπ’ αὐτόν, *Vg.* and *Nov. Test.*: “descendentem ... et mansit super eum”. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 807, col. 2, preferred “eum”, being of the opinion that it was John who saw, based on a reference to *Ioh.* 1, 32 sq. Er. makes some remarks on the use of forms of αὐτός instead of forms of ἐαυτοῦ also infra, pp. 358, 405 sq., 462 and 556, ll. 194 sqq., 409 sqq., 497 sqq. and 970 sqq.

342-345 *In quo ... complacitum est Nov. Instr.*: “in quo mihi bene complacitum est”; cf. infra, pp. 252 and 478, ll. 533 sqq. and 901 sqq.

345-346 *Augustinus Serm.* 52 (63 old numbering), I, 1, Migne *PL* 38, 355.

346 *Cyprianum Quir.* I, 10, *CCSL* 3, p. 13.

348 *Tertullianum Adv. Praxean.* II, 5, *CCSL* 2, p. 1171.

349 *Irenaeum Haer.* III, II, 6, *SC* 211, p. 156: “in quo bene sensi”.

351 *dilectus Mt.* 3, 17 (also *Nov. Test.*); 12, 18; 17, 5; *Mc.* 1, 11; *Lc.* 9, 35; *Rom.* 1, 7; 2. *Petr.* 1, 17.

351 *mox* Cf. supra, p. 105, n.l. 898.

352 *charissimus Mc.* 9, 10; *Rom.* II, 28; 12, 19; 1. *Cor.* 4, 14; 2. *Cor.* 7, 1; 12, 19; 2. *Cor.* 7, 1; 12, 19; *Phil.* 2, II; 4, 12; 1. *Petr.* 2, II; 4, 12; 1. *Ioh.* 4, 1 and 7.

355 *Hieronymus Comm. in Zch.* III, 12, 9-10, *CCSL* 76A, p. 868, and *Tract. in Mc.* 8, 1-7, *CCSL* 78, pp. 479, 483 and 484.

[A]

EX CAPITE QVARTO

[1] Tunc ductus. Ἀνήχθη, id est 'subductus' siue 'sublatus' velut 'e medio abductus'. Nec enim protinus coepit praedicare, sed abdidit sese dies aliquot. Porro, quod simpliciter dixit: *a Spiritu*, solitus addere 'sanctum', palam est eum loqui de Spiritu cuius modo meminerat, et ob id addidit articulum: ὑπὸ τοῦ Πνεύματος. [B] Nam quoties is accedit, fere de Spiritu Sancto sentiendum esse docet Didymus in opere de Spiritu Sancto. Etiamsi πνεῦμα pro quocunque spiritu, nonnunquam et pro mentis impetu vsurpetur; cum πνοή non aliter quam pro flatu positum reperitur in arcanis literis, subnotante Augustino libro De ciuitate Dei decimo tertio. [A] Rursum diaboli nomen vbique reliquit interpres, et in Paulinis epistolis aliquoties, vbi non spiritum [B] impium, [A] sed simpliciter delatorem aut calumniatorem significare videtur. Id enim Graecis sonat διάβολος a verbo διαβάλλεσθαι, quod est 'deferre', [C] 'traducere', [A] siue 'infamem reddere'. Caeterum quod in Hilario pro *a diabolo* legitur *a zabulo*, fortassis errori librariorum est asscribendum. [B] Tametsi eadem vox et alias apud hunc legitur, [C] nec tamen apud hunc solum. Verum vndecunque hoc inoleuit, certe constat ab euangelistis diabolum appellari, non zabulum [D] siue zabolum, vt scriptum reperi in emendatioribus codicibus. Sunt qui 'za' positum existimant pro διά, quod a vetustis Graecis in aliquot dictionibus factum esse verissimum est, nimirum iuxta proprietatem Aeolicam. Sed mirum vnde recentiores Latini affectarint eam antiquitatem. [E] Friuolum enim est quod nonnulli zabulum media producta compositum putant ex 'za' syllaba, quae Graecis nonnunquam vim habet augendi, vt in ζάθεος, et βουλή, quod abundet consiliis. Dictus est enim accusator fratrum, a διαβάλλω. [A] Ad haec, quod hic vertit

[2] Postea, ὕστερον, saepe vertit *nouissime*; verti poterat: 'tandem esuriit' siue 'denique esuriit', vt intelligas eum tum demum sensisse famem.

[3] Accedens tentator. Ὁ πειράζων, id est 'is qui tentat'. Ad eundem modum Paulus apostolus: μή πως ἐπειράσεν ὑμᾶς ὁ πειράζων, id est: 'ne quo modo tentasset vos ille qui tentat', hoc est: 'ille qui solitus est tentare'. Quamquam nomen videri poterat πειράζων velut εἴρων pro dissimulatore.

[4] Non in solo pane. Testimonium est Deut. cap. octauo, quod ad verbum pene retulit Christus: *Vt ostenderet tibi quod non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Domini*. Caeterum tam Graece quam Hebraice 'viuet' est futuri temporis, ζήσεται, וַיֵּחִי.

[5] Tunc assumpsit. Παραλαμβάνει, id est 'assumit', hoc est: 'comitem abducit'. Ac rursum paulo inferius παραλαμβάνει est praesentis temporis. Caeterum pinnaculum, περὺγιον, est diminutiuum ab ala, quod in alarum morem motetur.

[6] Angelis suis mandauit. Ἐντελεῖται, id est 'mandabit', futuri temporis. [B] Atque ita scriptum comperi in exemplari Corsendoncensi, [C] consentientibus tribus Donatianicis. [A] Similiter et apud Hebraeos וַיִּצְוֶה. Atque ita legitur in Psalmo nonagesimo, vnde locus hic desumptus est, consentientibus et

- 367 significare videtur *D-E*: significat *A-C*.
 379-381 Ad haec ... famem: *inter* 385 dissimulatore *et* 386 Non *posuit* *A*.
 385 velut *D E*: veluti *A-C*.
 387-388 Christus ... Caeterum *B-E*: Si Hebraica sic habent: כִּי לֹא עַל הַלֶּחֶם לִבְדוֹ יִחְיֶה הָאָדָם כִּי עַל כָּל מוֹצֵא פִי יִחְיֶה הָאָדָם. Caeterum *A*.
 396 יִצְוֶה *BAS LB*: יִצְוֶה *A-E*.
 397-398 desumptus est ... Calumniatur *D E*:

- 357 *subductus* Reading of *Nov. Test.*
 362 *Didymus* Didymus the Blind (of Alexandria, † c. 398), *De Spiritu Sancto* (translated by Hier.), 3, Migne *PG* 39, 1035 A: "Vnde et cum articulo eius meminit, quasi solitarium et vnum esse contestans, vbi dicit non simpliciter: Πνεῦμα Ἅγιον, hoc est 'Spiritus Sanctus', sed cum additamento articuli: τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον; hoc est 'hic Spiritus Sanctus'".
 364 *Augustino Civ. XIII*, 24.
 365-369 *diaboli nomen ... reddere* Cf. *Er. Inst. christ. matrim.*, *LB* V, 622 A, and *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *LB* IX, 284 AB.
 369 *Hilario* Migne *PL* 9, 925, ad *In Mt.* 2, 3 n. (f): "Hoc vocabulum alia ab Hilario, quam a caeteris Patribus, ratione pronuntiatum fuisse, cum non constet ex mss. in quorum vetustissimis legere est 'diabulus', in quibusdam 'zabulus', in aliis 'diabolus'". Cf. *Er. Ep.* 1256, n.l. 69, and *Ep.* 1334, l. 848 sqq.: "Zabulus' pro 'diabolo' non apud hunc [sc. Hilarium] tantum inuenitur, et ex antiquitate ductum videri potest; quae non solum in dictionibus compositis, verum etiam extra compositionem ζα vsurpabat pro δια".
 371-379 *nec tamen ... διαβάλλω* The passages from *C, D* and *E* have been added under the influence of, among others, Lee and Stun., as is apparent from *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *LB* IX, 284 AB, and *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 88, ll. 586-599. Cf. *Rummel, Catholic Critics*, 1, p. 150.
 372 *zabulum siue zabolum* *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 88, ll. 594-98: "Stunica diuinat ab Hebraea voce zebul dictum zabulum. Id commenti quantum valeat, ipse viderit; certe Graecis est διάβολος, neque 'zabulus' vsquam reperitur in sacris voluminibus pro diabolo. Mihi videtur aliquanto probabilius 'zabulum' a Graeca voce deflexum Latinis, o mutato in u. Nam 'za' Graecis aliquoties poni pro δια notius est quam vt hic oporteat probare.", and n.l. 597: "The spelling 'zabulus' ... occurs in Hier.

demptus: כִּי מִלְאָכָיו יִצְוֶה לֶךְ לְשִׁמְרֶךָ בְּכָל דְּרָכֶיךָ: עַל כַּפַּיִם יִשְׁאֹנֶה פֶּן תִּגּוֹף בְּאָבֶן רִגְלֶךָ. Calumniatur *A*, desumptus est: ... כִּי מִלְאָכָיו יִצְוֶה לֶךְ לְשִׁמְרֶךָ בְּכָל דְּרָכֶיךָ: עַל כַּפַּיִם יִשְׁאֹנֶה פֶּן תִּגּוֹף בְּאָבֶן רִגְלֶךָ. Calumniatur *B*, desumptus est: כִּי מִלְאָכָיו יִצְוֶה לֶךְ לְשִׁמְרֶךָ: עַל כַּפַּיִם יִשְׁאֹנֶה פֶּן תִּגּוֹף בְּאָבֶן רִגְלֶךָ, consentientibus ... περιεσσοι. Calumniatur *C*.

- Epist.* 39, 6, 1 (*CSEL* 54, p. 306), in part of the MSS. Further instances in *ThLL* 5, 1, 940, s. v. diabolus"; *ThLL* also notes there works of other authors in which the spelling 'zabulus' occurs.
 373 *Sunt qui ... existimant* Cf. *Er.*'s defence against Stun. (see previous note). In the case of "Sunt qui", as in the case of "nonnulli" (l. 376), we should bear in mind Aleander, who prompted *Er.* in this; v. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 89, n.l. 598 and app. crit. ad l. 598: "Huius rei nos admonuit Hieronymus Aleander trilinguis eruditionis antistes, ne quem sua laude fraudasse videamur.", passage added in the second edition, Basel, 1522, through J.L. Vives, *Ep.* 1256 (19 Jan. 1522), ll. 67-69.
 375 *proprietatem* *V.* supra, p. 48, introd., §10.
 380 *nouissime Mt.* 21, 37; 25, 11; 26, 60.
 380 *tandem esuriit* The reading of *Nov. Test. B-E; A*: "postea esuriit".
 383 *Paulus* 1. *Thess.* 3, 5; *Vg.*: "ne forte tentaerit vos is qui tentat"; *Nov. Test.*: "ne quo pacto tentasset ille qui tentat".
 385 εἰρων Liddell-Scott notes that it occurs in the meaning of "dissembler", "one who says less than he thinks", in, among others, *Aristoph. Nub.* 449, and *Aristot. Eth. Nic.* 1124^b30. It does not occur in *LXX* and *NT*.
 386 *Deut. Dt.* 8, 3: "Vt ... ore Dei".
 388-389 *Caeterum ... ζήσεται* Valla too noted in *Annot.*, *Garin*, 1, p. 807, that in Greek the future tense is used. *Nov. Test.*: "victurus est".
 390 *assumit* Reading of *Nov. Test.*
 394-395 *Angelis ... temporis* Valla too noted in *Annot.*, *Garin*, 1, p. 807, col. 2, that in Greek the future tense occurs. *Nov. Test.*: "mandaturus est".
 397 *Psalmo Ps.* 90 (91), 11-13: "Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis. In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspitem et basiliscum ambulabis, et conculcabis leonem et draconem"; v. infra, p. 126, ll. 401-402.

Septuaginta: ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ. Calumniatur autem Hieronymus hoc in loco calumniatorem, quod perperam citarit scripturae testi-
 400 monium decerpens quod erat commodum, et praetermittens quod offendebat. Omisit enim illud: *ut custodiant te in omnibus viis tuis*. Deinde tacuit quod ibidem sequitur, *Super aspidem et basiliscum ambulabis*. Postremo quod de quouis viro bono dictum est, id detorsit ad Christum, cum ei totus Psalmus non queat accommodari. Verum opinor diabolus non ob hoc vocandum in ius, quod
 405 inerudite citarit scripturam, sed quod maliciose et impie. Ad haec μήποτε, quod suo more vertit *ne forte*; rectius erat 'ne quando'.

[7] Dixit illi Iesus rursus. Πάλιν ita positum est, ut utrovis referri possit, *dixit rursus* aut *rursus scriptum est*. Deinde vox ea nonnunquam sonat iterationem, nonnunquam contrarietatem. Si ad *dixit* referatur, iterationem significat;
 410 nam semel ante responderat. Si ad sequens verbum, contrarietatem, quasi dicas: 'e diuerso scriptum est', ut opponat scripturam illius scripturae. At mox haud dubie significat iterationem, Πάλιν παραλαμβάνει. Non tentabis. Locus est Deuteronomii cap. sexto. Apud Hebraeos pluratiuo numero legitur: 'Ne tentetis Dominum Deum vestrum, secundum quod tentastis in loco tentationis'. Et hic
 415 Christus tantum decerpit quantum erat commodum. Reliquit enim quod sequitur: *sicut tentasti eum in loco tentationis*, quod ea pars non competebat nisi in populum Israeliticum.

[9] Si cadens. Εἰ πεσών, id est: 'si prostratus' siue 'pronus', qui gestus est adorantis. Eodem verbo vsus est de magis.

[10] Vade Satana. Quid est *vade*? Num eum aliquo mittit Christus, ut dicat: *vade*? Graece est ὑπάγε, id est 'abi' siue 'discede'. Et additum est [B] in Graecorum codicibus vulgatis [A] ὀπίσω μου, Σατανᾶς, id est: 'post me, Satanas', at perperam, siquidem Origeni credimus. Is enim annotat hanc differentiam homilia prima, Petro dictum esse: *vade post me*, Satanae tantum dictum: 'abi';
 425 quod prius illud competat in discipulum, iuxta illud: *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum*. Posterius conueniat in eum qui tantum reiiciendus esset, non etiam ad morem gerendum inuitandus. Nec addit haec verba 'post me' Chrysostomus hunc enarrans locum homilia xiii. Contra apud Theophylactum adduntur. Proinde nostris exemplaribus hac in parte assentiendum puto, quod coniciam eas voces ex altero Matthaei loco huc additas a scriptore memori scio-
 430 loque, quod locis aliquot factum | ostendemus. Augustinus enarrans Psalmum nonum legit: *redi retro Satana*. Atque ita legitur non solum in plerisque codicibus per typographos excusis, verumetiam in vetustissimo codice ex bibliotheca Paulina apud Londinum, sed dissentiente exemplari Corsendoncensi. Apparet 'retro'
 435 positum pro ὀπίσω μου, sed mihi, ut dixi, probatur Origenis annotatio, praesertim cum videam Ambrosium aliquoties hoc citato loco suffragari. Porro ἰϋϛ̄ Hebraeis sonat 'aduersarium' et 'qui obsistit atque obturbat'. At qui a tergo est, non obsistit. [B] Proinde Petro, qui iam praecire Domino conabatur, increpans ne subiret mortem, dictum est: 'sequere me', discipulum agens, non aduersarium.
 440 [A] Dominum Deum tuum. Locus est Deuteronomii cap. sexto. Nisi quod

illic pro *adorabis* scriptum est *timebis* in aeditione vulgata, nec aliud verterunt Septuaginta. Caeterum qui adorat, is reueretur ac timet quem adorat. Praeterea

- 413 legitur: Ne *D E*: legitur לֹא תִנְסוּ אֶת יְהוָה אֱלֹהֵיכֶם כְּאֲשֶׁר נִסִּיתֶם בְּמִסָּה בְּמִסָּה ... אֱלֹהֵיכֶם ... לֹא. Ne *B*, legitur ... לֹא אֱלֹהֵיכֶם ... בְּמִסָּה. Ne *C*.
- 417 *Israëliticum B-E*: *Israhel A*.
- 422-436 post me *Satanas* ... Porro *B-E*: post me *sathanas*. Ac totidem verbis *Christus* increpuit *petrum*, conantem impedire *pas-*
- 413 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 4, 6, *CCSL* 77, p. 21: "Male ergo interpretatur scripturas diabolus. Certe si vere de *Saluatore* scriptum nouerat, debuerat et illud dicere quod in eodem *Psalmo* contra se sequitur: 'Super *aspidem* et *basiliscum* ambulabis et *conculcabis* *leonem* et *draconem*'. De angelorum auxilio quasi ad *infirmum* loquitur, de sui *conculcatione* quasi *tergiuersator* tacer". Cf. *Tract. in Ps.* 90, *CCSL* 78, p. 132: "Diabolus nihil amplius dixit, nisi hoc: 'Quoniam angelis suis mandauit de te, vt in manibus portent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum'. Mediam partem dimisit. Hic enim dicitur: 'Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis'. Hoc non dixit: 'Vt custodiant te in omnibus viis tuis: sciebat enim contra se esse. Poterat enim ei *Dominus* respondere: 'Si custodit me *Dominus* in omnibus viis, ergo et a te custodior'. Tacuit ergo quod sciebat contra se esse, et posuit quod pro se erat. Vere diabolus, quasi diabolus, interpretatur de *Saluatore* quod non est de *Saluatore*".
- 405-406 *Ad haec ... quando* *Er.* often makes a remark such as this about this translation; v. infra, pp. 141, 168 sq., 225, 318, 346, 420, 508, 575 and 582, ll. 748 sq., 413 sqq., 815, 185 sq., 912 sq., 810 sq., 637 sq., 989 sq. and 621 sq., ad *Mt.* 5, 25; 7, 6; 13, 29; 25, 9, and 27, 64; *Mt.* 14, 2, and *Lc.* 4, 11; 14, 12, and 21, 34. "Ne *quando*" is the reading of *Nov. Test.*
- 413 *Deuteronomii Dt.* 6, 16 in *Vg.*: "Non tentabis *Deum* tuum, sicut tentasti in loco *tentationis*".
- 418-419 *Si cadens ... magis Nov. Test.*, as modern editions of *NT*: ἐὰν πεσὼν. *Nov. Test.* translates "si *prostratus*". Cf. supra, p. 104, l. 916 sq., ad *Mt.* 2, 11.
- 421 *abi* Reading of *Nov. Test. B-E (A)*: "abi post sionem. Porro *A*."
- 428 *Theophylactum C-E*: *Vulgarium B*.
- 436 שָׁטָן *E*: שָׁטָן *A-E*.
- 438 qui *E*: quia *B-D*.
- 441-442 *vulgata* ... Caeterum *D E*: *vulgata*. Apud *Hebraeos* ita legimus. אֶת יְהוָה אֱלֹהֵיךָ. Caeterum *A*, *vulgata*. Apud ... תִּירָה וְאָתוֹ תַעֲבֹר. Caeterum *B C*.
- me").
- 421-439 *Et additum ... aduersarium* *Here Er.* corrects *Valla, Annot., Garin, I, p. 808, col. 1*: "Graece est 'abi post me satana', ὕπαγε δπίσω μου σατανᾶ", and follows the interpretation of *Orig. Comm. in Mt. XII, 22, GCS* 10, p. 118: "Simul autem considera differentiam verbi, quoniam ad *Petrum* quidem dixit: 'vade post me, satana', ad *diabolum* autem dicentem sibi: 'haec omnia dabo tibi, si *procidens* adoraueris me', dicit: 'vade satana' sine additamento 'post me'. Nam esse 'post' *Iesum* bonum est".
- 424 *vade post me Mt.* 16, 23.
- 425-426 *Venite ... hominum Mt.* 4, 19.
- 428 *Chrysostomus* Quotes in *Hom. in Mt.* 13, 3, *Migne PG* 57, 212: Ὑπαγε δπίσω μου, Σατανᾶ (*Trapezuntius, 121 D*: "Abi retro Satan"). Thus *Chrys.* does add ὁπίσω μου, as does *Theophyl.* (l. 428) in *Enarr. in Mt.* 4, 10, *Migne PG* 123, 181 C, but *Trapezuntius* omits "post me".
- 431 *Augustinus Enarr. in Ps.* 9, 4, *CCSL* 38, p. 59.
- 436 *Ambrosium Explan. Ps.* 12, 61, 19, *CSEL* 64, p. 390: "Et *Petro* dictum est a *Domino Iesu*: 'veni retro post me'. Non dixit: 'veni retro' - hoc enim *diabolo* soli dixit -, sed: 'veni retro post me'; non est enim retro qui post *Christum* est".
- 436-437 שָׁטָן ... *aduersarium* Cf. *Hier. Commentarioli in Ps.* 108, 6, *CCSL* 72, p. 231 ("Pro *diabolo* in *Hebraeo* 'satan' scriptum est, quod interpretatur *aduersarius*"), and *Interpret. Hebr. nom., CCSL* 72, pp. 134, 142, 156, 158 and 161.
- 439 *dictum est ... agens* The phrasing is somewhat awkward.
- 440 *Deuteronomii Dt.* 6, 13 in *Vg.*: "D^{ominum} *Deum* tuum timebis, et illi soli seruius ...".

quod additum est *soli*, μόνῳ, Hebraeus expressit per articulum תְּנֶה, הַיְהִי תְּנֶה, id est: 'ipsum Dominum'. וְתֵנֶה, 'et illi ipsi seruiēs', vt intelligamus nullum praeterea adorandum ac nulli praeterea seruiendum. Caeterum quae de λατρεία Laurentius disserit aduersus theologos, qui volet, ab ipso petat; nos breuitati studemus.

[11] Tunc reliquit. Ἀφίησιν, id est 'relinquit', praesentis temporis. Idem verbum quod superius vertit *dimisit*.

[13] In ciuitate Capharnaum. Εἰς Καπερναοῦμ. [C] Ita scriptum conspicimus in aureo codice, consentientibus aliquot Donatianicis. [A] 'Ciuitatem' interpres Latinus addidit de suo. At id magis factum oportebat in Nazareth, ob Graecum articulum appositum, τὴν Ναζωρέθ.

[15] Via maris. Graecis accusandi casus est, ὁδὸν θαλάσσης, id est 'viam maris'. Theophylactus Graecus interpres subaudiendam putat praepositionem κατὰ aut παρά, hoc est 'iuxta viam maris'. Nam hic 'mare' vocat lacum Geneza-reth, in cuius litore sitae sint Capernaum, Tyberias, Bethsaida et Chorozaïm. Galilaea gentium. Τῶν ἐθνῶν. Expressius erat ἡ τῶν ἐθνῶν, articulo appposito. Sunt enim duae Galilaeae, altera cognomento gentium, in sorte tribus Neptalim, finitima Tyriis, in qua Solomon xx ciuitates donauit Chiram regi Tyriorum. Altera est in tribu Zabulon e regione Tyberiadis ac stagni Geneza-reth, autore Hieronymo. [D] Tametsi quidam sic distinguunt, vt *gentium* referatur non ad Galilaeam, sed ad populum: *gentium populus qui sedebat in tenebris*.

[16] [A] In regione vmbrae mortis. Graeci secus legunt, ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου, id est: 'in regione et vmbra mortis'. Etiamsi iuxta Hebraicam veritatem ita vertit Hieronymus: *habitantibus in regione vmbrae mortis*. Et Hebraeis vnica dictio est תְּנִימָה, composita ex 'vmbra' et 'morte', vt intelligas altissimam caliginem, qualis est apud inferos. Illud annotandum, *habitantibus* mutatum esse in *sedentibus*, etiam si sedes habitacula dicuntur. Alioqui qui sedent, iidem qui modo ambulare dicebantur? Quanquam etiam pro illo *ambulabat* positum est καθήμενος, 'sedens', [C] quemadmodum habebat vnus codex Donatiani. [A] Vnde liquet seu Matthaeum seu huius interpretem sententiam reddere voluisse potius quam annumerare verba prophetae. Hieronymus enarrans hunc locum apud Esaiam testatur a Matthaeo iuxta Hebraicam veritatem citari, etiamsi verbis nonnullis praeteritis. Omittit enim euangelista: *Primo tempore alleuiata est, et nouissimo aggrauata est*. [C] Quod tamen mire dissidet apud Septuaginta. Siquidem pro eo quod Hieronymus vertit ex Hebraica veritate, *Primo tempore alleuiata est terra*, Septuaginta verterunt: Τοῦτο πρῶτον ταχὺ πίε, ταχὺ ποίει, id est: *hoc primum bibe, velociter fac*. [D] Nam itidem citat Tertullianus libro aduersus Marcionem quarto: *hoc primum bibito, cito facito*. [C] Nec hanc interpretationem, quae nihil habet affine cum Hebraeis, reiicit aut insectatur Hieronymus.

[17] [A] Poenitentiam agite. Μετανοεῖτε, [B] 'resipiscite'. [A] De quo superius dictum est. Et ἤγγικεν, *appropinquauit* siue 'instat et adest' [B] aut 'in propinquo est'.

[18] [C] Ambulans autem Iesus. *Iesus* non erat in aureo codice. Quanquam arbitror et apud Graecos haec nonnunquam addi, ob sermonis consequen-

790 [32] [A] Qui dimissam duxerit, adulterat. Μοιχᾶται. Quod verterat *moechatur*, tandem transfert *adulterat*. Quanquam aliud est adulterare quam adulterium committere, [C] quoties absolute ponitur. [B] Augustinus De adulterinis coniugiis ad Pollentium indicat hanc clausulam *et quicumque dimissam duxerit, moechatur* in nonnullis codicibus Graecis ac Latinis non ascriptam fuisse; quod ex superiore sermone satis consequatur. Quod tamen apud neminem alium
795 reperi vel scriptum vel annotatum.

[33] [A] Iterum audistis. Πάλιν ἠκούσατε, 'rursum audistis'. Nec enim iterationem significat, sed ordinem.

800 [34] Neque per coelum. Μήτε ἐν οὐρανῶ, id est: ‘neque in coelo’, quam tamen praepositionem, opinor, iuxta proprietatem Hebraei sermonis apostoli subinde vsurpant pro ‘per’, vt *in digito Dei et in nomine tuo prophetauimus*, quemadmodum suis indicabimus locis.

[37] Est, est; non, non. Ναὶ ναί, οὐ οὐ. Quod hic vertit *est*, Graecis est aduerbium affirmandi ναί, sed quod vsurpetur et a Latinis. Interpres aliquoties vertit *etiam*, quod vulgo parum eruditi dicunt: ‘ita’; quasi ‘ita’ respondeat nega-

760 dissimilem *A B C–E*: dissimilem *B*.

765 concupiscendam *E*: concupiscendum *A–D*.

766 quouis illicito concubitu *C–E*: fornicari *A*

755–758 *Plinius ... teruncius Nat.* XXXIII, 13, 45: “quadrans autem teruncius vocatur a tribus vnciis”. Er. took “triuncium” from Budé, *De asse et partibus eius*, II, *Omnia opera*, 2, p. 56: “Caeterum quem quadrantem Plinius et triuncem appellat, Cicero teruncium appellauit lib. 3. De finibus [*Fin.* III, 14, 45], his verbis: Interit enim magnitudine maris Aegei, stilla muriae: et in diuitiis Croesi teruncii accessio. Et ad Atticum lib. 5. [*Att.* V, 17, 2, and 21, 5]: Spero toto anno imperii nostri teruncium sumptus in prouincia nullum fore.”

759 *Chiliadibus nostris Adag.* 709, *ASD* II, 2, p. 238: “Ne teruncium quidem insumpsit”.

761 *quia* Cf. supra, p. 110, n.ll. 41–43. *Nov. Test.*: “quod”.

761 *Catullus* 94, 1.

762 *Terentius And.* 316, *Eun.* 957, 960 and 992.

763 *moechatur illam ThLL* 8, 1323, notes three examples of moechari with an object in writings influenced by the bible from the 4th and 5th centuries, among others Hier. *Comm. in Ir.*, V, 67, 2, *CCSL* 74, p. 284: “moechati sunt vxores amicorum – siue ciuium – suorum”.

767 *Suetonius Aug.* 67, 2: “adulterare matronas”.

770 *obstaculo ... fuerit Nov. Test.*: “obstaculo fuerit”.

772–776 *Huiusmodi ... habebat* Er. varies what Valla has written in *Annot.*, Garin, 1, p. 809, col. 2: “Graece est ‘et non totum corpus mittatur in geennam’. Nescioque quid in mentem venit interpreti, si hoc vitium interpretis est, ita loqui, vt nec Latine dicatur nec Graeco respondeat. Neque enim memini talem figuram dicendi vsquam apud eruditos reperisse”. *Nov. Test.*: “et non totum”.

777 *Eat in gehennam Nov. Test.* reads βλασφημῆ in

B.

780–781 *Libellum ... diuortii inter* 791 *committere et* 796 *Iterum posuit* *A*.

both vs. 29 and vs. 30; the translation in *A* is “coniiciatur” and “mittatur” respectively, and that in *B–E* “coniiciatur” in both verses.

778 Βάλλ’ ἐς κόρακας Liddell-Scott, s.v.: “go and be hanged”. Borrowed from Aristoph. *Nub.* 133. Cf. Er. *Prolog. Adag.*, *ASD* II, 1, p. 48, l. 68 sq., *Adag.* 1096, *LB* II, 446 B–E, *Coll.*, *ASD* I, 3, p. 506, l. 378, and *De cop. verb.* I, l. 254, *ASD* I, 6, p. 157.

780–784 *Libellum repudii ... mariti* On divorce and the taking of oaths, cf. Ep. 1006 (11 Aug. 1519 to Jacob Hoogstraten), ll. 224 sqq. and 270 sqq. V. infra, p. 263, n.ll. 783–896.

781 *libellum diuortii* Reading of *Nov. Test.*

782 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 17, 4, Migne *PG* 57, 259 sq.

791 *Augustinus De adulterinis coniugiis*, I, 10, 11, *CSEL* 41, p. 359: “Quamuis illud vltimum, id est ‘qui dimissam a viro duxerit, moechatur’, in eo sermone, quem Dominus fecit in monte, nonnulli codices et Graeci et Latini non habeant”. The quote from l. 792 sq. is a contamination from *Vg.* (“et qui dimissam duxerit, moechatur”) and *Nov. Test.* (“et quicumque repudiatam duxerit, adulterium committit”).

796 *rursum audistis* Reading of *Nov. Test.*

799 *proprietatem* V. supra, p. 48, introd., §10.

800 *in digito Dei Lc.* II, 20. Er. does not infra, p. 540, l. 535 sqq., pay any attention to this passage.

800 *in nomine tuo prophetauimus Mt.* 7, 22; cf. supra, p. 121, n.l. 283.

802–805 *Quod ... non* Er. here follows Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 809, col. 2: “Graece non legitur ‘est, est’, sed aduerbium quo Latini veteres vtuntur ... Ναὶ, ναί, quod proprie transferatur nunc ‘etiam, etiam’, vt facit aliquando interpretis”.

805 tioni ‘non’. Ac reperitur quidem apud Terentium ‘ita’, sed dictum ab improbius
 respondente; quod genus est illud ‘sic erit’. Caeterum nemo putet conduplicatio-
 nem ad eundem pertinere, sed prior pars ad interrogantem pertinet, posterior ad
 respondentem. [B] Nisi sic accipias: ‘si sermo vester affirmat, vere affirmet, sin
 810 negat, vere neget’. Quod secus habet apud istos qui quod pollicentur, non prae-
 stant et quod se negant facturos, faciunt. [A] His abundantius est. Τὸ δὲ
 περισσὸν τούτων, id est: ‘quod praeter haec accesserit’. Mire torquent hunc locum
 theologi [B] quidam: [A] A malo est. Alii interpretantur: ‘a malo diffidentis,
 non a malo iurantis’, alii: ‘a malo poenae, non a malo culpa’. Verum opinor
 815 Christum simpliciter sensisse perfectis (nam de his loquitur) omnino non esse
 iurandum, pro rebus hisce pro quibus vulgus deierat. Alioqui in causa fidei aut
 pietatis etiam Christus et apostoli iurant. [B] Vult enim suos esse tales, vt non sit
 opus vlllo iureiurando. Quorsum enim atineat iurare, si nemo sit qui quenquam
 velit circumuenire, etiam si id possit impune, sed e suo quisque alterum aesti-
 mans animo nemini diffidat? Nam qui vere sit Christianus, etiam suo incom-
 820 modo consulit commodis alienis; tantum abest, vt vllum velit fallere. Et charitas
 adeo credit omnia adeoque non diffidit, vt parum etiam honesta, quoad potest,
 interpretetur in bonum. Hac autem ratione multarum quaestionum nodi dissolui
 poterunt, si intelligamus Christum non simpliciter haec vetuisse, sed vetuisse eo
 more fieri quo vulgato more hominum fiebant. Sic [D] vetuit irasci, sic [B] vetuit
 825 salutare quenquam in via, sic vetuit ditescere, sic vetuit resistere malo, sic vetuit
 appellari magistros, sic vetuit vocare patrem in terris. Verum haec ad hoc institu-
 tum proprie non pertinent.

[38] [A] Dentem pro dente. Graeci addunt coniunctionem ‘et’, καὶ ὀδόντα
 ἀντὶ ὀδόντος. Eadem additur in vetustis exemplaribus Latinis. Illud obiter adno-
 830 tandum, in huiusmodi orationibus ne posse quidem apponi Graecum articulum,
 quod quilibet oculus et quilibet dens significetur.

LB 30 | [39] Non resistere malo. Μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ. ‘Malum’ vel ad rem
 [= 32] referri potest vel ad hominem. [B] Praeterea potest ablatius esse instrumenti:
 ‘nolite resistere cuiquam malo’, hoc est ‘iniuria’ siue ‘versutia’. [D] Hic sensus
 835 placuit Chrysostomo, quum ait resistendum homini malo, sed patientia; non
 enim ignem igni extingui, sed aqua. [B] Mirum est autem hic additus articulus
 quam vim habeat, τῷ πονηρῷ, quasi certum malum significet. Nisi forte voci
 appositivae adiunctus est; quasi dicas: ‘ei qui malus est’. [D] Quidam interpre-

815 Alioqui *D E*: Nam *A–C*.

818–819 impune, sed ... aestimans *D E*:
 impune, verum si quisque alterum e suo aes-

timans *B*, impune, sed quisque alterum e suo
 aestimans *C*.

805 *Terentium Andr.* 849, *Eum.* 708.

806–807 *conduplicacionem* V. supra, p. 45,
 introd., §9.

811–827 *Mire ... pertinent* In the passage “Alii
 ... iurantis” (l. 812 sq.) Er. means passages in
 the *Decretum Gratiani* and in Petr. Lomb. V.

Decretum Gratiani, secunda pars, C. 22, q. 1,
 c. 5 and c. 6, *CIC*, Friedberg, I, p. 862, reads:
 [5] “Hoc bonum est et appetendum, ‘quod
 autem amplius est a malo est’; id est: si
 iurare cogaris, scias de necessitate venire
 infirmitatis eorum quibus aliquid suades,

quae infirmitas vtiq̄ue malum est, vnde nos cottidie liberari deprecamur, cum dicimus: ‘Libera nos a malo’. Itaque non dixit: ‘quod autem amplius est, malum est’. Tu enim non malum facis, qui bene vteris iuratione”, and [6] “Tu malum non facis qui bene vteris iuratione, quae etsi non bona, tamen necessaria est, vt alteri persuadeas quod vtiliter suades. Sed a malo est illius cuius infirmitate iurare cogeris”. Petr. Lomb. writes in *Sent.* III, dist. 39, 4, 4, *SB* 5, p. 218 sqq., in particular on p. 222: “Ideoque non dixit: ‘Quod amplius est, malum est’; tu enim non facis malum, qui bene vteris iuratione; sed ‘a malo est’: illius ‘qui aliter non credit’, id est ab infirmitate, quae aliquando poena est, aliquando poena et culpa. ‘Ibi ergo Dominus prohibuit malum, suasit bonum, indulsit necessarium’”. Both quote from Aug. *De serm. Dom.* I, 17, 51, *CCSL* 35, p. 59: “Itaque non dixit: Quod autem amplius est, malum est; tu enim non malum facis, qui bene vteris iuratione, quae etsi non bona, tamen necessaria est, vt alteri persuadeas quod vtiliter suades; sed a malo est illius cuius infirmitate iurare cogeris”. Cf. also Petr. Lomb. *Collectanea in omnes Pauli epistolas*, in *1. Cor.* 15, 29–34, Migne *PL* 191, 1683 C: “Non est contra praeceptum iuratio, quae non est a malo iurantis, sed increduli vel infirmi, qui non aliter credit”).

The *Glossa Ordinaria* reads ad locum: “A malo est. Non tuo, sed illius a quo cogere iurare: id est ab infirmitate illius quae malum est”; Lyranus’ *Postilla*, reads ad locum: “Quod autem subditur ‘Quod au.’ quia est ibi malum culpae, vel ex parte iurantis, quando iurat sine necessitate, vt dictum est. Si autem iuret in necessitate requisitus, tunc semper est ibi malum poenae a parte requirentis: quia ex infirmitate humana quae est quaedam poena generi humano inflictā, procedit quod homines non credunt sibi mutuo simplici verbo absque iuramento. Similiter ex parte requirentis aliquando est ibi malum culpae quando scilicet requirit iuramentum sine necessitate.”.

The additions from 1519 find their origin in a remark made in passing, and without further explication, by Eck in *De materia iuramenti acutiss. decisio ad Georgium Kungspurgum Augustanum* (Augsburg, 1518), f° a 4 v°, quoting from l. 811 sqq.: “Erasmus Roterodamus in Annotationibus super Mathe. ait mire torquere theologos hunc locum, Sit sermo vester est est, non non, quod autem his abundantius est, a malo est. Verum opi-

nor ... deierat, nam [cf. app. crit. ad l. 815] in causa ... iurant. Verum torquet Erasmus hunc locum, cum Innocentius III. in c. etsi Christus, viris perfectis et monachis permittat iurare in causis monasterii, et idem permissum sit in multis aliis causis” (Eck refers here to Innocentius III, *Epist.* IX, 24, Migne *PL* 215, 825 BC).

Udalricus (Ulrich) Zasius defended Er. against Eck in *Apologetica defensio contra Ioan. Eckium* (Basel, 1519), p. 64 sq.: “... in tuo collectario praestantissimum illum virum veteris, id est, verae theologiae cum paucis laudatissimum assertorem vellicas, quasi ipse locum Matthaei quinto, vbi dicit: ‘Sit sermo vester, est, est’ etc., torserit, dum in scholiis putat Christum simpliciter sensisse de perfectis, de quibus loquatur, omnino non esse iurandum, pro rebus hisce, pro quibus vulgus deierat, in causa tamen fidei et pietatis etiam Christum et apostolos iurasse etc. Mihi videtur Erasmus bene locutus: perfectis enim quantum in sese fuerit, non esse iurandum; etiam Hieronymus ibidem significare videtur, dum dicit Iudaeis quasi paruulis concessum fuisse, vt iurarent, euangelica autem veritate iuramenta non recipi. At per hoc nec Hieronymus negat nec Erasmus, quin perfectis quoque viris iurare liceat propter infirmos et imperfectos, qui non aliter ad rem mouentur. Quod et Augustinus voluit, vt recitatur in c. ita ergo c. non est. xxii. q. j. [*Decretum Gratiani*, v. supra]. Non ergo debebas, Ecki, quod distinguere, quod moderari poteras in viro doctissimo statim improbare”. Er. later responded to criticism from Lec, N. Beda, the Paris Faculty of Theology and Alberto Pio in *Resp. ad annot. Ed. Lei, Supputat. error. in cens. N. Bedae, Declarat. ad cens. Lutet. and Resp. ad ep. Alb. Pii*, *LB* IX, 131 D – 132 D, 575 C – 576 C, 834 C – 837 F and 1193 E – 1194 A. Cf. Bludau, p. 73, and Rummel, *Annotations*, p. 160 sqq. 816 *apostoli Mt.* 26, 74, and *Mc.* 14, 71 (Petrus).

824–826 *Sic ... in terris* V. *Mt.* 5, 22; *Lc.* 10, 4; *Mt.* 6, 19; 5, 39; 23, 8, and 23, 9, respectively. 826–827 *institutum* V. supra, p. 48, introd., §10.

828 *et* Also in modern editions of *Vg.*

832–839 *Non ... Theophylactus* Cf. infra, p. 159, l. 174 sqq., ad *Mt.* 6, 13.

835 *Chrysostomo Hom. in Mt.* 18, 1, Migne *PG* 57, 265.

837–838 *voci appositivae* “the adjective”, translation of τὸ ἐπιθετικόν; cf. supra, p. 97, n.l. 719.

tantur nomine mali significatum diabolium, quorum est Theophylactus. [A] Quis
 840 autem sic loquitur: 'Dico tibi non abire', pro eo quod est 'iubeo, ne vsquam
 abeas'? Deinde quid facient huic loco, qui lites, qui bella calculis omnibus appro-
 bant inter Christianos? Christus absolute vetuit resisti malo, nimirum vulgari via,
 vt malum malo repellatur, hoc est: conuicium conuicio, vulnus vulnere, bellum
 bello, caedes caede. [C] Imo quid praetextent ii qui beneficium maleficio repen-
 845 sant? [A] Illud leuiculum, quod ὅστις vertit *si quis* pro 'quisquis'; nisi forte legit
 εἴ τις. Item quod στρέψον – id est 'verte' siue 'obuerte' – transtulit *praebe*, [B]
 Augustinus alicubi legit *para*. Praebe ei et alteram. Haec Christi hyperbole
 mea sententia nihil aliud docet quam summam patientiam animique moderatio-
 nem, vtque tantum absimus a cupiditate vindictae, vt vltro parati simus alteram
 850 potius iniuriam admittere quam malum malo pensemus. Atque hoc fortasse sensi-
 sit Augustinus; cum [D] alias, tum [B] in libello De mendacio et libro vigesimo
 secundo contra Faustum scribit illam praeparationem alterius maxillae in corde
 faciendam, non in corpore. Nec enim hoc sensit Christus, obuertendam sinis-
 tram malam ei qui dextram percusserit, sed ea nos voluit esse lenitate, vt ad alter-
 855 ram iniuriam accipiendam simus paratiores quam ad retaliandam priorem.
 Neque vero continuo cum mendacio coniunctum videri debet quicquid habet
 hyperbolen. Quam et alias annotauit praeter Origenem, Hieronymum et Chry-
 sostomum diuus Augustinus in diuinis literis. Quod genus illud in libro Iudi-
 cum: *camelis eorum non erat numerus et erant sicut arena quae est in littore maris*.
 860 Rursum illud in Psalmis: *Ascendunt in coelos et descendunt vsque in abyssum*;
 nempe de vndis maris vicissim attollentibus sese ac subsidentibus. Certe schema
 hoc palam annotauit Augustinus in epistola ad Marcellinum quinta, ostendens, si
 quis tropum sermonis reiiciat, magis conuenire, vt in sinistram primus ictus dica-
 tur exceptus, quod in hanc magis quam in dextram fertur impetus ferientis. Idem
 865 admonet in Luca non fieri vllam sinistrae dextraeue mentionem; vt intelligamus
 hoc loco sinistram ac dextram nihil aliud esse quam vnam et alteram. Quemad-
 modum in alia quadam parabola quinque talenta posuit pro plurimis dotibus,
 duo pro mediocribus, vnum pro minimis. Caeterum animaduertendum est, vt
 subito mutarit numerum: *Ego autem dico vobis: sed quisquis percusserit te in*
 870 *maxillam* etc. Non ob aliud nisi quod hic numerus accommodatior est ad infi-
 gendum animo quod dicitur, dum quisque sibi dici putat quod dicitur. [A] Et
 pallium. Καὶ τὸ ἱμάτιον. Hic recte distinxit vestimenti genus. Siquidem χιτῶν,
 tunica, vestis est interior, ἱμάτιον exterior, quae Romanis est toga, Graecis pal-
 lium. [D] Nisi quod ἱμάτιον apud Graecos interdum pro quouis vestimenti
 875 genere ponitur. Vnde recte monet Augustinus hunc esse sensum: si quis tollat
 vnam aliquam vestem, concede illi potius si quid aliud habes vestium, quam
 contendas. Alioqui praeposterus esset sermo. Pallium enim, quae summa vestis
 est, primum detrahatur, deinde tunica.

[41] [A] Mille passus. Μίλιον ἓν, id est 'miliarium vnum'. Alioqui non
 880 respondet quod sequitur, alia duo. Ne illud quidem: 'alios duos'. Atque hic
 rursus Graecus vsurpauit vocem Latinam. [C] Etiamsi huius vocis mentionem

fecit Hesychius. [A] Nec est *alia duo* Graecis, sed ὑπαγε μετ' αὐτοῦ δύο, vt intelligas duplum oportere concedi simplum extorquenti; quemadmodum docuit de

857 Origenem C–E: Origenem B.

861 subsidentibus C–E: deprimentibus B.

862 Marcellinum E: Marcellinam B–E.

839 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 5, 39, Migne PG 123, 200 BC: Πονηρὸν ἐνταῦθα τὸν διὰ βολον λέγει, τὸν διὰ τοῦ ἀνθρώπου ἐνεργούντα.

841 *quid facient huic loco* “What shall they do with this place?” In antiquity usually “quid faciam” and always a person in the dative (Kühner-Stegmann, I, p. 320 sq.). Er. could have been familiar with the turn of phrase from *Hos.* 6, 4: “Quid faciam tibi Ephraïm? quid faciam tibi, Iuda?”, included in the liturgy for Good Friday, and could have adapted it thus to “huic loco”.

841 *calculis omnibus* ‘unanimously’. Cf. *Adag.* 460: “Omne tulit punctum. Omnium calculis”, *ASD* II, I, p. 534 sqq., ll. 397–420.

845–846 *quisquis* and *obuerte* Readings of *Nov. Test.*

847 *Augustinus ... para De mendacio*, 15, 27, *CSEL* 41, p. 447; v. infra, n.l. 851.

849 and 855 *parati* and *paratiores* Both constructions, with the infinitive and with the gerund, were already customary in antiquity. Hofmann, p. 350.

851 *Augustinus De mendacio*, 15, 27, *CSEL* 41, p. 447 (“Velut cum legimus in euangelio: ‘acceptisti alapam, para alteram maxillam’. Exemplum autem patientiae nullum quam ipsius Domini potentius et excellentius invenimus. At ipse, cum alapa percussus esset, non ait: ‘ecce altera maxilla’, sed ait: ‘si male dixi, exprobra de malo; si autem bene, quid me caedis?’ [*Joh.* 18, 23] Vbi ostendit illam praeparationem alterius maxillae in corde faciendam.”), and *Contra Faust.* XXII, 76, *CSEL* 25, p. 674 (“Si autem propterea putant non potuisse Deum bellum gerendum iubere, quia Dominus postea Iesus Christus, ‘ego’, inquit, ‘dico vobis non resistere aduersum malum; sed si quis te percusserit in maxillam tuam dexteram, praebe illi et sinistram’, intellegant hanc praeparationem non esse in corpore, sed in corde.”).

857 *Origenem Comm. in Mt.* 5, 39, frgm. 108, *GCS* 12, p. 60.

857 *Hieronymum Comm. in Mt.* I, 5, 39–40, *CCSL* 77, p. 33 sq.

857–858 *Chrysostomum Hom. in Mt.* 18, 1, Migne PG 57, 265.

858–859 *Iudicum Iudic.* 7, 12 in the translation offered by Aug. in *Locut. in Hept.* VII, 33, *CCSL* 33, p. 462; Vg.: “cameli quoque innumerabiles erant, sicut arena quae iacet in litore maris”.

860 *Psalms Ps.* 106 (107), 26.

861–866 *Certe ... Augustinus ... alteram Epist.* 138 (old numbering: 5), 12, *CSEL* 44, p. 137 sq.: “Magis autem sinistra percussus, quod a dextera ferientis facilius ictus est Nunc vero cauendum est, ne vindicandi cupiditate amittatur, vt nihil aliud, ipsa patientia, quae pluris habenda est quam omne, quod potest etiam inuito inimicus auferre. Namque alius euangelista [l. 865: “Luca”] in eadem sententia nullam fecit dexteræ mentionem, sed tantum maxillam et alteram nominauit, vt aliquanto distinctius intellegeretur in alio, ipse autem simpliciter eandem patientiam commendaret”.

865 *Luca Lc.* 6, 29.

867 *alia ... parabola Mt.* 25, 14 sqq.

869 *quisquis* The reading of *Nov. Test.*; modern editions of Vg. read: “si quis”.

875 *Augustinus De serm. Dom.* I, 19, 60, *CCSL* 35, p. 70: “Sane animaduertendum est omnem tunicam vestimentum esse, non omne vestimentum tunicam esse. Vestimenti ergo nomen plura significat quam nomen tunicae. Et ideo sic dictum esse arbitror: ‘et qui voluerit tecum iudicio contendere et tunicam tuam tollere, remitte illi et vestimentum’, tamquam si diceret: ‘qui voluerit tunicam tuam tollere, remitte illi et si quid aliud indumenti habes’. Ideo nonnulli pallium interpretati sunt quod Graece positum est ἱμάτιον”.

879–884 *Mille ... veste* Er. responds in *Epist. apolog. adv. Stun.*, LB IX, 393 BC, to criticism of Stun. to this passage; he could have borrowed the translation “miliarium vnum” of *Nov. Test.* from Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 809, col. 2.

882 *Hesychius Lexicon*, s.v. μίλιον (Latte, 2, p. 667, N° 1349).

LB 33 maxilla et veste. [D] Etiam si diuus | Augustinus philosophatur hic in numero ter-
885 nario, Theophylactus et Chrysostomus non attingunt. [A] Nam quod

[42] Αἰτοῦντί σε – id est: ‘poscenti te’ –, vertit: ‘petenti abs te’, recte fecit. Ne auertaris. Μή ἀποστραφῆς, ‘ne aueriseris’, [D] vt legit Augustin., hoc est: ‘ne reiicias’. Quamquam et ‘auertor’ reperitur, vt sit verbum deposititium, sed in carmine vsitatus, vt apud Boeotium:

890 *Eheu quam surda miseros auertitur aure.*

[C] Sicut ‘praeuertitur’.

[43] [B] Diliges proximum tuum. Graeci τοὺς πλησίον appellant famili-
liares et quibuscum habemus arctam ac domesticam consuetudinem, [C] non
solum cognatos. [B] Neque enim est superlatius gradus apud illos. [D] Et odio
895 habebis inimicum. Hoc quoniam non legitur in Veteris Instrumenti literis,
quidam interpretantur hanc esse additionem Pharisaeorum, non scripturam.
Idem praedicant de caeteris articulis, quasi Christus nihil addiderit praeceptis
legalibus, sed tantum explanauerit. Certe diuus Augustinus in priore libro quo
enarrat hunc locum, sic refert, quasi reperiatur in sacris libris. Sic enim ait: *Nec*
900 *quod in lege dictum est: ‘oderis inimicum tuum’, vox iubentis iusto accipienda est, sed*
permittentis infirmo. Tale nimirum erat Iudaeorum vulgus. Quemadmodum
autem in irascendo accipimus tropum, itidem et in odio receptus nodum expli-
cat. Certe Chrysostomus fatetur Dominum olim non exegisse ab infirmis, quod
suo tempore praecepit iam instructoribus.

905 [44] [A] Diligite inimicos vestros. Post haec verba particulam addunt
Graeci codices, inter quos et Theophylactus, quam in nostra aeditione non repe-
rio: εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, id est: ‘bene precemini deuouentibus
vos’. Quam sane nec Hieronymus addit nec Chrysostomus. Proinde haud scio an
eam studiosus aliquis ob affinitatem sententiae ex epistola Pauli ad Romanos huc
910 ascripserit. Nam hac occasione comperimus locos aliquot immutatos. [C] Pro
persequentibus et calumniantibus. Ἐπηρεαζόντων καὶ διωκόντων. Quo-
rum vtrunque pene idem valet. Nam ἐπήρεια Graecis dicitur insultus proprie in
bello, quasi dicas ἐπάρεια, ‘a Marte’. Hinc dictum apparet verbum ἐπηρεάζω,
quod est ‘vexo’ siue ‘vim facio’ et ‘impeto’. Sed quoniam Graeci docent
915 ἐπηρεᾶσαι nonnunquam idem valere quod βλάψαι, nos vertimus *laedunt*.

[45] [A] Qui solem suum. Ὅτι τὸν ἥλιον, id est: ‘quia solem suum’, [B]
licet refragantibus exemplaribus Latinis. Et fieri potest, vt interpres pro ὅτι lege-
rit ὅς siue ὅστις. [A] Quamquam hoc nihil refert ad sensum. Et ἀνατέλλει recte
circumlocutus est *oriri facit* siue ‘expromit’. Item pluit Graecis est βρέχει,
920 ‘rigat’. Rursum

[46] Quam mercedem habebitis. Graece est ἔχετε, id est ‘habetis’, praes-
entis temporis; [B] vt rei significatio sit, non temporis. [A] Porro *mercedem* pro
gratia posuit. Et publicani. Τελῶναι, id est: ‘qui vectigalia redimunt’; vnde et
redemptores dicuntur, genus hominum olim infame apud Iudaeos, nunc apud
925 Christianos cum primis honestum. Nec id sane mirum, cum institores [B] ac

mensarii [A] omnibus pene anteponantur [C] apud vtriusque reipublicae summates, [A] quos nec Aristoteles nec Tullius inter honestos ciues haberi vult. Nec est hoc faciunt, sed τὸ αὐτό, id est: 'idem faciunt'. Et

[47] Salutaueritis est ἀσπάζεσθε, quod non est simpliciter salutare, sed osculo et complexu salutare, quod olim ex more fiebat inter amicos, non solum apud Iudaeos, verumetiam apud Graecos et Romanos. [D] Alioqui vulgare est officium obuiuo dicere: 'salue'. [A] Fratres vestros. Plerique Graeci codices

891-892 praeuertitur. Diliges C E: praeuertitur. Maxillam dextram.) Augustinus indicauit in multis exemplaribus latinis non addi dextram. Diliges D.

884 Augustinus Aug. is philosophising in *De serm. Dom.* I, 19, 61, *CCSL* 35, p. 70 sq., about the meaning of the three tasks Christ gives in *Mt.* 5, 39-41.

885 Theophylactus et Chrysostomus Naturally they do not mention the problem, because it arises from the Latin translation; cf. Chrys. *Hom. in Mt.* 18, 3, Migne *PG* 57, 268, and Theophyl. *Enarr. in Mt.* 5, 41, Migne *PG* 123, 200 D.

886 petenti abs te Does not occur in modern editions of *Vg.* ("Qui petit a te"), but in *Nov. Test.*

887 ne aueriseris Reading of *Nov. Test.*

887 Augustin. Reads in *De serm. Dom.* I, 20, 67 sq., *CCSL* 35, p. 76 sq.: "et qui voluerit a te mutuari ne auersatus fueris".

889 Boeotium Boeth. *Consol.* I, 1, 15.

899-901 Nec ... infirmo Aug. *De serm. Dom.* I, 20, 70, *CCSL* 35, p. 79.

903 Chrysostomus This is the tenor of *Homm. in Mt.* 16-18; one cannot indicate a particular place, except for the passage about the 9 degrees with which a Christian may grow in love for his enemy, in *Hom. in Mt.* 18, 4, Migne *PG* 57, 269, which ends in the translation by Trapezuntius, 181 C, with: "Perspexitū celsitudinem philosophiae, et idcirco tam claro est digna praemio, quia tam magno est subiecta praeecepto: quodque ingentem semper animam et studium omnino multum requirat".

906 Theophylactus *Enarr. in Mt.* 5, 44, Migne *PG* 123, 201 A. Εὐλογεῖτε ... ὑμᾶς is to be found in *Lc.* 6, 28, but does not occur in *Rom.* (12, 14: εὐλογεῖτε καὶ μὴ καταρᾶσθε). But Er. also adds in *Nov. Test.* εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισούντας ὑμᾶς, with the translation "Bene precemini deuouentibus vos, bene facite iis

906 Theophylactus C-E: Vulgarius A B.

928-931 Et Salutaueritis ... Romanos B-E: inter 934 Hieronymus et Quid amplius posuit A.

qui vos odio prosequantur", that Oecolampadius borrows for the greater part ("his qui oderunt vos" in place of "iis ... prosequantur") in his translation of Theophyl., f° 10 v°.

908 Hieronymus *Comm. in Mt.* I, 5, 44, *CCSL* 77, p. 34.

908 Chrysostomus But *Hom. in Mt.* 18, 3, Migne *PG* 57, 268, reads εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς. Trapezuntius, 181 A: "bona precamini iis qui vos execrantur".

909 epistola ... Romanos *Rom.* 12, 14.

914 Graeci Suid., Adler, 2, 347: ἐπιρρεᾶσαι: βλάψαι.

915 nos *Nov. Test.*: "... orate pro illis qui ledunt et insectantur vos ...".

916 quia solem suum Adopted in *Nov. Test.* B-E; A: "qui solem suum".

921 habetis Reading of *Nov. Test.*

927 Aristoteles In the only place where τελώνης occurs (*Rhetorica*, II, 23, 1397^a25) its meaning is, in my view, neutral.

927 Tullius Cic.'s judgment may be positive or negative depending on the position which he adopts in a particular text. He calls publicani in *De imperio Pompeii*, 17, "homines honestissimi atque ornatissimi". But in *Planc.* 9, 23, he states that it cannot be a disadvantage for anyone that his father is a publicanus, and in *Off.* I, 42, 150, he writes: "Primum improbantur ii quaestus qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, vt faeneratorum" (the portitores were charged by the publicani to collect taxes).

928 idem faciunt Reading of *Nov. Test.* Cf. infra, p. 151, n.ll. 950-974, ad *Mt.* 6, 1 sq.

932-934 Fratres ... Hieronymus Er. opposes Valla here; cf. infra, p. 151, n.ll. 950-974, ad *Mt.* 6, 1 sq. Hier. *Adv. Heluidium*, 14, Migne *PL* 23, 196 C - 198 B, *Comm. in Zch.* II, 7, 8-14, *CCSL* 76A, p. 804.

- habent τοὺς φίλους ὑμῶν, id est ‘amicos vestros’. Verum Iudaei fratres appellant quomodolibet cognatos, atque ita legit Hieronymus. Quid amplius facitis?
- 935 Τί περισσόν, id est ‘quid eximium’ aut ‘quid supra caeteros’. Nonne et ethnici? Rursus hoc loco nonnulli codices Graeci habent τελῶναι, id est ‘publicani’. Caeterum ex interpretatione Chrysostomi deprehendere licet illum ‘ethnici’
- LB 34 legisse, cum | ait: *Propter quod etiam hic gentiles et publicanos producit in medium*, vt talibus discipulos comparando personis etiam pudore ad virtutem accendat.
- 940 [D] Certe Theophylactus repetit hic τελῶναι, id est ‘publicani’. [A] Nam ‘ethnicus’ gentilem sonat, qua Graeca voce videtur interpres delectatus, ob id, opinor, quod gentilis aliud quiddam significet Latinis auribus, [B] nempe gentis affinitate coniunctum. [A] Ac rursus non est hic hoc faciunt, sed ‘sic faciunt’, οὕτως ποιοῦσιν.
- 945 [48] Estote igitur vos. Ἔσεσθε, id est ‘eritis’. Interpres legisse videtur ἔστε. Omitto, quod ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, quod vertere solet *qui est in coelis*, nunc mutauit *coelestis*. Caeterum coniunctio *et, sicut et Pater*, non additur apud Graecos. Tantum est ‘sicut Pater vester coelestis’.

EX CAPITE SEXTO

- 950 [1] Ne iustitiam vestram. Graecis est ἐλεημοσύνην, id est ‘eleemosynam’, non *iustitiam*, vt respondeat quod sequitur, *Cum ergo facis eleemosynam*. [D] Ita legit et interpretatur Chrysostomus et Theophylactus. [A] Tametsi Hieronymus *iustitiam* legit, sed interpretans eleemosynam. [B] Atque item Augustinus sermone secundo de verbis Domini ex Matthaeo [D] similiter interpretans vt legit.
- 955 [A] Illud obiter admonendum, Latinos vsurpantes Graecam eleemosynae vocem fraudare illam vna syllaba, [B] cum Graecis habeat sex syllabas. Videamini ab eis. Augustinus eo quem modo citauimus loco indicat hanc particulam sic addendam orationi superiori, vt finem significet coniunctio *vt*, non sequelam. Neque enim vetat conspici recta facta, sed non vult hoc animo fieri. [D] Apud
- 960 Latinos enim hic sermo anceps est, *vt videamini*, id est: ‘sic, vt videamini’ aut ‘hoc animo, vt videamini’. Caeterum in Graecis nulla est amphibologia, πρὸς τὸ θεαθῆναι. [A] Rursus in eo quod sequitur, mercedem non habebitis, verbi tempus mutauit; οὐκ ἔχετε id est ‘non habetis’.
- [2] Sicut hypocritae. Haec quoque de vocum est numero quibus interpres videtur delectatus. Alioqui ὑποκριτής Graecis histrionem significat; hoc est: ‘qui ficta persona fabulam agit apud populum’, quos eosdem actores vocamus. Vnde quam nos pronunciationem aut actionem dicimus, illi ὑπόκρισιν appellant. Quanquam quisquis quouis modo simulat ac fingit, hypocrites vocari potest. Vnde Paulus: ἀγάπη ἀνυπόκριτος, id est ‘charitas non ficta [B] simulandi nescia’.
- 970 [A] Caeterum quod ad histrionicam gesticulationem attinet, belle quadrat quod modo dixerat, πρὸς τὸ θεαθῆναι, id est: ‘vt spectentur’, quod actorum est, et hinc theatrum. [B] Quis enim mimus, quis histrio minus est id quod videtur, quam isti qui inani labiorum motu et vocum strepitu videri volunt precari Deum

975 cumque illo colloqui? Aut qui Iudaicis ceremoniis sanctimoniam mentiuntur? [A] Rursum quod hic vertit in synagogis, apertius erat 'in conciliabulis'. Significat enim conuenticula, quae solent fieri in plateis ac foro seu triuiis. Et vicos hoc loco intellige non eos qui non sunt oppida, sed in quos diuiditur vrbs. [D] Nam paulo post meminit *platearum*, quae proprie dicuntur viae latiores, in quibus solent fieri plebis conuenticula, in qua dictione philosophantur quidam quod
980 impiorum ciuitates plateas habent, quum via virtutis sit arcta. [A] Ad haec receperunt mercedem. Ἀπέχουσι, id est 'habent' siue 'tulerunt'. Nam ἀπέχουσι sonat quod alicunde sit acceptum.

[3] Nesciat sinistra tua. Graece duae sunt dictiones: μὴ γνῶτω, 'ne sciat'. [B] Nesciat sinistra tua quid faciat dextera. Non absque figura dictum

935 supra C–E: vltra A B.

956 Videamini E: Vt videamini B–D.

980–982 receperunt ... acceptum *inter* 972 theatrum *et* 975 Rursum *posuit* A, *inter* 983

ne sciat *et* 984 Nesciat *posuerunt* B–D.

981 ἀπέχουσι B–E: habent A.

984 quid faciat dextera C–E: quid f.d.t. B.

935 *quid eximium* Reading of *Nov. Test.*

937 *ex interpretatione Chrysostomi Hom. in Mt.*

18, 6, Migne PG 57, 272: Διὸ δὲ καὶ ἐνταῦθα τοὺς ἐθνικοὺς καὶ τοὺς τελῶνας εἰς μέσον ἄγει, τῇ ποιότητι τοῦ προσώπου τὸν μαθητὴν ἐντρέπων. Trapezuntius, 185 A: "Propter quod hic etiam publicanos ... medium, qualitate personae discipulum pudore suffundens". Er. refers to the explanation; Chrys. does indeed quote *Mt.* 5, 46: Οὐχὶ καὶ οἱ τελῶνας τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν; (Trapezuntius, 184 D: "Nonne et publicani hoc faciunt?"), not 5, 47: οὐχὶ καὶ οἱ ἐθνικοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν;

940 *Theophylactus* Adds in *Enarr. in Mt.* 5, 46, Migne PG 123, 201 B, after quoting the

verse: ὅταν μὴδὲ τῶν τελῶν ὦμεν ἴσοι

943 *sic faciunt* Reading of *Nov. Test.*, just as l.

945: "eritis". Cf. *infra*, n.ll. 950–974, ad *Mt.* 6, 1 sqq.

946 *qui est in coelis* *Mt.* 7, 11; 10, 32; 18, 10, 14 and 19; *Mc.* 11, 25 and 26 (*Mt.* 6, 9: "qui es in caelis").

950–974 *Ne iustitiam ... mentiuntur* Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 810, col. 1, notes in relation to this: "Non est 'mercedem habebitis' legendum, sed 'habetis', ἔχετε, et 'amicos', non 'fratres', φίλους; neque 'hoc faciunt', sed 'idem', τὸ αὐτό, neque tantum 'idem', sed 'sic', οὕτως, neque 'iustitiam', sed 'eleemosynam', ἐλεημοσύνην, ideoque subiungitur 'Cum ergo facis eleemosynam hypocrita'. Nescio cur non transferatur 'histrion' siue aliud quippiam. Sed nonnunquam interpretem delectat Graeca vox".

951 *eleemosynam* Also in *Nov. Test.*

952 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 19, 1, Migne PG 57, 273 sq.

952 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 6, 1, Migne PG 123, 201 C.

952 *Hieronymus* Hier. writes nothing in *Comm. in Mt.* 1, 6, 2, CCSL 77, p. 34 sq., about *Mt.* 6, 1. Er. means that Hier. in *Vg. Mt.* 6, 1, reads "iustitiam" and bases his explanation on *Mt.* 6, 2: "Cum ergo facis eleemosynam"; this is particularly apparent in the lay-out of Er.'s edition of Hier. (Basel, 7 March 1516), in which the text of *Vg.* is placed in the midst of the page, surrounded by Hier.'s commentary.

953 *Augustinus De serm. Dom.* II, 1, 2, CCSL 35, p. 92 sq.

963 *non habetis* Like "habent" in l. 981 on p. 151, reading of *Nov. Test.* Cf. *supra*, n.ll. 950–974.

964–968 *Haec ... potest* Cf. *infra*, p. 162, l. 222 sq.

969 *Paulus Rom.* 12, 9 (*Vg.*: "Dilectio sine simulatione". *Nov. Test. A.*: "Dilectio non simulata", B–E: "Dilectio sit non simulata") and 2. *Cor.* 6, 6 (*Vg.*: "in charitate non ficta", *Nov. Test.*: "in charitate non simulata").

976 *vicos* *Vg.* and *Nov. Test.*: "in vicis".

978 *platearum* *Mt.* 6, 5.

980 *via ... arcta* *Mt.* 7, 14.

984 *Non absque figura* 'not without a figure of speech'.

985 est, sed ὑπερβολικῶς, quasi dicas: 'ipse nescias quod facis, si fieri potest; tantum absit, vt aliis ostentes'. Figuram annotauit et Chrysostomus homilia xix. [A] et [D] hunc sequutus Theophylactus. Caeterum [A] addunt [B] Graeci

[4] [A] Ἐν τῷ φανερό, id est 'in propatulo' siue 'in aperto'. [D] Quod tamen Augustinus negat se comperisse in Graecis codicibus et ideo nec exponendum arbitratur. Theophylactus interpretatur etiam ἐν φανερό 'quum manifestabuntur omnia bona malaque opera'. Mihi germana lectio videtur quam probat
990 Augustinus. | [A] Reddet tibi. Graece est αὐτὸς ἀποδώσει σοι, id est: 'ipse' siue 'idem reddet tibi', [D] quo dilucidius distinguat personam Patris ab eorum persona quibus confertur beneficium.

995 [5] [A] Et cum oratis. Καὶ ὅτ' ἂν προσεύχῃ, id est 'cum oras'. Nam et paulo ante vsus est numero singulari, *Cum facis eleemosynam*. Etiam si mox variat. Nec est non eritis, sed οὐκ ἔσῃ, id est 'non eris'. [C] Et in nonnullis Latinorum codicibus ascriptum est sic vt hypocritae tristes, quum haec dictio *tristes* nec apud Graecos sit nec in nostris emendatioribus. [A] Qui amant.
1000 Φιλοῦσιν. Quod licet significet *amant*, tamen Graecis frequenter vsurpatur pro 'solent'. Hoc certe loco magis quadrabat 'solent'. Rursum est synagogis. Quod nos vertimus *concliabulis*. Et anguli vocantur non recessus, vt vulgus accipit, sed flexus viarum, veluti [D] iuxta [A] compita ac triuia. Vt videantur ab hominibus. Ὅπως ἂν φανῶσιν τοῖς ἀνθρώποις, id est: 'conspicui sint hominibus' [D] seu potius 'vt conspicui possint esse'. [A] Caeterum

[6] In cubiculum. Est ταμεῖον, quod Latine penu siue cellam appellant, vbi reconduntur quae ad vsum domesticum pertinent; nos *conclauē* vertimus. [B] Interpres Origenis, quisquis fuit – nam Hieronymum non esse stilus arguit –, homilia in Matthaem vigesimatertia, vertit *promptuarium*; quod tamiā Graecis dicantur, quos nos promos condos appellamus. Ταμεῖον tamen vtrunque significare, vel cellam promptuariam vel conclauē seu cubiculum, testis est Hesychius. [A] Clauso ostio. Graeci addunt *tuo*, σου. Atque item vetusti Latinorum codices, quod suae quisque domi maxime in occulto sit. Praeterea Patrem tuum in abscondito. Nonnulli codices habebant τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ, id est
15 'Patrem tuum qui est in abscondito', [D] vt certum intelligas patrem, diuersum a corporali, et arcanum singulare, quo Pater occultatur coelestis, qui nusquam non adest, sed nobis occultus. [A] Ac rursum additur in manifesto, ἐν τῷ φανερό. [B] Atque ita legit Chrysostomus homilia decimasexta. Annotauit et hoc loco tropum sermonis Chrysostomus. Neque enim hoc sensit Christus, non esse
20 Christianis precandum nisi in penuario domus, sed non magis affectandum, vt homines laudent precantem, quam si abditi in retrusissima aedium parte soli precentur.

[7] [A] Nolite multum loqui. Μὴ βαττολογῆσητε. Graecis est dictio composita prouerbialis, a Batto quodam poeta, qui conscripsit hymnos in quibus
25 eadem subinde inculcauit; quemadmodum copiosius explicatum est in Chiliadibus nostris. Huc allusit Ouidius, cum Battum indicem eadem facit iterantem:

In illis

montibus, inquit, 'erant', et erant in montibus illis.

Cuius βαπτολογισμὸν ridicule imitatus Mercurius:

30 *Et 'Me mihi, [B] perfide, [A] prodis,
me mihi prodis?' ait.*

Sunt qui malint Battum fuisse quempiam balbum et haesitanti ore impeditaque
lingua; cui videlicet hominum generi peculiare videmus, cum ne semel quidem
quod cupiunt, possint effari, voces easdem iterum atque iterum repetere. Vnde
35 quod hic docet Christus, non solum pertinet ad immodice prolixas preces, cum
alioqui Paulus iubeat nos citra intermissionem orare et ipse Christus legatur
orasse prolixius, verumetiam ad illos qui superstitione preculas easdem sine fine
iterant. Quo quidem [B] morbo [A] vsque adeo non vacant Christiani quidam, vt
in his summum pietatis fastigium collocent. Porro, quod hodie videmus sacer-
40 dotes, nihil dicam qualibus, sed certe nimium prolixis precibus, hisque prae-

992-993 Reddet tibi ... reddet tibi *inter* 983 ne
sciat *et* 986 *et posuit A, inter* 988 aperto *et* 995
Et cum posuit B.

998-999 est sicut ... tristes nec *D E:* est,
Tristes hypocritae tristes. quod nec *C.*

985 ὑπερβολικῶς 'with exaggeration'; cf. supra,
p. 47, introd., §9.

986 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 19, 2, Migne *PG*
57, 275.

987 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 6, 3, Migne
PG 123, 201 D.

989 *Augustinus De serm. Dom.* II, 2, 9, *CCSL*
35, p. 100.

990 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 6, 4, Migne
PG 123, 204 A: "Ὅτε γυμνὰ καὶ φανερὰ πάντα
παρίστανται.

992 *Augustinus V. supra, n.l.* 989.

992-993 *ipse ... tibi Nov. Test.:* "ipse reddet tibi
in propatulo".

995-997 *cum oras ... non eris Nov. Test.:* "cum
oraueris, non eris".

998 *tristes* Does not occur in modern editions
of *Vg.*

2-7 *concliaulis ... conspicui sint hominibus ...
conclauē* Readings of *Nov. Test.*

8 *Origenis Comm. in Mt. series,* 10, ad *Mt.* 23,
12, *GCS* II, p. 21. The translator is still un-
known (Quasten, *Patrology*, 2, p. 48).

11 *Hesychius Lexicon:* ταμεία: ἀπόκρυφα οὐκ ἐ-
μαρτα, ταμείον: θάλαμος.

13-14 *Patrem ... abscondito Nov. Test.:* "Patrem
tuum qui est in occulto".

17 *in manifesto, ἐν τῷ φανερῷ* This is the read-

13-14 *Patrem tuum D E:* patre tuo *A-C.*

21 laudent *D E:* praedicent *B C.*

21-22 precentur *D E:* precarentur *B C.*

28 *et C-E:* vt *A B.*

ing of the Byzantine text. It has no equiva-
lent in *Vg. Nov. Test.:* "in propatulo".

18 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 19, 3, Migne *PG*
57, 277.

19 *tropum sermonis* 'the figure of speech'.

25-26 *Chiliadibus nostris Adag.* 1092 ("Battolo-
gia. Laconismus"), *LB* II, 444 BC. Cf. *Er.
Lingua, ASD* IV, 1 A, p. 38 sq., l. 410 sqq.
and n.l. 411, and *Coll. (Cyclops), ASD* I, 3,
p. 607, l. 129. Blass-Debrunner, p. 34, note
Blass' suggestion that it should be derived
from Aramaic כַּתְּהַל and the Greek -λόγος;
according to G. Dellling, *ThWNT* I, p. 598,
it may be explained as an onomatopoeia, just
as βαπταρίζειν ('to stammer', 'to stotter').
The word only occurs elsewhere in a *Vita
Aesopi.* Cf. Bauer, s.v.

26 *Ovidius Met.* II, 702 sqq. *Er.* also reads
"erant" instead of "erunt" in *De pronunt.,
ASD* I, 4, p. 47, ll. 128 sq. and *Lingua, ASD*
IV, 1A, pp. 38, l. 417 and 39, n.ll. 416-417.

36 *Paulus* 1. *Thess.* 5, 17.

39-48 *Porro ... statuunt* *Stun.* quotes this pas-
sage according to *A* and criticises it in *Erasmii
Roterodami blasphem. et imp.* (1522); *Er.* does
not react to this here, but does respond in
Apolog. ad Prodr. Stun. and *Apolog. ad Stun.
Concl., LB* IX, 382 A and 390 C.

scriptis, [B] aliquoties ineptis ac ridiculis, ne dicam impiis, [A] oneratos, quid super hac re sentiam, satius est non attingere, partim quod res paucis explicari non possit, partim quod fortassis nec citra periculum; ne, dum huic malo mederi conamur, alterum inuitemus grauius; vt sunt qui vitiiis suis patrociniū vndelibet aucupentur. Illud dicam, non esse prudentis cum suo seculo pugnare. Et
 45 bonae mentis est maiorum decretis libenter ac simpliciter obsequi. At rursus illorum est, vt summa vigilantia quod sit optimum et cum Christi dogmatis maxime consentiens statuatur. Hieronymus admonet ex hoc loco natam haeresim quorundam qui Christianorum preces veluti supervacaneas in totum aspernabantur.
 50 Fuit his diuersa factio Psallianorum siue Euchitarum, nomen inditum ab orando, qui totos dies ocio|si tantum precularum emurmurabant, mira linguae volubilitate, vt Augustinus id scripserit incredibile. Monachos vetabant sustentandae vitae causa manibus operari, ne quando cogerentur preces interrompere. [B] Vtinam quicumque Christi philosophiam profiterentur, sic abhorreant ab hac
 55 superstitione, vt precum puram et illibatam victimam Christoque gratam offerant. Nam cantiuncularum, clamorum, murmurum ac bomborum vbique plus satis est, siquid ista delectant superos. Abunde satis erat hoc indulgere idiotarum ac stultorum affectibus, vt cuique liberum esset priuatim quae vellet aut quantum vellet, precari. Caeterum publicas preces optarim esse moderatas nec in his quicquam admisceri, non depromptum ex sacris literis aut certe ab his viris profectum quorum scripta spiritum apostolicum resipiunt. Nunc cuiusmodi est compelli tanta censura [D] sacerdotes [B], vt deliri senis aut mulierculae naenias legant sacris admixtas? [D] Leuius videri poterat quam vt operaeprecium esset admonere apud Graecos non esse verbum *nolite*, etiamsi Latine vertit interpres,
 65 nisi viderim Augustinum in hac voce frustra philosophari, quum alias tum in libro De gratia et lib. arb. ad Valentinum, cap. ii. Ratiocinans enim *hominem sua voluntate in lege Dei consistere* subiicit haec verba: *Deinde tam multa mandata, quae ipsam quodammodo nominatim conueniunt voluntatem, sicut est 'noli vinci a malo'*. Et huius formae multa refert e sacris voluminibus. Hoc semel admonitum
 70 volui, ne quis imprudens ad eundem impingeret lapidem. [C] Sicut ethnici faciunt. *Faciunt* non additur nec apud Graecos nec in aureo codice nec in Donatianicis. [A] In multiloquio. Hic non est βαττολογία, sed proprio vsus est verbo πολυλογία, velut exponens quid dixerit, βαττολογεῖν.

[8] Petatis eum. Πρὸ τοῦ ὑμᾶς αἰτῆσαι αὐτόν. Et Latinius et apertius dixisset: 'priusquam petatis ab eo'. Deinde

[9] Προσεύχεσθε ὑμεῖς, id est: 'orate vos', non *vos orabitis*. Maior enim est pronominis emphasis in fine appositi, quo discernat illos ab ethnicis. Qui es in coelis. Articulus Graecus veluti distinguit illum Patrem a patre terrestri, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Perinde quasi dicant: 'Nos in terris patrem nescimus, ex te vno

49 preces B-E: orationes A.

53 preces B-E: orationes A.

63 legat D E: legas B C.

65 viderim E: viderem D.

76 orate vos B-E: orabitis vos A.

79-103 οὐρανοῖς. Perinde ... Sicut D E:

- οὐρανοῖς. Rursum sicut *A*, οὐρανοῖς. Perinde ... 96 omnia. Rursum Sicut *B*, οὐρανοῖς. Perinde ... 96 omnia. Rursum: Sicut *C*.
79 dicant *D E*: dicat *B C*.
- 47 *dogmatis* V. supra, p. 40 sq., introd., §8a.
48 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 6, 8, *CCSL* 77, p. 36: "Consurgit in hoc loco quaedam heresis philosophorum quoque dogma peruersum dicentium: Si nouit Deus quid oremus et ante quam petamus scit quibus indigemus, frustra scienti loquimur".
- 50 *Psallianorum siue Euchitarum* The Euchitae or Messaliani preferred prayer to sacraments. They were condemned at the Council of Ephesus in 431 and at the seventh Oecumenical Council, the second of Nicaea, in 787 (*Explan. symboli, ASD* V, 1, p. 277, n.l. 118). The sect had penetrated into Syria and Asia Minor from Mesopotamia in the second half of the 4th century. Lambertus Danaeus writes as comments in his edition of *Aug. Haer.* (Genève, 1578): "Messalianorum. In impressis omnibus quos mihi adhuc videre contigit, Psallianorum ... librorum incuria maiusculae hae literae Mes in P mutatae sunt ... Dicti sunt a verbo Chaldaico siue Aramaeo תסלה [he is referring to the pi'el of תסלה] tsalah, quod orare et precari Syris designat".
- 54 *Christi philosophiam* Cf. supra, p. 55, n.l. 22.
56–57 *Nam cantiuncularum ... superos* Similar complaints from Er. in *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 189, ll. 20–26, in *Epist. c. pseud-euang.*, *ASD* IX, 1, p. 306, ll. 661–664, and, very extensively, in *Annot. in i. Cor.* 14, 19, *LB* VI, 731 C – 732 C. Er. explains this passage in more detail following criticism from the Faculty of Theology of Paris in *Declarat. ad cens. Lutet.*, *LB* 897 F – 899 C.
- 61 *cuiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.
65 *Augustinum De gratia et libero arbitrio*, 2, Migne *PL* 44, 883: "Nonne satis indicat voluntate sua hominem in lege Dei consistere? Deinde ... malo". "Alias" may be a reference to *De natura et origine animae*, IV, 7, II, *CSEL* 60, p. 390, *Opus imperfectum contra Iulianum*, IV, 101, Migne *PL* 45, 1397, or Caesarius Arelatensis, *Serm.* 151, 4, *CCSL* 104, p. 619 (= Ps. Aug. *Serm.* 69, 4, Migne *PL* 39, 1878).
- 70 *ad eundem impingeret lapidem* *Adag.* 408, *ASD* II, 1, pp. 484–486, ll. 247–270, has the title "Iterum eundem ad lapidem offendere", but mentions in l. 249: "Iterum ad eundem turpe lapidem impingere", as translation of Zenob. III, 29 (Leutsch-Schneidewin, I, p. 65): δις πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν εἰσχροῦειν λίθον. Cf. supra, p. 91, n.l. 594.
- 70–71 *Sicut ethnici faciunt* Cf. Rummel, *Manifesta mendacia*, *NAKG* 70 (1990), p. 225: "Sed addere debui 'sicut ethnici'. Et hoc addo tum in annotationibus, tum in libello de modo orandi". "Faciunt" does not occur either in modern editions of *Vg.*
- 75–76 *priusquam ... ab eo and orate vos* The reading of *Nov. Test.*
- 77 *emphasis* V. supra, p. 45 sq., introd., §9.
77–214 *Qui es in coelis ... signaculum* In *B*, *C*, *D* and *E* much has been added under the influence of criticism from many sides to corrections in the Our Father; cf. infra, pp. 364 and 538 sq., l. 357 sqq., ad *Mc.* 2, 9, and l. 465 sqq., ad *Lc.* 11, 3 and 4, *Apolog. de In princip. erat sermo, LB* IX, 113 A, and Ep. 1062, l. 84 sq., Ep. 1196, ll. 392–394, Ep. 1967, ll. 146–158, and Ep. 2045, ll. 37–40. On Er.'s reaction to criticism from Lee v. infra, p. 161, n.l. 182, and *Apolog. resp. inuect. Ed. Lei*, Ferguson, p. 275, l. 930 sqq. Er. does not mention a number of critics by name:
1. in Ep. 948, ll. 104–117, "quidam κηρουκτῆς" (cf. Ep. 541, ll. 82–86);
2. in Ep. 948, ll. 136–44, "quendam ... Carmelitam"; according to Allen (Ep. 483, n.l. 26, and Ep. 948, n.l. 110) this is the Antwerp prior of the Carmelites, Sebastiaan Craeys, who accused Er. of sinning against the Holy Ghost by, among other things, correcting the Magnificat and the Lord's Prayer (Epp. 948, l. 110 sqq., and 2045, l. 46 sqq.);
3. in Ep. 948, ll. 220–229, and Ep. 2045, l. 33 sqq., a Dominican, who was also Bishop of Llandaff and confessor to Queen Catharine of Aragon; according to Allen this was Georgius Ateca;
4. infra, p. 518, l. 898: "sycophantae quidam cuculla personati".
Later he reacts to criticism from Stun. and Sutor in *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 90 sqq., and *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, *LB* IX, 769 A–C; he mentions this criticism in *Apolog. adv. monach. Hisp.*, *LB* IX, 1018 F. Cf. Bludau, pp. 76, 122 and 132, Bentley, *Humanists*, p. 150 sq., Augustijn, *Erasmus*, p. 92, Rummel, *Nameless Critics*, p. 45 sq., and *Catholic Critics*, I, pp. 106, 118 sqq. and 229, n. 92, 128 sqq., 141 sq. and 149 sq., and 2, p. 65, and Graham, p. 56.

80 pendemus, Pater coelestis, a quo nobis petenda sunt omnia quibus opus est ad
veram vitam'. Sanctificetur nomen tuum. Ἁγιασθήτω. Sanctum dicitur
non solum purum et impollutum, verumetiam venerandum et inuiolatum. Et
Augustinus explicans tropos Veteris Instrumenti libro quarto ostendit hic *sancti-*
ficetur dictum non pro eo quod est 'fiat sanctum', sed pro 'declaretur sanctum'.
85 Quanquam apud Hieremiam queritur Deus nomen suum pollui inter gentes
culpa suorum. Nullum autem probri genus intolerabilius ingenuis animis quam
parentum ignominia. Siquidem verissime dictum est apud Graecum tragicum:

Δουλοῖ γὰρ ἄνδρα, καὶν θρασύπλαγχνός τις ἦ,
ὅταν συνειδῆ μητρὸς ἢ πατρὸς κακά.

90 Rursum nulla res aequae fulcit et exhilarat filiorum animos ac parentum gloria.
Nam hos affectus quos hominum vulgus habet erga corporeos parentes, transfert
in Deum. Quod genus est et illud quod sequitur: *adueniat regnum tuum*. Si
patres ad amplos honores prouehantur, sub eorum umbra regnant et filii, et sibi
putant accrescere quicquid dignitatis aut autoritatis accreuit patri. Iam ut regni,
95 ita et familiae in hoc sita est felicitas, ut autoritati patris aut regis morigeri sint
omnes nec vlla sit factio dissidiumue, sed ab vnus voluntate pendeant omnia.
Fiat voluntas tua. Tropi nouitatem annotauit et Augustinus. Non enim fiunt
verba nostra, quum perficitur quod iussimus, sed quum iubemus. Nec facit ser-
monem qui re praestat quod dictum est, sed qui loquitur. Nec fiunt vota nostra,
100 quum contingit quod optamus, sed optando fiunt. Ita fit voluntas nostra, quum
datur volendi facultas. Verum haec sermonis forma sumpta ab Hebraeis adeo fre-
quens est in literis sacris, ut mutanda non fuerit. Alioqui Latinius erat 'Fiat quod
vis, etiam in terra quemadmodum fit in coelis'. Sicut in coelo et in terra.
'Ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, id est: 'quemadmodum in coelo, sic etiam in
105 terra'. Interpres dum exprimit Graecam figuram, obscurius extulit sententiam.
Sensus autem est: Sic fiat quod tu vis, in terris – hoc est 'in tuo populo coelesti,
[D] qui adhuc corpore versatur in terris' –, [A] quemadmodum fit in coelo, vbi
nemo repugnat voluntati tuae.

LB 35² [11] Panem nostrum cotidianum. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον. | Quod
[= 37] hic vertit *supersubstantialem*, ad verbum superessentialem sonat. Id autore Hiero-
111 nymo Septuaginta plerunque transferunt περιούσιον, pro quo apud Hebraeos
reperitur פָּנֵי־חֶלֶד, quod Symmachus ἐξαιρετον – id est 'eximium' siue 'egregium' –,
vertit, quanquam idem alicubi verterit 'peculiare'. In Euangelio quod appellatur
Hebraeorum, pro supersubstantiali pane reperit Hieronymus ἄρτος, quod dicitur
115 crastinum. Equidem ut nihil horum improbo, ita quod postremo loco positum
est, mihi maxime probatur. Nec enim in precatione tam coelesti Christus de hoc,
[B] opinor, [A] loquitur pane quem a suis parentibus accipiunt et gentes. Et apud
Graecos ἐπιούσια crastinum dicitur dies. [B] Sic enim vsus est et Lucas in Actibus
Apostolorum, capite septimo, [D] τῇ τε ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, id est 'postero die'. [B] Et
120 indicat Augustinus nonnihil tale sermone vicesimo octauo. [A] Ut hic sit sensus:
quemadmodum patres terreni prospiciunt liberis suis panem quo corpus alatur,

etiam in posterum diem, ita tu nobis prospice panem coelestem animi cibum, qui Pater es coelestis et Pater spirituum. Verum hac de re nonnihil dicemus et alias.

125 [12] Et dimitte. Ἄφεες. Cur non potius 'remitte'? Nam Graeca vox polysemus est. [B] Audio quosdam offensus, quod pro *dimitte* verterim 'remitte'. Cur

92 quod sequitur *D E*: quod mox sequitur *B C*.

109 ἡμῶν *A B D E*: ὑμῶν *C*.

110 hic *C-E*: alibi *A B*.

112 סגלה *scripsi*: סגלה *A B*, סגלה *C-E*.

114 reperit *D E*: repperit *A-C*.

114 מָחַר *A-C*: מָחַר *D E*.

116 precatio *B-E*: oratione *A*.

117 gentes *B-E*: gentiles *A*.

123-125 qui Pater es coelestis ... Et *A B^c C-E*: qui pater es coel/ Et *B*.

126 quod pro dimitte verterim remitte *E Loca*: quod pro dimitte verterim remittite *B-D*.

83 *Augustinus Locut. in Hept. IV, 65, CCSL 33, p. 438, ad Nu. 20, 12*: "Quia non credidistis sanctificare me in conspectu filiorum Israel': id est: sanctitatem meam declarare. Secundum istam locutionem dictum est ... in oratione dominica: 'sanctificetur nomen tuum'."

85 *Hieremiam Ir. 34, 16 (Vg.*: "commaculastis nomen meum") does not refer to the "gentes".

87 *Graecum tragicum Eur. Hipp. 424 sq.*

97 *Augustinus De serm. Dom. II, 6, 21, CCSL 35, p. III sq.*: "Item 'Fiat voluntas tua' recte intellegitur: oboediatur praeceptis tuis, 'sicut in caelo et in terra', id est sicut ab angelis ita ab hominibus ... Qui ergo faciunt voluntatem Dei, in illis utique fit voluntas Dei, non quia ipsi faciunt, ut velit Deus, sed quia faciunt quod ille vult, id est faciunt secundum voluntatem eius".

104-105 *quemadmodum ... terra* The reading of *Nov. Test.*

109 *cotidianum* The translation in *Nov. Test.* is "quotidianum"; *Vg.* reads "supersubstantialem" here, and "quotidianum" in *Lc. 11, 3*. Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 810, col. 1: "supersubstantialem", quanquam Graece est 'superessentialem'."

109 ἐπιούσιον *H.l.* and *Lc. 11, 3*.

110 *hic* Alteration (*A* and *B*: "alibi") under the influence of *Stun.*; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD IX, 2, p. 90, ll. 632-639*. Cf. Bludau, p. 132, and Rummel, *Catholic Critics*, 1, p. 149.

110-111 *Hieronymo Comm. in Mt. I, 6, 11, CCSL 77, p. 37.*: "Quod nos supersubstantialem expressimus, in Graeco habetur ἐπιούσιον,

quod verbum *LXX* interpretes περισούσιον frequentissime transtulerunt. Considerauimus ergo in Hebreo, et vbicumque illi περισούσιον expresserant, nos inuenimus sogolla quod Symmachus ἐξείλετον, id est praecipuum vel egregium, transtulit, licet in quodam loco peculiare interpretatus sit In euangelio quod appellatur secundum Hebraeos pro supersubstantiali pane maar [מָחַר] repperi, quod dicitur crastinum, ut sit sensus: 'Panem nostrum' crastinum, id est futurum, 'da nobis hodie'. Cf. *LXX, Ex. 19, 5; 23, 22; Dt. 7, 6; 14, 2; 26, 18*.

113-114 *Euangelio ... Hebraeorum V. infra, p. 271, n.ll. 961-962*.

114 *Hieronymus V. supra, n.ll. 110-111*.

118 *Lucas Act. 7, 26*.

120 *Augustinus Ps. Aug. Serm. 84, 3, Migne PL 39, 1908 sq.*, taken from *Ambr. De sacramentis*, V, 4, 23, *CSEL 73, p. 68 sq.*

123 *Pater spirituum* Derived from *Hebr. 12, 9*.

124 *alias V. infra, p. 538, ll. 465-472, ad Lc. 11, 3*.

125-126 *polysemus* post-class. (Lewis-Short, s.v.).

126 *quosdam offensus* Among others, Baechem (cf. *Ep. I, Allen, Op. ep. I, p. 26, l. 11 sqq.*) and Batmanson, who had been influenced by Standish (v. More, *Letter to a Monk, CW 15, p. 234 sqq.*). Because of similarities of expression between *Annot. in Lc. 6, 37* (v. *infra, p. 518, l. 896 sqq.*) and *Ep. 983, l. 10 sqq.*, we may also think of the Dominicans, Carmelites and Franciscans mentioned in this letter. Rummel, *Catholic Critics*, 1, pp. 118 sqq. and 141 sqq.

126 *verterim 'remitte' Nov. Test. A B*: "remitto"; *C-E*: "remitte".

isti non item offenduntur, [E] quod 2. Paralip. 36. Manasses sic orat: *Peto rogans te, Domine, remitte mihi, remitte mihi*, [B] quod in symbolo apostolorum, vt vocatur, credamus remissionem peccatorum potius quam dimissionem? [C]

130 Quod si primus omnium pro 'dimitte' dixissem: 'remitte', quid erat flagitii? Nunc diuus Cyprianus enarrans hunc locum toties iterat *remitte* pro *dimitte*, idque in voluminibus a me non aeditis; vt quod aliquoties relictum est 'dimitte', probabile sit a scriba positum. Ad eundem modum citat libro ad Quirin. iii., cap. xxii., referens ex Marco: *Remittite, si quid habetis, vt et Pater vester qui in coelis est, remittat vobis*. Item eiusdem operis cap. xxviii. [E] Iterum in Psalmis: *Remisisti iniquitatem peccati mei*, et: *Remisisti iniquitatem plebis tuae*. [B] Quin et Augustinus libro ad Catechumenos ii., cap. x., quoties vtitur remittendi verbo! *Tibi confide, quoniam remissa sunt tibi peccata tua*. Rursum: *et hanc professionem fidei suae, in qua remittuntur omnia peccata*, etc. Quod si apud hunc frequenter inuenimus 'dimittere' pro 'remittere', aut datum est vulgatae consuetudini sermonis popularis aut a librariis deprauatum est. Quorsum autem attinet excutere quoties hoc verbum sit obuium apud alios scriptores ecclesiasticos [E] pro 'condonare', quum toties occurrat in euangelicis et apostolicis literis, velut Matthaei 12.: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus*, et Lucae 7.: *Remittuntur ei peccata multa q. d. multum*. et Ioannis 20.: *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis?*

145 [B] Quod si vsque adeo sanctum existimant male Latine loqui, non obstat quo minus isti fruantur suo 'dimitte'. Quod, quaeso, est istud hominum genus? Nos modestissime duobus verbis annotauimus quod rectum est; neque cuiquam vnquam vel verbo molesti fuimus, si cui magis arrideat *dimitte*. Isti recte admoniti quirantur in concionibus apud indoctam plebeculam, ad lapides prouocantes; debacchantur in conuiuuis, latrant in gynaeceis, in nauibus, in vehiculis, et vbi non? Clamant actum esse de religione christiana, se frustra theologos esse, repertum qui non veritus sit precationem dominicam corrumpere. O linguas execandas et indignas, quibus euangelium Christi praedicetur! Ad hoc explicandum

155 infantes et insulsi, ad lacerandam hominis benemerentis famam et disertis sunt et venusti scilicet, sycophantas praestant, hierophantas professi. Quid autem arrogantius? Per nos illis licet, quantum libitum fuerit, *σολοικίζειν*; nullus obstrepit, nullus reclamatur. Nobis per illos emendate loqui non licebit? Sed praestat id quod erat institutum, persequi. [D] Debita nostra. *Ὁφειλήματα*. Quidam hic arguantur debiti vocem plura complecti quam peccati, videlicet poenam culpae debitam; quod an verum sit nunc non excutio. Certe diuus Augustinus simpliciter interpretatur *debita* 'peccata' et Lucas vndecimo pro *ὀφειλήματα* ponit *ἁμαρτίας*, et interpres vertit *peccata nostra*. [A] Sicut et nos. *Ὡς καὶ ἡμεῖς*. Hoc loco non conditio, sed similitudo significatur, id quod euidentius explicat Lucas. Sentit enim alterum fieri inter filios coelestis Patris, alterum rogat, vt fiat. [B] Neque enim rogant, vt vicissim inter sese sibi dent veniam, quod in ipsis situm est, sed quemadmodum ipsi inter sese mutuis erratis ignoscunt, vt [D] facere [B] par est eiusdem familiae filios, ita sit et ille propitius Pater nec vlcisci velit, si quid forte aduersus ipsum deliquerunt.

165

- 170 [I3] [D] Et ne nos inducas. Εἰσενέγκης. Augustinus indicat in nonnullis
 codicibus fuisse scriptum *ne inferas*, ad sensum tamen arbitratur nihil referre. Nec
 refert, nisi quod εἰσενεγκεῖν magis sonat ‘impingere ac vi inducere’, quum indu-
 catur et volens amicus. Hoc indicasse satis est huic proposito; caetera petantur ab
 aliis. [A] A malo. Ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Potest et ad rem referri, quasi dicas: ‘a
 175 malitia’. Verum articulus additus suadet, vt magis referatur ad diabolum. Nam
 huius est tentare. Et hunc opponit Patri, vnde coepit precatio. [B] Ita docet
 LB 36² Chrysostomus hunc edisserens locum. |[A] Quia tuum est regnum. Hanc
 [= 38] coronidem in omnibus Graecorum exemplaribus adiectam comperio: “Ὅτι σοῦ

178 comperio: “Ὅτι D E: comperio, et interpre-
 tatur eam Vulgarius, ὅτι A B, comperio, et

interpretatur eam Theophylactus C.

- 127–128 2. *Paralip.* *mihī* Cf. *Loca*, p. 240:
 “pag. 33. vers. 1. lege hunc in modum, quod
 pro dimitte, verterim remitte, cur isti non
 item offenduntur quod Manasses sic orat
 Paralip. 36. Peto rogans te domine, remitte
 mihi, remitte mihi: Et psalmista, Remisisti
 iniquitatem peccati mei [Ps. 31 (32), 5, in
 Vg.: “remisisti impietatem peccati mei”; “ini-
 quitatem” is the reading of the *Psalterium*
iuxta Hebraeos, Migne *PL* 28, 1212 A], et
 remisisti iniquitatem plebis tuae [Ps. 84 (85),
 3]”.
- 127–128 *Peto ... remitte mihi Oratio Manassae*
 (apocryphal), 13.
- 128 *symbolo apostolorum* Cf. infra, p. 207, n.ll.
 338–339.
- 131 *Cyprianus Dom. orat.* 22 sq., *CCSL* 3A, p.
 103 sq. twice, quoting *Mt.* 6, 12, and *Mc.* 11,
 25 sq., *Quir.* III, 22 and 28, *CCSL* 3, pp. 120
 and 123. The addition from 1522, ll. 130–135,
 may be explained by the fact that Er. pub-
 lished the first edition of *Cypr.*’s *Opera* in
 February 1520 and the second in November
 1521 (both in Basel by Froben); in the latter
 he also defends himself in a note in relation
 to f^o 239, versu 16, against the criticism of his
 translation of “remitte” (in the editions of
 Basel, Froben, 1530 and 1540, f^o a 6 v^o ad f^o
 237, versu 29: “Et remitte nobis debita nos-
 tra, etc.’ Vbi sunt quidam circumforanei
 rabulae, qui apud populum indoctum coe-
 lum terrae miscebant, quod in precatione
 dominica pro ‘dimitte’ mutarim ‘remitte’,
 non damnans omnino quod nos legimus, sed
 quod elegantius est, praeferens? Atqui
 Cyprianus tot ante nos seculis ausus est sic
 precari Deum: ‘Remitte nobis’. Et hi volunt
 haberi Christianae religionis columina, qui
 ob naenias huiusmodi proximum criminan-
 tur apud indoctam plebeculam. Porro ne
 quis impudens cauilletur locum a me cor-
 ruptum, consulat vel descriptos vel excusos
 typis codices.”); cf. Chomarat, *Grammaire*,
 1, pp. 458 and 496 sq.
- 134 *Marco Mc.* 11, 25.
- 135 *Psalms Ps.* 31 (32), 5, and 84 (85), 3. Cf.
 supra, n.ll. 127–128.
- 136–137 *Augustinus* A work by Quoduultdeus
 that was handed down as anonymous or as
 written by Aug., *Sermo* 1. *de symbolo*, 10, 4
 and 14, *CCSL* 60, p. 330 sq.: “Fili, inquit,
 confide, quoniam ... tua” and “et hanc ...
 peccata”.
- 143 *Matthaei Mt.* 12, 31.
- 144 *Lucae Lc.* 7, 47 (“q. d.” in l. 145 = “quo-
 niam dilexit”).
- 145 *Ioannis Ioh.* 20, 23.
- 159 *institutum* V. supra, p. 48, introd., §10.
- 159–163 *Debita ... nostra* This addition from
 1527 may be connected with criticism from
 Sutor; cf. *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*,
LB IX, 769 A and 801 F.
- 161 *Augustinus De serm. Dom.* II, 8, 28, *CCSL*
 35, p. 116.
- 162 *Lucas Lc.* 11, 4.
- 170 *Augustinus De serm. Dom.* II, 9, 30, *CCSL*
 35, p. 119: “Sexta petitio est: ‘et ne nos infe-
 ras in temptationem’. Nonnulli codices
 habent inducas, quod tantundem valere arbi-
 tror; nam ex vno Graeco quod dictum est
 εἰσενέγκης vtrumque translatum est”.
- 174–176 *A malo ... precatio* Cf. supra, p. 144
 sqq., l. 832 sqq., ad *Mt.* 5, 39.
- 177 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 19, 6, Migne *PG*
 57, 282; Trapezuntius, 195 B: “Malum vero
 hic diabolus vocat”.

- ἔστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Id est: 'Quoniam tuum est regnum et potestas et gloria in secula. Amen'. Verum quando nec in vllis Latinorum exemplaribus ascriptum visitur nec exponitur ab Hieronymo aut vlllo prorsus interpretum praeter [B] Chrysostomum et huius abbreviatorem [A] recentem Theophylactum, apparet ex solenni consuetudine sic additum, vt angelicae salutationi quaedam adiecerunt nec ab angelo dicta nec a quopiam alio.
- 185 Nam *Benedicta tu in mulieribus* Elizabeth verba sunt; et *Quia peperisti Seruatorem animarum nostrarum* a nemine dictum est. Consimili studio adiectum est in fine Psalmorum *Gloria Patri*. Proinde non est cur Laurentius Valla stomachetur bonam precationis dominicae partem fuisse decurtatam. Magis taxanda fuerat illorum temeritas qui non veriti sint tam diuinæ precationi suas nugas assuere.
- 190 [B] Nugas enim iure dixerim ad diuinam doctrinam quicquid ab hominibus profectum fuerit, praesertim si quod ab hominibus annexum sit, ad Christum autorem conferatur. Quod si quis contendat hoc ab ipso Christo fuisse additum, necesse est, vt fateatur omnes nostros ac totam Romanam ecclesiam hactenus fugisse bonam partem dominicae precationis. [C] Ac ne Africanam quidem [D] recte legisse. [C] Nam Cyprianus enarrans peculiari libello locum hunc Euangelii ne verbo quidem agnoscit hanc coronidem. Porro qui ideo putant ab euangelista fuisse additam, quod Chrysostomus interpretetur, leui nituntur argumento. Siquidem interpretatur ille quod solennis vsus ecclesiae [D] Graecanicae [C] quotidie sonabat, perinde quasi quis enarrans Psalmos interpretaretur solennem illam coronidem *Gloria Patri et Filio*. Nec mirum, si hoc dignatus est facere Chrysostomus, cum in homiliis diligenter exponat hymnum quo monachi quidam soliti sunt consecrare conuiuium suum. [D] In Aurea Catena hoc modo citatur Chrysostomus: *Quia vero sollicitos nos fecerat inimici memoria, in hoc quod dixerat: 'libera nos a malo', rursus audaciam praebet per hoc quod in quibusdam libris subditur, 'quia tuum est regnum'* etc.; quod vnde sumptum sit, nescio. [E] Nam haec verba non reperiuntur in Chrysostomi commentariis. [C] Qui contendunt hanc coronidem ascriptam fuisse ab euangelista, iidemque confirmant hanc aeditionem aut esse Hieronymi aut certe ab illo castigatam, velim, vt explicent nobis cur ille tantam sacrae precationis partem ausus sit omittere, qui ne in commentariis quidem vllam huius fecerit mentionem. Haec cum sint dilucidiora quam vt argumentis egeant, tamen non defuerunt qui mihi ex hoc quoque loco grauem struerent calumniam. [A] Caeterum *amen*, quod Aquila interpretatur 'fideliter' et hic simili modo videri poterat adiectum, Hieronymus admonet orationis dominicae esse signaculum.
- 215 [14] *Peccata eorum*. Παράπτωματα, id est 'delicta', vt mox vertit, siue 'errata' siue 'lapsus'. Siquidem a labendo vox dicta est. Et Latinius 'sua' quam *eorum*, id quod constanter contemnit interpres. Ac rursum dimittet pro 'remittet'.

183 Theophylactum C-E: Vulgarium A B.

185 Seruatorem C-E: saluatorem A B.

188 precationis B-E: orationis A.

189 precationi B-E: orationi A.

215 vt mox B-E: et mox A.

- 179–180 *Quoniam ... secula* This passage is not included in *Vg.*, but it is included in *Nov. Test.* (“quia tuum ... in saecula saeculorum”).
- 181 *Hieronymo* Hier. does not mention it in *Comm. in Mt.* I, 6, 11–13, *CCSL* 77, p. 37.
- 182 *Chrysostomum ... abbreviatorem Hom. in Mt.* 19, 6, Migne *PG* 57, 282. This passage from 1519 was probably added under the influence of Lee; cf. Lee, *Annotationes*, f^o y 4 v^o: “Fatur apud Chrysostomum inueniri coronidem in fine precatationis dominicae”, and *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 132 D – 133 E. The additions from 1522 and 1527, ll. 194–212, may be explained in part by the fact that Stun. too discussed this lemma; v. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD IX*, 2, p. 92, ll. 641–656. Cf. Rummel, *Nameless Critics*, p. 55 sq., and *Catholic Critics*, I, p. 106.
- 183 *Theophylactum Enarr. in Mt.* 6, 13, Migne *PG* 123, 205 B.
- 183–187 *apparet ... additum ... Patri* Cf. Er. *Apologia*, Holborn, p. 171, ll. 4–7: “Comperio quaedam apud illos addita ex more solemnium, veluti coronidem illam sic additam precatationi dominicae, quemadmodum apud nos in calce Psalmorum adicitur gloria patri”. The *Complut.* contains the note (f^o A 5 r^o): “Sed notandum quod in missa grecorum, postquam chorus dicit illa verba orationis dominice, scilicet ‘Sed libera nos a malo’, sacerdos respondet ista verba supra dicta, scilicet ‘Quoniam tuum est regnum,’ etc. et dicunt greci quod solus sacerdos potest pronuntiare illa verba et non alius. Et sic magis credibile videtur quod ista verba non sint de integritate orationis dominice, sed quod vicio aliquorum scriptorum fuerunt hic inserta, nam videntes quod publice dicerent in missa, crediderunt esse de textu ...” (Bentley, *New Light on the Editing of the Complutensian New Testament*. *Bibliothèque d’humanisme et Renaissance*, 42, 1980, p. 148 sq., and *Humanists*, p. 78). In the liturgy of John Chrysostom (ed. P. de Meester, Rome-Paris, 1925, p. 85 sqq.) the priest first says the Our Father up till and including *ἵησαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ*, and once the leader of the choir and all the members of the choir have subsequently repeated it, he follows with: “Ὅτι σοῦ ... τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. The first half of the choir then concludes with: Ἀμήν.
- 185 *Benedicta ... mulieribus* This is what the angel says in *Lc.* I, 28 (*Vg.*); Elizabeth says in *Lc.* I, 42 (*Vg.*): “Benedicta tu inter mulieres”.
- 185–186 *Quia ... nostrarum* This addition to the Ave Maria, inspired by *Lc.* II, 27, is derived from the liturgy of the Eastern Church (“Ὅτι σωτῆρα ἔτεκες τῶν ψυχῶν ἡμῶν. V. F.E. Brightman, *Liturgies Eastern and Western*, Oxford, 1896, 56 and 128). The Latin version probably became known in Western Europe through the Rumanian Catholics of the Latin rite. *Liturgisch woordenboek* (Roermond, 1965–68), 2, p. 2904 sq.
- 185 *Seruatorem* V. infra, p. 464, ll. 514–515.
- 187 *Valla Annot.*, Garin, I, p. 810, col. 1: “Illud autem qua ratione niti potest quod bonam partem dominicae orationis decurtauimus? ‘Ὅτι σοῦ ἐστὶν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν, id est: ‘quia tuum est regnum et potentia et gloria in secula, amen’”.
- 190–212 *Nugas ... calumniam* Cf. supra, p. 155, n.ll. 77–214.
- 195 *Cyprianus Dom. orat.*, *CCSL* 3A, p. 87 sqq. (*CSEL* 3, I, p. 265 sqq.).
- 196–197 *qui ideo putant ... argumento* Er. refers to Lee and Stun. Cf. supra, (n.) I. 182.
- 202 *Aurea Catena* Thomas Aquinas, *Catena Aurea*, Guarienti, I, p. 109, col. 1: “Chrysostomus In Matth. (hom. 20). Quia ... subditur. Quoniam ... regnum et virtus et gloria”. Thomas probably used for Chrys. the translation by Burgundio of Pisa from 1151 (which never appeared in print; v. M. Flechia, *La traduzione di Burgundio Pisano delle Omelie di S. Giovanni Crisostomo supra Matteo*, *Aevum*, 26 (1952), p. 113 sqq.). The text is more of a paraphrase than a translation of Chrys. *Hom. in Mt.* 19, 6, Migne *PG* 57, 282; cf. Trapezuntius, 195 C: “Postquam inimici nos commemoratione ad certamen promouit, desidiamque a nobis omnem prorsus exclusit, rursus mentes nostras confirmat ac suscitatur, illius nos regis cui fideliter subdimur commonendo, eumque omnibus potentiorum esse monstrando”.
- 206–212 *Qui contendunt ... calumniam* Reaction to Stun. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD IX*, 2, p. 92, ll. 640–656. Rummel, *Catholic Critics*, I, p. 153.
- 209 *ille* Hier.; cf. supra, n.l. 181.
- 212–213 *Aquila ... Hieronymus Comm. in Mt.* I, 6, 13, *CCSL* 77, p. 37: “Amen”. Signacula orationis dominicae quod Aquila interpretatur fideliter, nos vere possumus dicere”.
- 215–218 *delicta ... remittet Nov. Test.*: “errata sua, remittet”. Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 810, col. 1: “Ego ‘peccata sua’ dixissem, ἀὐτῶν”.

[16] Hypocritae tristes. Σκυθρωποί, id est ‘tetrici, parumque alacres’.
 220 Latine vertit interpres, modo intelligatur ‘tristis’ non qui doleat, sed qui vultu sit inamoeno ac seuero. Nam alias *Tristis est anima mea* pro ‘dolente’ vertit et *contristare* pro ‘dolore afficere’, λυπεῖσθαι. [C] Miror hypocritae Graecam vocem vsque adeo placuisse Christianis Latinis, cum simulator dicatur Latine. Non mihi tempero quin animi gratia recenseam quod adiectum est in Lyrani commentariis.
 225 Neque enim suspicari libet illum vsque adeo ineptisse; *Hypocrita*, inquit, *dicitur ab hypos, quod est sub, et crisis aurum; quia sub auro vel sub honestate exterioris conuersationis habet absconditum plumbum falsitatis*. Eant nunc et negent referre vtrum Graece norit aliquis an secus. [A] Exterminant enim. Ἀφανίζουσιν. Quod Chrysostomus interpretatur διαφθείρουσι καὶ ἀπολλύουσιν, id est: ‘corrumpunt ac perdunt’. [B] Quod videlicet odiosius putat personis histrionum. Siquidem illi natiuam faciem persona tegunt duntaxat, isti vero corrumpunt ac perdunt propriam faciem et citra personam agunt fabulam. Qui sic interpretantur, hoc mihi videntur secuti, quod qui perit, e medio sublatus dicitur etiam Graecis. [A] Diuus Hieronymus vertendum putat *demoliuntur*, addens exterminandi verbum inscitia interpretum frequenter obuium esse in sacra scriptura; cum aliud quiddam significet quam illi sentiri volunt. Siquidem ‘exterminare’ est ‘e terminis ac finibus profligare’, quemadmodum ‘eliminare’ ‘extra limen ac foras efferre’. [D] Sic vsus est Cicero libro *Offic.* 3. et aliis praeterea locis. [A] Hilarius hoc loco ἀφανίζειν interpretatur *conficere*, nec id sane ineleganter. Est enim ‘obscurare’ ac
 240 velut ‘e conspectu tollere’; velut qui fucis vtuntur, caelant suam faciem ac ceu persona tegunt, ita qui ficta macie tristisque pallore sanctimoniam simulant. Nam et pietas suam habet tenuitatem, suum pallorem, sed in quo Christi reluceat alacritas. Vt pareant hominibus. Ὅπως φανῶσιν. Quod modo vertit *vt videantur*, nunc vertit *vt pareant*, mire lasciuiens sua copia. Caeterum νηστεύοντες participium [C] verbi [A] infiniti vice positum videtur more Graecorum; vnde nos ita vertimus: *quo perspicuum sit hominibus ipsos ieiunare*. Nec enim in hoc
 LB 37 [= 39] reprehenduntur quod studerent videri ieiunare, cum non ieiunarent, sed quod ieiunium omnibus conspicuum esse vellent, quod potius erat dissimulandum. Itidem mox: *ne videaris hominibus ieiunans; ne conspicuum sit hominibus te ieiunare*.
 250 Receperunt mercedem. Rursus est ἀπέχουσι, id est ‘habent’, vt ante monstraui.

[18] Reddet tibi. Et hic addunt Graeci codices ἐν τῷ φανερώ, id est ‘in propatulo’, vt opponatur ei quod est ‘in occulto’. Caeterum hic, quod

[19] Ἀφανίζει vertit *demolitur*, ex sententia Hieronymi facit. Quanquam ego
 255 malim ‘corrumpi’, quum de tineis loquatur et blactis. Nam ‘demoliri’ potius est parietem aut murum destruere, [B] verbum a mole dictum.

[20] [A] Thesaurizate. Mirum cur Graeca vox vsque adeo delectarit
 260 θησαυρίζετε, cum dicere potuerit: ‘reponite’, ‘recondite’, ‘colligite’, ‘coaceruate’. Thesaurus enim proprie diuitiae sunt sepositae et in longum tempus reconditae, quam Persae gazam appellant. [E] Constat enim Graecis θησαυρόν dici παρὰ τὸ εἰς αὔριον θεῖναι, hoc est: ‘in crastinum’ siue ‘in posterum reponere’. [A] Neque

265 tam est effodiunt, quam ‘perfodiunt’, διορύσσουσι. Siquidem perfosso pariete fures ad scrinia penetrant. Nec erugo nec tineae. Ούτε σής ούτε βρωῖσις. Cyprianus libro tertio ad Quirinum legit *neque tineae neque comestura exterminabit*. Nec est

[21] Thesaurus tuus, sed ‘vester’, ὑμῶν. Etiam si mox numerum mutat, *Si oculus tuus simplex*. Nec est cor tuum, sed ἔσται, ‘erit’.

270 [22] Lucerna corporis tui. Nec additur in Graecis exemplaribus *tui*, sed tantum *corporis*, et sententia plusculum habet dignitatis, si omittatur, ut sit absoluta. Quod lucerna est in domo, id est oculus in corpore, non in tuo solum aut meo, sed in quouis hominis aut animantis corpore. Atque ita legit diuus Chryso-

236 sentiri *D E*: sentire *A–C*.

244 Caeterum *B–E*: Caeteri *A*.

252–253 Reddet ... occulto *inter* 256 destruere *et* 257 Thesaurizate *posuit A*.

255 quum *C–E*: cum *A B*.

219 *tetrici* The reading of *Nov. Test.*

221 *Tristis ... anima mea Mt.* 26, 38, and *Mc.* 14, 34; cf. *Ps.* 41 (42), 6 and 12, and 42 (43), 5: “Quare tristis es, anima mea?”

221–222 *contristare Mt.* 26, 37.

222–223 *Mirror ... Latine* Cf. supra, p. 150, l. 964 sqq.

224 *Lyrani Postilla*, ad locum.

228 *Exterminant Nov. Test.*: “Obscurant”; cf. infra, ll. 234–237.

229 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 20 (21), 1, Migne *PG* 57, 287: Ἀφανίζουσι γὰρ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, τουτέστι, διαφθείρουσιν, ἀπολλύουσιν. Trapezuntius, 200 C: “exterminant”, inquit, ‘facies suas’, hoc est: ‘corrumpunt atque disperdunt’.

234 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 6, 16, *CCSL* 77, p. 38: “Verbum ‘exterminant’, quod in ecclesiasticis scripturis vitio interpretum tritum est, aliud multo significat quam vulgo intellegitur. Exterminantur quippe exules qui mittuntur extra terminos. Pro hoc ergo sermone demoliuntur semper accipere debemus”.

238 *Cicero Off.* III, 6, 32, and II, 47; *Balb.* 22, 51, *Mil.* 37, 101, *Nat.* I, 23, 63, *Rep.* III, 17, 27, and *Sest.* 4, 9, and 13, 30.

238 *Hilarius In Mt.* 5, 2, *SC* 254, p. 150: “Ieiuniorum profectum docet extra iactantiam confecti corporis esse oportere”.

243–244 *ut videantur Mt.* 6, 5.

246 *quo ... ieiunare* The reading of *Nov. Test.*

249 *ne videaris ... ieiunans Mt.* 6, 18 (*Vg.*); *Nov. Test.*: “ne conspicuum ... ieiunare”.

250 *habent* The reading of *Nov. Test.*, as in *Mt.*

263–265 Nec erugo ... exterminabit *om. A B, inter* 267 erit *et* 268 *Lucerna posuerunt C D.*

271 corpore. Atque *B–E*: corpore. Nec est oculus tuus, sed tantum oculus. Atque *A*.

6, 2; v. supra, p. 151, l. 981.

252–253 *in propatulo* Included in *Nov. Test.* after *Mt.* 6, 18: “reddet tibi”.

254 *Hieronymi V.* supra, n.l. 234.

255 *corrumpi Nov. Test.*: “corrumpit”.

255 *tineis ... et blactis Mt.* 6, 20, only mentions “tinea”; “et blactis” was probably added under the influence of *Hor. Serm.* II, 3, 119: “blattarum et tinearum epulae”.

260 *quam* Does not agree in gender with the antecedent, but with the predic. acc.; cf. supra, p. 137, n.l. 666.

263 *Nec erugo nec tineae Vg.* and *Nov. Test.*: “neque erugo neque tinea”.

264 *Cyprianus Quir.* III, 1, *CCSL* 3, p. 84: “neque tineae neque comestura exterminat”.

266–267 *Thesaurus ... erit* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 810, col. 2: “‘Erit et cor’ legendum est, non ‘est’, ἔσται. Et ‘vester thesaurus’, non ‘tuus’, et ‘cor vestrum’, non ‘tuum’, ὑμῶν”. *Nov. Test.*: ὁ θήσαυρος ὑμῶν ... ἔσται καὶ ἡ καρδία ὑμῶν; “vbi fuerit thesaurus vester, illic erit et cor vestrum”.

268–270 *Lucerna ... absoluta* Is a variation on Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 810, col. 2: “Neque ‘tui’, neque ‘tuus’ est Graece. Habetque maiorem quandam in se dignitatem generalis oratio de omni loquens quam ad vnum directa”. Nor do “tui” and “tuus” occur in *Nov. Test.* Cf. infra, p. 542, l. 561 sq., ad *Lc.* II, 34.

269–270 *absoluta V.* supra, p. 44, introd., §9.

271–272 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 20 (21), Migne *PG* 57, 290: Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός.

stomus [B] in his homiliis quas Basileae vidimus Graece scriptas, [D] consentiente Theophylacto et aeditione Hispaniensi, [A] atque ita citat Hieronymus scribens aduersus Luciferianos. Denique sic scriptum comperimus et in peruetustis Latinorum codicibus. [B] Sumitur enim similitudo ab oculo corporis ad oculum mentis. Quod est oculus in corpore animantis, id est affectus in animo, qui si purus fuerit, totus animus erit syncerus. Proinde prior illa pars, *Lucerna corporis est oculus*, pertinet ad id vnde ducitur collatio; posterior, *Si oculus tuus fuerit simplex* etc., pertinet ad ea ad quae accommodatur similitudo; vnde addit *tuus, qui spiritualis es et cuius oculos synceros requiro*.

[23] [A] Si oculus tuus nequam. Πονηρός, id est ‘malus’ siue ‘peruersus’. Nam Graeca vox magis sonat versutum ac maliciosum, vt opponatur simplici. Simplex oculus est nulla re vitiatum, puta lemis aut pituita aut morbo. Caeterum lippus aut strabus aut lusciosus deprauatus est. Alioqui ‘nequam oculus’ [D] emendate loquentibus [A] magis sonat libidinosum quam vitiatum. Ipsae tenebrae quantae. Τὸ σκότος πόσον. Quod addidit *ipsae*, recte explicuit vim articuli Graeci. Caeterum festiuor erat oratio, si non addidisset *erunt*, quod apud Graecos non additur. Tantum est *tenebrae quantae*?

[24] Vnum odio habebit. Τὸν ἕνα μισήσει. Sermo nonnihil habet obscuritatis, etiamsi sensus liquet. Duos enim ponit, puta Demeam ac Mitionem, quorum alterutri sit adhaerendum, nam vtrique simul non potest. Aut Demea diligendus est, vt oderis Mitionem, aut Mitio diligendus, vt oderis Demeam. Proinde [C] mea sententia [A] rectius vertisset per ‘hunc’ et ‘hunc’ quam per *vnum* et *vnum*. Deinde non est ociosus Graecus articulus; certum enim significat perinde quasi demonstrat aliquem, τὸν ἕνα, τὸν ἕτερον. Quanquam illud, τὸν ἕνα, non sic accipiendum est, vt prius referatur ad ‘Deum’, alterum ad ‘mammona’; alioqui bis idem diceret, sed vt vtrunque τὸν ἕνα ad vtramlibet personam pertineat; quam vtramcunque delegeris, ei opponitur τὸν ἕτερον. Quod si hic accipias, vt iuxta consuetum distribuendi morem prius ἕνα notet Demeam, posterius Mitionem, iam hic erit sensus: ‘Demeam odio habebit ac Mitionem diliget’ aut ‘Mitioni adhaerebit et contemnet Demeam’. Itaque vides idem bis dici, quum ‘aut’ coniunctio significare soleat diuersitatem. Sed tota oratio ad vtramlibet personam pertinet nec *aut* coniunctio mutat personam, sed rem. Annotauit super ea re nonnihil et Chrysostomus homilia vigesimasecunda. Et mammonae. Mammona neque Graeca vox est nec Hebraica, sed Syriaca, vt ostendit diuus Hieronymus, idem apud eos significans quod apud Graecos πλοῦτος, quem poetae deum faciunt. Est enim vox singularis numeri, generis masculini. Diuus Augustinus indicat linguam Poenorum affinitatem habere cum Hebraeorum lingua – id quod alicubi fatetur et Hieronymus –, porro Poenorum lingua mammon vocari lucrum. Caeterum quod idem mammona vocem putauit Hebraicam, cum Syra sit, mirum non est, cum inter Hebraeam quoque et Syram nonnulla sit cognatio.

[25] Animae vestrae. Τῆ ψυχῆ. ‘Animam’ pro vita posuit velut et alias: *qui perdidit animam suam*. Caeterum quid bibatis, etiamsi reperitur additum in

315 nonnullis codicibus, superfluum est, quod cibi nomine potus contineatur et
 aquae potus nemini non pateat. Certe nec apud Chrysostomum additur nec
 apud Hilarium. Hieronymus indicat in nonnullis codicibus ascriptum fuisse,
 verum edisserens negligit. Nos passi sumus adiici, ne Latina non responderent
 Graecis. [B] Certe in peruetustis exemplaribus non ascribitur, licet paulo inferior
 320 etiam potus fiat mentio: *Nolite esse solliciti dicentes: Quid manducabimus, aut
 quid bibemus?* [A] Ac rursus nonne anima. Apertius erat ‘nonne vita’.

289–290 *μισήσει* ... Duos B–E: *μισήσει*. Obs-
 cure ac vt liberius dicam inepte vertit
 interpres. Duos A.

295–304 aliquem ... Et mammonae E: ali-
 quem, proinde nos ita vertimus, aut enim
 hunc habebit odio, et alterum illum diliget,
 aut huic adhaerebit, et alterum illum negli-

272 *in his homiliis* ... Graece scriptas May have
 been added due to the influence of Lee. Cf.
Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX, 134 C (in
 connection with *Annot. in Mt. 9, 4*): “Cum
 mihi Basileae primum ederetur hoc opus,
 suppediatum est nobis e Bibliotheca Praedi-
 catorum volumen Graecum homiliarum
 Chrysostomi titulo, ‘in Mathaeum’, sed
 imperfectum”. The current whereabouts of
 this manuscript is unknown (A. Vernet, *Les
 manuscrits grecs de Jean de Raguse*, in *Basler
 Zeitschrift für Geschichte und Altertums-
 kunde*, 61 (1961), p. 87 sq.). Cf. supra, pp.
 32 and 133, introd., n. 232, and n.l. 536.

273 *Theophylacto Enarr. in Mt. 6, 21–23*, Migne
 PG 123, 208 B.

273 *aeditione Hispaniensi* The *Complut.* reads *ὁ
 λύχνος τοῦ σώματος*, “lucerna corporis tui”.

273 *Hieronymus Dialogus contra Luciferianos*, 5,
 Migne PL 23, 159 D.

281 *malus* The reading of *Nov. Test.*

284 *nequam oculus* Cf. *Mt. 20, 15*.

285–286 *Ipsae tenebrae quantae* “Ipsae”, the rea-
 ding in part of the witnesses of *Vg.*, is also
 included in *Nov. Test.*

290 *Demeam ac Mitionem* Demea and Micio,
 brothers in *Ter. Ad.* Of the two sons of
 Demea, Ctesiphon and Aeschinus, the first
 was raised strictly by his father, the second
 was raised by Micio in a liberal and easy-
 going manner.

304 *Chrysostomus Hom. in Mt. 21 (22), 1*,
 Migne PG 57, 294 sq.

306 *Hieronymus Comm. in Mt. I, 6, 24, CCSL*
 77, p. 39: “Mammona sermone Syriaco diui-
 tiaie nuncupantur”.

308 *Augustinus De serm. Dom. II, 14, 47, CCSL*

get. Et mammonae A, aliquem ... negliget.
 Annotavit super ea re nonnihil et Chrysosto-
 mus homilia vigesimasecunda. Et mammo-
 nae B, aliquem ... nec ‘aut’ mutavit ... Et
 mammonae C D.

306–307 poetae D E: illi A–C.

35, p. 138: “Mammona apud Hebraeos diui-
 tiaie appellari dicuntur. Congruit et Punicum
 nomen; nam lucrum Punicè mammon dicitur”.

309 *Hieronymus Comm. in Is. III, 7, 14, CCSL*
 73, p. 103: “Lingua quoque Punica, quae de
 Hebraeorum fontibus manare dicitur”,
Comm. in Ir. V, 19, CCSL 74, p. 243: “Poeni
 ... quorum lingua Hebraeae linguae magna
 ex parte confinis est”, and *Hebr. quaest. in
 Gn. 36, 24, CCSL 72*, p. 44: “Punicae linguae
 viciniam, quae Hebraeae contermina est”.

310 *idem* Augustinus; cf. supra, l. 308.

313–314 *qui ... suam Mt. 10, 39*.

314 *quid bibatis* Not included in modern edi-
 tions of *Vg.* Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 810,
 col. 2, notes in this connection that although
 we need not be anxious about drinking
 water, we should probably be anxious about
 drinking wine and other liquids, and that in
 the Greek text of *Mt. 6, 31*, “quid bibemus”
 is certainly mentioned. *Nov. Test. A*: “quid
 esuri sitis, aut bibituri”, B–E: “Quid edemus,
 aut quid bibemus”; cf. l. 319 sqq.

316 *Chrysostomus Hom. in Mt. 21 (22), 2*,
 Migne PG 57, 296 sq.

317 *Hilarius In Mt. 5, 6, SC 254*, p. 154.

317 *Hieronymus Comm. in Mt. I, 6, 25, CCSL*
 77, p. 39: “In nonnullis codicibus additum
 est: neque quid bibatis”.

320–321 *Nolite ... bibemus Mt. 6, 31 (Vg.: “sol-
 liciti esse”)*.

321–325 *nonne anima ... pluris Vg.*: “Nonne
 anima plus est quam esca”, *Nov. Test.*:
 “Nonne anima pluris est quam cibus”. In
 Aristot. I did not find the opinion which Er.
 ascribes to him.

Quam esca. Τῆς τροφῆς, id est ‘cibo’ siue ‘alimonia’, vt potum quoque complectatur. Etiam si Aristoteles potum esse negat qui nutriat, vt cuius vis sit cibum in membra digerere. Caeterum pro πλεῖον, quod Graecis sonat plus, recte mutatum est *pluris*, [B] et Latinitatis habita ratio.

[26] [A] Respicite volatilia. Ἐμβλέψατε τὰ πετεινά, id est: ‘intuemini ad volatilia’, vt verbum verbo reddam. Certe respicit qui in tergum deflectit oculos. Vnde maluimus circumloqui: *vertite oculos ad volatilia coeli*. Quae non serunt. [B] Sic enim legitur in plerisque codicibus: [A] ὅτι, id est: ‘quia non serunt’. Et diuus Hieronymus legit *quoniam*. Ego malim ‘quod’, vt accipiatur εἰδικῶς. Siquidem id ipsum est quod nos vult intueri, aues non facere sementem, cum tamen hominum more viuant nec interim vlla distringantur sollicitudine parandi victus. Magis pluris estis. Μᾶλλον διαφέρετε, id est: ‘magis antecellitis’ siue ‘praestatis illis’. Siquidem διαφέρειν Graecis non solum est ‘differre’, sed et ‘praecellere’. Quoniam in ipso verbo vis est comparatiui; aut congeminatione epitasin habet eminentiae aut μᾶλλον positum est pro ‘potius’. Proinde nos vertimus *Nonne vos longe praecellitis illa?* Nam interpret videtur etiam affectasse sermonis absurditatem. [B] Augustinus de tropis Veteris Testamenti demonstrat apud Hebraeos aduerbium comparandi nonnunquam adiici ex superfluo. Et fieri potest, vt hanc quoque sermonis formam expresserit Graecus interpres.

[27] [A] Quis ex vobis cogitans. Μερμυῶν. Plus est quam *cogitans*, sed ‘anxie ac sollicite cogitans’, participium eius verbi quod saepe vertit *sollicitum esse*. Porro quod sequitur, ad staturam suam, Graecis est ἡλικίαν, quae et aetatem significat, quasi dicas: ‘granditatem’. Vnde et maior et minor et grandis ad aetatem referuntur; quod ex auctu corporis aetas deprehenditur in adolescentibus.

[28] Lilia agri. Τοῦ ἀγροῦ. Non ociose addidit ἀγροῦ, quod hortensia lilia nonnihilo debere videri poterant curae humanae; quemadmodum ante dixerat: ‘volucres coeli’, vt distingueret ab altilibus. Nec est considerate, sed καταμάθετε, id est ‘cognoscite’ siue ‘cognoscitis’. Nam Graeca vox anceps est. Vt omitam quod

[29] Ὅτι rursum vertit *quoniam* pro ‘quod’, tametsi praestabat omitti. Ac rursus coopertus est pro ‘amictus fuit’ siue ‘indutus’, περιεβάλετο. Ad haec pro vnum rectius vertisset ‘vnumquodlibet horum’.

[30] Quanto magis. Οὐ πολλῶ μᾶλλον, id est ‘an non multo magis’. Vbi, quaeso, quid erat causae cur interpres variaret Graecum sermonem? Porro modicae fidei Graecis est dictione composita ὀλιγόπιστε, quod in Luca vertit *pusillae fidei*. Ἀξιόπιστος est ‘grauis’ et ‘idoneus cui fides habeatur’; ὀλιγόπιστος siue ‘cui parum fidendum’ siue ‘qui parum fudit’. [B] Sunt enim in sacris literis voces aliquot receptiores quam vt possint loco moueri, quarum est ‘fides’ quae Latinis magis pertinet ad eum qui pollicetur aut praestat, quam ad eum qui fudit; nisi cum dicimus ‘fidem habere’ pro ‘credere’. Proinde magis hic quadrabat ‘exiguae fiduciae’ quam *modicae fidei* [C] siue, vt nos vertimus, *parum fidentes*.

[32] [A] Scit enim Pater vester. Hoc loco Graeci addunt ὁ οὐράνιος, id est ‘coelestis’. Nec est [B] in plerisque

365 [34] [A] Sollicitus erit sibi, sed 'curam habebit suiipsius', μεριμνήσει τὰ
 ἐαυτῆς, id est: 'curabit sua'. [B] Augustinus in libro Aduersus Adimantum legit
Nolite cogitare de crastino, nam crastinus dies ipse cogitabit sibi. [C] Eundem ad
 modum legit Cyprianus enarrans precationem dominicam. [B] Et nonnulla
 370 exemplaria habent μεριμνήσει ἐαυτῆς. [A] Sufficit diei malicia sua. 'Η
 κακία, malum. Vt apud Graecos κακόν, itidem apud Latinos anceps est, ad afflic-
 tionem et improbitatem. At κακία virtuti opponitur quam Latini nonnulli mali-
 ciam vocant, alii vitium. Caeterum κάκωσις afflictionem sonat, a verbo κακῶω,

324-325 pro πλεῖον ... pluris *D E*: pro πλεῖον
 pluris recte mutatum est *A B*, pro πλεῖον,
 quod Graecis sonat plus pluris, recte muta-
 tum est *C*.

331-332 intueri ... cum *D E*: intueri, quod non
 faciunt sementem cum *A-C*.

332-333 viuant ... Magis *D E*: viuant. Magis *A*,

viuant cum nulla dstringantur sollicitudine
 parando victu. Magis *B*, viuant cum nulla
 dstringantur sollicitudine parandi victus.
 Magis *C*.

352 περιεβάλετο *B-E*: περιεβάλλετο *A*.

353 pro *B-E*: per *A*.

328-330 *vertite ... coeli* and *quia non serunt*
Readings of Nov. Test.

330 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 6, 26, *CCSL*
 77, p. 40, reads "quoniam", just as modern
 editions of *Vg.*

333-340 *Magis pluris ... interpres* Er. reacts in
Epist. apolog. adv. Stun., *LB IX*, 393 C-E, to
 criticism from Stun. of this passage. The pas-
 sage from 1519 (ll. 338-340: "Augustinus ...
 interpres") is also a response to criticism in
 which Er. refers to Aug., as he does in *Soloe-*
cismi per interpretem admisi, *LB VI*, *5 r^o,
 col. 1: "Cap. VI, 26. 'Magis pluris estis vos'.
 Cum huiusmodi conduplicaciones compara-
 tiorum, quas Augustinus in libris, 'De locu-
 tionibus Veteris Testamenti', docet ex
 Hebraei sermonis proprietate, Romanus
 sermo non recipiat". Er. refers to *Locut. in*
Hept. IV, 37, *CCSL* 33, p. 435, ad *Nu.* 13, 32.
 The same Hebraism can be found in *LXX* in
Dt. 9, 1 and 11, 23: ἰσχυρότερα μᾶλλον, and 4.
Mcc. 15, 5: τοσοῦτω μᾶλλον εἰσι φιλοτεκνότε-
 ραι. Cf. Rummel, *Catholic Critics*, I, pp. 174
 and 242, n. 60.

335 *congeminiatio* V. supra, p. 45, introd., §9.

335-336 *epitasin* V. supra, p. 46, introd., §9.

337 *Nonne ... illa Nov. Test.*

340 *Graecus interpres* Cf. supra, pp. 66 and 68,
 l. 42 sqq.

341-342 *Quis ... cogitans Vg.*: "Quis autem ves-
 trum cogitans", and in vs. 28: "solliciti estis".
Nov. Test.: "Quis autem ex vobis sollicite
 cogitando". Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p.

810, col. 2: "Idem verbum est Graece pro
 'cogitans' et 'solliciti sitis'".

342 *verbi ... saepe ... sollicitum esse Mt.* 6, 25,
 28, 31 and 34; *Lc.* 10, 41; 12, 11 and 22; 1. *Cor.*
 7, 32; 12, 25, and *Phil.* 4, 6.

343-345 *ad staturam ... adolescentibus* Cf. infra,
 p. 492 sqq., ll. 281-283, ad *Lc.* 2, 52.

348 *volucres coeli* Cf. supra, n.ll. 328-330.

349 *cognoscite* The reading of *Nov. Test.*

351 "Ὅτι ... omitti Cf. supra, p. 110, n.ll. 41-43.

354-362 *Quanto ... fidentes* Er. sides with Valla,
Annot., Garin, I, p. 810, col. 2: "Graece est
 'nonne multo magis vos, paruae fidei? ...
 Ideoque melius postea [cf. *Mt.* 14, 31]:
 'Modicae fidei quare dubitastis? Et apud
 Lucam 'pusillae fidei'". "An non multo
 magis" is the reading of *Nov. Test.* "Modicae"
 is Er.'s reading of the *Vg.*, whereas modern
 editions read "minimae". *Nov. Test.*, just as
NT: ὀλιγόπιστοι; *A*: "pusillae fidei"; *B-E*:
 "parum fidentes". Cf. infra, p. 550, l. 803
 sqq., ad *Lc.* 12, 28.

364 *coelestis* Also included in *Nov. Test.*

365 *curam habebit suiipsius* The reading of *Nov.*
Test. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 810, col. 2,
 would have translated literally: "curabit sua
 ipsius".

367 *Nolite ... sibi* Aug. *Contra Adimantum*, 4,
 Migne *PL* 42, 134.

368 *Cyprianus Dom. orat.* 19, *CCSL* 3A, p. 102:
 "Nolite in crastinum cogitare; crastinus enim
 ipse cogitabit sibi".

quod est 'malis afficio'. Abusus est igitur *κακία* pro *κάκωσις*, vt indicat Hieronymus edisserens hunc locum, praeterea in Commentariis Ecclesiae, rursus in
 375 Commentariis Amos, [B] et Chrysostomus homilia vigesima tertia. [A] Satis malorum adfert ipsum tempus, vt non affligamus nosmetipsos sollicitudine futurorum malorum. [B] In hanc sententiam adducit hunc euangelistae locum Augustinus in secundo commentario sermonis Christi in monte dicti, 'maliciam' interpretans malum poenale. [D] Docuit hoc primus omnium Tertullianus libro
 380 Aduersus Marcionem secundo.

EX CAPITE SEPTIMO

[1] [A] Nolite condemnare, et non condemnabimini. Haec verba nec in vllis Graecorum exemplaribus reperi nec apud Hieronymum referuntur nec apud Chrysostomum nec apud Hilarium, denique nec in vetustissimis codicibus Latinis. Vnde videntur e spatio marginali delata in contextum. [B] Interpretatus est aliquis quod dixit: *iudicare*, hoc loco nihil aliud esse quam damnare; sicut et apud Paulum subinde *iudicium* pro condemnatione ponitur. [A] Nec est paulo ante et non iudicabimini, sed 'ne iudicemini', *ἵνα μὴ κριθῆτε*. At[que
 LB 40 [= 42] ad eum modum legit Hilarius, [C] consentientibus exemplaribus diui Donatiani.
 390 [A] Vt dissimulem quod pro

[2] *Κρίνετε* et *μετρεῖτε* – id est: 'iudicatis' et 'metimini' – verterit *iudicaueritis* et *mensi fueritis* quodque pro *μετρηθήσεται* verterit *remetietur vobis* reclamante Latinitate. Nam addito nomine dicere poterat: 'alii metientur vobis'. [B] Verum haud scio an satis Latine dici possit 'iudicabimini'. Neque enim, opinor, 'iudicatus' dicitur de quo pronunciatum est, sed res iudicata et iudicata
 395 causa; de homine iudicatum, nisi addas 'iudicatur insanus', pro 'habetur'. Proinde mea sententia tolerabilior est Augustini lectio: *Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis; quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis*. Optimum autem fuerit, si legamus 'nolite condemnare, ne condemnemini'.

400 [3] [A] Et trabem in oculo tuo. *Τὴν δὲ ἐν τῷ σῶ ὀφθαλμῷ δοκὸν οὐ κατανοεῖς*, id est: 'quae vero est in oculo tuo, trabem non animaduertis'. Praeterea

[4] Frater sine. [C] *Frater* [A] nec ascriptum est in Graecis nec in Latinis antiquis, sed tantum *ἄφες ἐκβαλῶ*, id est: 'sine, eiicias'; [C] consentit et codex aureus. [A] Rursum et ecce trabes est in oculo. Graece festiuus est subaudito verbo substantiuo, *καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν ὀφθαλμῷ σου*, id est: 'et ecce trabes in oculo tuo'. Ad haec

[5] Videbis eiicere [B] nimium Graecanice dixit, [A] *διαβλέψεις ἐκβαλεῖν*, id est: 'dispicies, vt eiicias'.

410 [6] Nolite sanctum dare. *Μὴ δῶτε*, id est: 'ne detis'. Id quod ad eundem modum perpetuo variat. [C] Id indico, non quod male vertat interpres, sed ne quis in verbis frustra philosophetur; quasi voluntas etiam sit hic vetita. [A] Et recitius erat 'proiiciatis' quam mittatis, *βάλλετε*. Vt ne dicam quod *μὴ ποτε* – id

est 'ne quando' – vertit *ne forte*, parum tempestiuter, extenuans periculum, quod auctum magis oportuit. Nec est pedibus suis, sed ἐν τοῖς ποσὶν αὐτῶν, id est 'inter pedes suos'; [B] nisi placet ἐν vsurpatum pro 'per' more Hebraeorum. [E] *Sanctum* autem positum est neutro genere pro re sancta, τὸ ἅγιον. Nos vertimus *quod sanctum est*. Iudaei sanctum appellabant quod esset semotum ab vsu pro-

393 Nam addito nomine B–E: et addita praepositione A.

394 Latine D E: caste B C.

405 oculo E: oculo tuo A–D.

373–374 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 6, 34, CCSL 77, p. 41 ("Hic malitiam non contrariam virtuti posuit, sed laborem et adflictionem et angustias saeculi, quomodo et Sarra adflixit Agar ancillam suam; quod significanter Graece dicitur ἐκάκωσεν αὐτήν."), *Comm. in Eccl.* I, 15, CCSL 72, p. 260, and *Comm. in Am.*, I, 3, 3–8, CCSL 76, p. 247.

375 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 22 (23), 3 sq., Migne PG 57, 304: Κακίαν δὲ ἐνταῦθά φησιν, οὐ τὴν πονηρίαν, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ τὴν ταλαιπωρίαν καὶ τὸν πόνον καὶ τὰς συμφοράς. Trapezuntius, 218 D: "Malitiam vero hic non malignitatem vocat: absit hoc enim: sed miseriam vel laborem et calamitates". But Chrys. does not use the terms κάκωσις or κακίω.

378 *Augustinus De serm. Dom.* II, 17, 56, CCSL 35, p. 149 sq.: "Sufficit enim", inquit, 'diei malitia sua'; id est: Sufficit quod ista sumere vrgebit ipsa necessitas, quam propterea malitiam nominatam arbitror, quia poenalis est nobis".

379 *Tertullianus Adv. Marcion.* II, 24, 4, CCSL I, p. 502: "Dicimus denique malitiam nunc significari non quae ad naturam redigatur creatoris, quasi mali, sed quae ad potestatem, quasi iudicis; secundum quam enuntiauit: 'ego sum qui condo mala' [Is. 45, 7] et 'ecce ego emitto in vos mala' [Is. 18, 11], non peccatoria, sed vltoria, quorum satis diluimus infamiam vt congruentium iudici".

382–388 *Nolite ... iudicemini* Modern editions of the Vg. read "Nolite iudicare, vt non iudicemini". *Nov. Test. A*: "Nolite iudicare, ne iudicemini", B–E: "Nolite condemnare, ne condemnemini".

383 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 7, 1, CCSL 77, p. 41, reads "Nolite iudicare, vt non iudicemini".

384 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 23 (24), 1,

409 dispicies A B C D E: dispicis C.

412–413 Et ... βάλλετε inter 416 suos et 419 Et canes posuit A.

Migne PG 57, 307: Μὴ κρίνετε. ἴνα μὴ κρίθητε. Trapezuntius, 222 D: "Nolite iudicare, ne iudicemini: nolite condemnare, ne condemnemini".

384 *Hilarium In Mt.* 5, 14, SC 254, p. 166: "Nolite iudicare, ne iudicemini".

389 *Hilarius* See the previous note.

397 *Augustini De serm. Dom.* II, 18, 61 sq., CCSL 35, p. 157: "Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis". Potest autem mouere quod ait 'in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis'".

401 *quae vero ... animaduertis Nov. Test.*: "trabem autem quae est in oculo tuo, non animaduertis?".

403–404 *Frater sine ... eiiciam Vg.*: "Sine eiiciam"; *Nov. Test.*: "sine eximam". *Nov. Test.* reads ἐκβαλῶ, just like *Annot.* Modern editions of *NT* read ἐκβάλλω (aorist subjunctive).

406–407 *et ecce ... tuo* The reading of *Nov. Test. B–E* (*Nov. Test. A*: "et ecce trabes est in oculo tuo?").

408–409 *Videbis ... eiicias* Er. reacts in *Epist. apolog. adv. Stun.*, LB IX, 393 EF, to Stun.'s criticism of this passage. *Nov. Test.*: "perspicies, vt eximas".

410–413 *Nolite sanctum dare ... mittatis Vg.*: "Nolite dare sanctum canibus neque mittatis". *Nov. Test.*: "Ne detis quod sanctum est canibus, ne proieceritis".

413–415 *Vt ne ... oportuit* Cf. supra, p. 43, introd., §8b and p. 126, l. 405 sq. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 811, col. 1, too preferred h.l. "ne quando", the reading of *Nov. Test.*

416 *inter pedes suos Nov. Test.*, as modern editions of Vg.: "pedibus suis".

416 *nisi ... Hebraeorum* Cf. supra, p. 121, n.l. 283.

417 *Nos Nov. Test.*

phani vulgi et a consecratis cum reuerentia tractandum. [A] Et canes
 420 conuersi. *Canes* apud Graecos non additur [B] nec attingitur ab interprete
 Chrysostomo [A] neque in emendationibus Latinorum exemplaribus [C] ac ne in
 aureo quidem. [A] Potest autem conculcatio et laceratio ad canes pariter et por-
 435 cos referri. Saecuiunt enim et apri. Canis prophanum animal, et sus immundum,
 quod ab vnguentis peculiariter abhorret. Caeterum margaritis siue vnionibus
 olim summum fuisse precium abunde testis est Plinius. Denique, quod dixit:
772 *alias* V. infra, p. 205, n.ll. 290-291.

774 *eis* Modern editions of *Vg.* read "illis".

775 *increpare* *Mt.* and *Lc.* passim, 2. *Tim.* 4, 2, and *Ps.* 9 (10), 6, 105 (106), 9 and 118 (119), 21.

775 *comminari* *Mc.* passim.

evidentius sit quod sequitur, illos omnia diuulgasse. Sic enim rectius, opinor, transtulisset

780 [31] Διεφήμησαν quam *diffamauerunt*. Certe circumloqui poterat 'sparse-
runt famam eius'. Item

[33] Nunquam apparuit. Recte omisit ὅτι, quod tamen libenter solet addere. Vt dissimulem quod hic

785 [35] Κώμας vertit *castella*, cum alibi frequenter transferat *vicos*. Cum vici moenibus careant, castella minuta sint oppida, sed moenibus cincta. Et quod νόσον *languorem* pro morbo. Nam quod μαλακίαν *infirmitatem* [B] transtulit, [A] tolerabile est. [B] Siquidem et Graeci dicunt μαλακῶς ἔχειν pro 'parum com-
mode habere'.

LB 52 | [36] [A] Misertus est eis. Plusculum emphaseos habet Graeca vox ἐσπλαγγίσθη, id est: 'affectu misericordiae tactus est'. Siquidem Hebraei vehe-
790 mentem ac pium affectum viscera vocant. Et rectius erat 'erga eos' quam *eis*. Ac mox quoniam erant vexati. Ad eum modum legit et interpretatur diuus Hieronymus et item Hilarius. Chrysostomus quoque legit ἐσκυλμένοι, quod sonat diuulsos et diuexatos. Quandoquidem grammatici 'vexare' dictum volunt a 'veho'. Nonnulli codices habebant ἐκλελυμένοι, id est 'dissipati' seu 'dissoluti'.
795 Alterum venit a λύω, alterum a σκύλλω. Iam quod protinus sequitur ἐρριμ-
μένοι, quod hic vertit *iacentes*, rectius vertisset 'disiectos' siue 'sparsos', a verbo ῥίπτω, quo participio vsus est et Lucianus agens de stellis toto coelo passim, temere nulloque ordine sparsis. Quanquam potest ἐσκυλμένοι pertinere ad ouium vellera sentibus lacerata et hoc posterius ἐρριμμένοι, ad oves huc et illuc disper-
800 sas; id quod accidere solet, cum abest pastor. Nec enim aliud est animal destitutius magisque pendens de praesidio pastoris quam oves; id quod etiam prouerbio testatum est, προβάτειον ἦθος, id est 'ouilli mores'.

[38] Vt mittat operarios. Ὅπως ἐκβάλλη, id est: 'vt eiiciat'. Ita scriptum reperi in peruetustis codicibus, [C] nominatim in aureo ac Donatianicis, [A]
805 atque ita vertit paulo superius interpres. Nos maluimus *extrudat*, vt intelligamus vel celeriter mittendos ac vel inuitos et contantes extrudendos in opus Dei; id quod alicubi notauit Hieronymus hunc citans locum. [B] Hilarius pro *mittat* legit *eiiciat*.

[A]

EX CAPITE DECIMO

810 [1] Et conuocatis duodecim. Καὶ προσκαλεσάμενος. Ita ferme vertit, nec omnino perperam nec apte tamen, cum Graeca vox sonet 'ad se vocatis'. Proinde nos vertimus *accersitis duodecim*. Et Graecus articulus additus τοὺς indicat non posse accipi de quibuslibet duodecim, sed de certis, nempe illis quos delegerat Iesus. Potestatem spirituum immundorum. Plerique Graeci codices
815 habent ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων, id est 'potestatem aduersus spiritus immundos'. Quanquam apud Chrysostomum, si | modo liber mendo vacat, non reperio additam praepositionem, [D] nec apud Theophylactum. [A] Alioqui

‘potestas spirituum’ intelligi poterat potestas quam habent illi. Nisi quod Graecis potestas est ἐξουσία, id est ‘ius in aliquem et autoritas’. Proinde Hilarius offensus amphibologia legit *potestatem eiiciendorum spirituum immundorum*. Quoniam et hoc mox addidit euangelista. Subinde rursus omnem languorem. [B] *Languorem* vertit [A] νόσον, de quo iam dictum est.

[2] Primus Simon. Indicat diuus Hieronymus non eodem ordine recenseri apostolos ab aliis euangelistis quo a Matthaео; ne quis ob hoc omnium primum

780–782 famam eius’. ... Vt dissimulem B–E, famam eius, vt dissimulem A.

789 affectu ... tactus est E: affectu tactus est A B *Loca*, affectu tractus est C D.

794 dissipati seu dissoluti B–E: defecti siue

783 *vicos* In *Vg.* “vicus” is used four times as the translation of ὄμις, and once as the translation of ἀγορά.

788 *emphaseos* V. supra, p. 45 sq., introd., §9.

789 *affectu ... est* The reading of *Nov. Test.* The spelling error “tractus” rather than “tactus” only occurs in *Annot. CD*, not in *Nov. Test.*; cf. app. crit. and *Loca*, p. 240: “pag. 43, vers. 7. lege, affectu tactus est”.

790 *viscera* מַעֲיִם = bowels, seat of emotions, כֶּלֶךְ = the inward part of the body, the inner parts of a sacrificial animal, the seat of laughter or thoughts, מַתְּוִים = intestines, motherly feeling, compassion (Koehler-Baumgartner, s. vv.).

791 *quoniam* Modern editions of *Vg.* read “quia”.

792 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 9, 36, *CCSL* 77, p. 62 sq.

792 *Hilarius In Mt.* 10, 1, *SC* 254, pp. 214–216: “Videns autem turbas miseratus est, quod essent vexatae et iacentes ... Turbarum Dominus miseretur vexatarum et iacentium, tamquam gregis sine pastore dispersi”.

792 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 32 (33), 2, *Migne PG* 57, 379.

793–794 *vexare ... a veho* Gell. II, 6, 5: “Vexasse” graue verbum est factumque ex eo videtur, quod est ‘vehere”.

801–802 *proverbio ... ouilli mores* Cf. *Adag.* 2095, *ASD* II, 5, p. 96: “Προβάτειον ἕθους, id est ‘ouium mores’. In stupidos ac stolidos iaci solitum”, taken from *Aristot. Hist. an.* IX, 610^b22 sqq.: τὸ τε γὰρ τῶν προβάτων ἕθος, ὡσπερ λέγεται, εὐηθες καὶ ἀνόητον. Πάντων γὰρ τῶν τετραπόδων κάκιστόν ἐστι, καὶ ἔρπει εἰς τὰς ἐρημίας πρὸς οὐδέν.

803 *Vt mittat ... eiiciat* Weber reads “eiciat” (just like Hil. *In Mt.* 10, 1 sq., *SC* 254, p. 216, and Hier. *Comm. in Mt.* I, 9, 37, *CCSL* 77, p. 63) and mentions in app. crit. “mittat”, the reading of other editions and of Hier.

destituti A.

802 ouilli mores B–E: ouile mores A.

803 vt eiiciat. Ita scriptum D E: ita eiiciat, vt scriptum A, vt eiiciat, vt scriptum B C.

Comm. in Gal. II, 4, *Migne PL* 26, 410 D. Cf. infra, p. 534, l. 359 sqq., ad *Lc.* 10, 2.

805 *paulo superius* *Mt.* 8, 16.

805 *extrudat* The reading of *Nov. Test.*

812 and 815–816 *accersitis duodecim and potestatem ... immundos* Readings of *Nov. Test.*

816 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 32 (33), 3, *Migne PG* 57, 380: ἐξουσίαν πνευμάτων (Trapezuntius, 296 D: “potestatem immundo- rum spirituum”.

817 *Theophylactum Enarr. in Mt.* 10, 1, *Migne PG* 123, 233 D: ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων.

819 *Hilarius In Mt.* 10, 2, *SC* 254, p. 218: “eiciendorum spirituum potestatem”.

822 *iam dictum est* V. supra, pp. 130 and 184, l. 503 sqq., ad *Mt.* 4, 23, and l. 784 sqq., ad *Mt.* 9, 35.

823 *Hieronymus Comm. in Mt.* I, 10, 2, *CCSL* 77, p. 63 sq.: “Ordinem apostolorum et meritum vniuscuiusque illius fuit distribuere qui cordis arcana rimatur. Primus scribitur Simon cognomento Petrus ad distinctionem alterius Simonis qui appellatur Cananacus de vico Galileae Cana vbi aquas Dominus vertit in vinum. Iacobum quoque appellat Zebedaei quia et alius sequitur Iacobus Alphei. Et apostolorum paria iugaque consociat. Iungit Petrum et Andream fratres non tam carne quam spiritu; Iacobum et Iohannem qui patrem corporis relinquentes verum Patrem secuti sunt; Philippum et Bartholomeum, Thoman quoque et Matheum publicanum. Ceteri euangelistae in coniunctionem nominum primum ponunt Matheum et postea Thoman nec publicani nomen adscribunt ne antiquae conuersationis recordantes suggillare euangelistam viderentur. Iste vero vt supra diximus et post Thoman se ponit et publicanum appellat vt ‘vbi abundauit peccatum’ superabundet ‘gratia’” [*Rom.* 5, 20].

- 825 faciat Petrum, quod hic primo loco ponitur. Nam caeteri in iugis Matthaeum
 praeponunt Thomae, Matthaeus ipse Thomam praefert modestiae causa. At in
 epistola ad Galatas Paulus primo loco recenset Iacobum: *Iacobus et Cephas et*
Ioannes, qui videbantur esse columnae. Et Hieronymus existimat eius esse ordinem
 ac merita singulorum apostolorum distribuere, qui illos delegit, innuens, [B] vt
 830 videtur, [A] autoritatem apostolis omnibus parem fuisse, quod ad apostolici
 muneris functionem attinet. [E] Certe ex ordine recensiois non efficaciter colligitur
 quis cui sit praeferendus. Siquidem vbi multi numerantur, aliquis primus sit
 oportet. [A] Caeterum ordo qui extat in nostris voluminibus, nonnihil dissidet a
 Graecis; at Graeci consentiunt cum Hieronymo, qui per iuga digerit apostolorum
 835 numerum, sic vt primo loco iungat Petrum et Andream, proximo Iacobum Zebedaei
 et Ioannem fratres, tertio Philippum ac Bartholomaeum, quarto Thomam et
 Matthaeum, quinto Iacobum Alphaei et Lebbaeum cognomento Thaddaeum,
 sexto Simonem Cananaeum et Iudam Iscariotem. Simonem Petri cognomine distinguunt
 a Simone Cananaeo et Iacobum Zebedaei filium ab Iacobo Alphaei filio.
 840 In quo obiter illud admonendum, ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, articulum Graecum vertendum
 fuisse in id nomen quod in articulo subauditur, [D] videlicet filius, quemadmodum
 in ὁ τοῦ Ἀλφαίου. [A] Caeterum cum vnus fuerit Matthaeus, vt opus non
 esset nota qua discerneretur – et si fuisset opus, habebat et alterum nomen,
 nempe Leui –, tamen addidit ὁ τελώνης, siue vt se deiiceret siue vt ostenderet
 845 omnibus aditum patere ad Christum. Etiam si Graecus articulus patitur, vt ver-
 tatur ‘qui fuerat publicanus’ aut ‘ille quondam publicanus’. Caeterum Iudae pro-
 ditori cognomen addidit, siue vt discerneret ab Iuda Iacobi fratre, qui idem
 Thaddaeus ac Lebbaeus dictus est, vt sit trinominis, siue vt ex cognomine signifi-
 icaret eum ei facinori natum, quod Isachar יִשָּׂכָר Hebraeis sonat mercedem
 850 atque a tribu vnde fuit oriundus, nomen sortitus videtur. Quanquam non desunt
 qui a viculo cognomen deductum malint. Nec est Schariotes, quemadmodum
 habetur in nostris codicibus, sed Iscariotes. Nam idem facimus Latini cognomen-
 to Iudae quod Graeci [C] scriptores ecclesiastici [A] faciunt Hispaniae,
 Σπανίαν pronunciantes, cum teste Plinio terra sit insigni fertilitate. Opinor id a
 855 Praenestinis natum, quibus, vt ait Plautus, conia est ciconia. [B] Apud Chryso-
 stomum Iscariotes legitur. [A] Ad haec
 [3] Lebbaeus cognominatus in Latinis exemplaribus non legitur, sed
 tantum Thaddaeus. [D] Hieronymum autem ita legisse declarat quod in nomini-
 bus Hebraeis apud Matthaeum meminit Lebbaei, corculum interpretans.
 860 [5] [A] Misit Iesus. Ἀπέστειλεν, id est ‘emisit’ siue potius ‘emandauit’.
 Siquidem id est proprie ἀποστέλλειν, ‘cum mandatis emittere’, a quo verbo dicti
 sunt apostoli. Nec est in ciuitates Samaritanorum, sed ‘in ciuitatem’, εἰς
 πόλιν, quod efficacius est; vt intelligas in nullam ciuitatem illorum eundum. [D]
 Quanquam non inconuenienter accipi potest de ciuitate quae regionis nomen
 865 obtinet tanquam metropolis. [A] Rursus
 LB 54 | [6] Ad oves quae perierunt. Πρὸς τὰ πρόβατα ἀπολωλότα, id est ‘ad
 oves perditas’, vt frequenter citat hunc locum Hieronymus. Vt ne dicam quod

[7] "Οτι ἤγγικεν primum omittenda fuerit coniunctio Graeca, deinde *appropinquabit* Graecis non esse futuri temporis, sed praeteriti, vertendum 'adest' siue 'instat' siue 'in propinquo est'. Qua de re iam admonuimus.

825-828 caeteri ... Et Hieronymus *D E*: caeteri primum locum tribuunt Matthaeo, proximum Thomae. Et Hieronymus *A-C*.

840 ὁ τοῦ Ζεβεδαίου *D E*: τοῦ Ζεβεδαίου *A-C*.
842 Ἀλφαιού *LB Nov. Test. BAS LB*: Ἀλφείου *A-E BAS*.

847 Iacobi fratre *E Loca*: Iacobi filio *A-D*.

849 יֵשׁשׁכָר *scripsi*: יֵשׁשׁכָר *A-D*, יֵשׁשׁכָר *E*,

827 *Paulus Gal.* 2, 9.

831-833 *Certe ... oportet* Er. seems in l. 823 sqq. to be eroding the primacy of Peter. Criticism of this was expressed by, among others, Stun. in *Erasmii Roterodami blasphem. et imp.* (1522), and Taxander (v. infra, p. 247, n.ll. 374-412). The addition of ll. 831-833 "Certe ... oportet" in 1535 may have been a late reaction to this. Cf. *Apolog. ad Prodr. Stun.* and *Apolog. ad Stun. Concl.*, *LB IX*, 381 B - 382 A and 385 F-389 A.

840-841 *In quo ... subauditur* Cf. infra, p. 515, n.ll. 825-826, ad *Lc.* 6, 15, and *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 267, ll. 10-11: "Iacobus Alphaei: Iacobus Alphaei filius eclipsis est familiaris Hebraeis".

841-847 *videlicet ... fratre* The passage "videlicet ... Ἀλφείου" was added in 1527 and "filio" from *A-D* was changed into "fratre" in 1535 (cf. app. crit.). First N. Beda expressed criticism of *Paraphr. in Mt.* 10, 3 (cf. *LB VII*, 59 A); this was shared by the Theological Faculty of Paris; to N. Beda Er. called it a "calami lapsus" and wrote that he had remedied the error, to the Faculty he referred to "typographorum et amanuensium incuriam"; v. *Supputat. error. in cens. N. Bedae and Declarat. ad cens. Lutet.*, *LB IX*, 463 E - 464 A and 881 AB. When Ambrosius Pelargus criticised this passage in June 1529, he nevertheless required great powers of persuasion, as appears from *Ep.* 2181, ll. 1-22, *Ep.* 2182, ll. 1-50, and *Ep.* 2184, ll. 1-92. Actually the correction appeared in that same month in *Loca*, p. 240: "pag. 44, vers. 6. scribe, Iacobi fratre". Cf. Rummel, *Catholic Critics*, 2, pp. 82 and 176, n. 7.

846-852 *Iudae ... Iscariotes* Taken from Hier. *Comm. in Mt.* I, 10, 4, *CCSL* 77, p. 64: "Taddeum ... qui ab euangelista Luca Iudas Iacobi dicitur et alibi appellatur Lebbeus

יֵשׁשׁכָר *E*

854 id *B-E*: idem *A*.

866 quae *B-E*: qui *A*.

868-869 deinde *appropinquabit* Graecis non esse *C-E*: deinde non *appropinquabit* esse *A*, deinde *appropinquabit* non esse *B*.

869 praeteriti *A B^c C-E*: praeteri *B*.

quod interpretatur corculus credendumque est eum fuisse trinomium ... Iudas autem Scariothes vel a vico in quo ortus est vel ex tribu Issachar vocabulum sumpsit vt quodam vaticinio in condemnationem sui natus est. Issachar enim interpretatur merces vt significetur pretium proditoris". *Nov. Test.*: "Iscariotes". Cf. infra, p. 322, l. 293 sq.

854 Σπανίαν σπανία, 'dearth', 'shortage'. Stun. criticised Σπανία and a remark of Er. about it in *Annot. ad Rom.* 15, 24 (*LB VI*, 649 C; according to Reeve, 2, p. 431: "[A] Caeterum Graeci [C] scriptores, Paulum sequuti, [A] fraudant Hispaniam prima regionis syllaba; quam illi solent huiusmodi dictionibus addere, dicentes Espero pro spero, Expecto pro Specto, [B] idem facientes in hac dictione quod Latini facimus in Iscariote."), as appears from *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD IX*, 2, p. 64, ll. 94-97 and p. 176 sqq., ll. 207-294. There (ll. 212-215) Er. also quotes "Nec est Schariotes ... fertilitate" (ll. 851-854). This explains the addition from 1522, l. 853. Cf. Bataillon, 1, p. 124 sqq., Rummel, *Catholic Critics*, 1, p. 152 sq., and Graham, p. 56 sq.

854 *Plinio Nat.* passim.

855 *Plautus Truc.* 691: "vt Praenestinis 'conea' est ciconia".

855-856 *Chrysostomum Hom. in Mt.* 32 (33), 3, Migne *PG* 57, 380.

858-859 *Hieronymum ... interpretans* V. supra, n.ll. 846-852.

860 *emisit* The reading of *Nov. Test.*

866-867 *ad oues perditas* The reading of *Nov. Test.*

867 *Vt ne dicam* Cf. supra, p. 43, introd., §8b.

869 *appropinquabit* Modern editions of *Vg.* read "appropinquauit".

870 *admonuimus* V. supra, p. 112, l. 82 sqq.

[9] Nolite possidere. Μὴ κτήσασθε. Quod magis significat parare quam *possidere*. Vt haec tria simul referantur ad id quod sequitur, *in zonas*. Siquidem ex hisce tribus rebus solet cudi moneta; quae primum aerea fuit ac ferrea – nam vtrunque significat χαλκός –, deinde argentea, postremo aurea. Vt contra accide-
 875 rit pecuniae ac moribus hominum, qui ex aureis degenerarunt in plusquam ferreos. [D] Χαλκόν interpretes vertit *pecuniam*, quasi aurum et argentum non sit pecunia. Certe Marci sexto χαλκόν vertit *aes*, quum illic tolerabilius versurus fuerit ‘pecuniam’, vt generali nomine complecteretur omnem monetam; hic post commemoratas omnes species dure subiecit genus complectens et alia praeter
 880 monetam. [A] Porro quod dixit: εἰς τὰς ζώνας – id est ‘in cingulos’ –, iuxta veterum morem locutus est, iuxta quem milites, si quid erat aeris, id in zonis gestabant. Vnde prouerbium illud apud Flaccum: *zonam perdidit*, de eo cui nihil erat pecuniae, quemadmodum in Chiliadibus nostris copiosius explicatum est. [C] Nos vertimus *in crumenis*, non quod esset elegantius, sed quod apertius idem
 885 significaret.

[10] [A] Neque duas tunicas. Δύο χιτῶνας. Latinius erat ‘neque binas tunicas’. Nam Graeci nesciunt hanc elegantiam, quae tamen non erat negligenda Latino interpreti.

[11] Interrogate. Ἐξετάσατε, id est ‘exquirite’. Et ἄξιος, *dignus*, posuit
 890 absolute pro ‘idoneus’, quod nonnulli Latini perperam imitantur. Donec exeatis. Ἔως ἐξέλθητε. Id pertinet ad illud quod proxime praecessit, εἰσέλθητε, et vtrunque refertur ad ciuitatem. Nam praeceptum eo spectat, ne crebro mutant hospitium neue ambient apud quem diuersentur, neque rursus temere in quamuis irruant domum quae paulo post sit mutanda. [D] Sic Ambrosius et Chry-
 895 sostomus.

[12] [A] Dicentes: Pax huic domui. Horum verborum nihil est in Graecis exemplaribus nec adduntur ab Hieronymo. [B] Tantum est *salutate eam*. [A] Imo cum ait [C] Hieronymus [A]: *Occulte salutationem Hebraici ac Syri sermonis expressit*, indicat salutationem non fuisse explicatam, sed ex hoc colligi quod
 900 sequitur: *Veniet pax vestra super eam*. In vetustissimo quodam exemplari Latino ascriptum reperi, sed in margine: *Primum dicite: pax huic domui*. Vnde coniiicio, quod fere fit, hoc ex aliis euangelistis huc additum fuisse. [B] Quanquam ne quid dissimulem, additur apud Hilarium in canone et apud Chrysostomum homilia tricesimatertia, [D] sed Latine versa, quum in Graecis commentariis non addatur.
 905 [B] Rursus apud Theophylactum non additur. [A] Porro ne quis existimet nouum hoc salutationis genus primum a Christo fuisse repertum; qui sic vsus est omnibus rebus vulgatissimis, vt eas longe alio traheret, quemadmodum Graeci solenni more dicunt: χαῖρε, Latini: ‘salue’, sic Hebraei Syrique: הַלְלוּ לְךָ, scholom lecho, id est ‘pax tibi’. Eam salutationem nunc sibi ceu peculiarem vendicant episcopi,
 910 parum decoram iis qui non solum ipsi belligerantur, verumetiam alios ad bella concitant. Caeterum in

[13] Domus illa *illa* addidit interpretes de suo, cum non sit nec in Graecis codicibus nec in antiquis Latinis. Veniet pax vestra. Ἐλθέτω, id est ‘veniat’.

Nec est reuertetur, sed 'reuertatur', ἐπιστραφήτω, suffragantibus et vetustissimis Latinorum codicibus. Ac paulo post

[14] De domo vel ciuitate. Graeci addunt ἐκείνης, id est 'illa'.

[16] Et simplices. Non est ἀπλοῖ, sed ἀκέρατοι, quod alias vertit *synceri*. Mire vero pinxit Christus hac similitudine simplicem prudentiam ac prudentem simplicitatem [B] hominum vere christianorum. [A] Innoxium animal columba et cui totum salutis praesidium in alarum pernicitate situm est. Est enim haec auis perniciosissimi volatus. Et arte magis quam viribus suam incolumitatem tuetur serpens. Nam hactenus consistit collatio.

[17] [B] Cauete autem ab hominibus. Ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, id est 'ab illis hominibus', id indicante articulo. Neque enim monet omnes homines obseruare, sed malos, de quibus mox dixerat ac paulo post loquitur. [A] In consiliis. Εἰς συνέδρια, id est 'in concilia', hoc est 'consessus senatorum ac iudicum'. Ac rursus synagogas rectius vertisset 'conciliabula' siue 'conciones'. Nec enim tantum loquitur de templis Iudaeorum.

[18] Ad praesides autem. Graece est ἡγεμόνας. Quod omnino praesidem seu praefectum prouinciae significat aliquoties. Caeterum illud

890-894 Donec ... mutanda *inter* 1333 Latinis et Veniet *posuit* A.
891 illud B-E: id A.

898 Hieronymus C: Hieron. D E.
905 Theophylactum C-E: Vulgarium B.
924-925 obseruare D E: obseruandos B C.

875-876 *moribus* ... *ferreos* Cf. Hes. *Erg.* 106 sqq. and Ov. *Met.* I, 89 sqq.

877 *Marci Mc.* 6, 8.

882 *Flaccum* Hor. *Epist.* II, 2, 40.

883 *Chiliadibus* Adag. 416, ASD II, 1, p. 488 sqq., l. 342 sqq.

884 *in crumenis* The reading of *Nov. Test.*

886-887 *Neque ... tunicas* *Nov. Test. A B*: "duas"; B-E: "binas".

889 *exquirite* The reading of *Nov. Test.*

894 *Ambrosius Expos. Lc.* VII, 64, CCSL 14, p. 236.

894-895 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 32 (33), 5, Migne PG 57, 383.

897-899 *Hieronymo ... expressit Comm. in Mt.* I, 10, 12, CCSL 77, p. 68.

903 *Hilarium In Mt.* 10, 8, SC 254, p. 224.

903 *Chrysostomus* The added passage is missing in *Hom. in Mt.* 32 (33), 5, Migne PG 57, 383, but is inserted in Trapezuntius' translation, 300 B: "Deinde idipsum rursus confirmare volens, dixit: 'Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui'".

905 *Theophylactum Enarr. in Mt.* 10, 12-13, reads in Migne PG 123, 237 B: Εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, ἀσπάσασθε αὐτήν, λέγοντες:

Εἰρήνη τῷ οἴκῳ τούτῳ.

912-914 *illa ... veniat ... reuertatur* "illa", "veniet" and "reuertetur" are mentioned in app. crit. by Wordsworth-White and Weber. *Nov. Test.* omits "illa" and reads "veniat" and "reuertatur". Valla points out in *Annot.*, Garin, I, p. 811 sq., that these verbs are imperatives.

916 *illa* *Nov. Test.*: "ex aedibus, aut ciuitate illa".

917 *alias ... synceri* In *Vg.* "simplices" is the translation of ἀκέρατος in *Rom.* 16, 19 and *Phil.* 2, 15, but forms of "sincerus" are used as the translation of ἀγιως, γνησιως and (mostly) εὐλικρινῆς.

923-924 *ab illis hominibus* *Nov. Test. A*: "ab hominibus", B-E: "ab illis hominibus".

925 *mox* 'shortly before'; cf. supra, p. 105, n.l. 898.

925 *In consiliis* The reading of *Nov. Test.*; modern editions of *Vg.* read "in conciliis".

927 *synagogas* Both modern editions of *Vg.* and *Nov. Test. A* read: "in synagogis", B-E: "in conciliabulis".

929 *Ad praesides autem* Modern editions of *Vg.* read: "et ad praesides".

[19] Nolite cogitare Graece est μή μεριμνήσητε, id est: 'ne sitis anxii' siue 'solliciti'. [D] Non cogitationem Dominus iubet abiicere, sed sollicitudinem. [A] Et rursum

935 [22] Odio omnibus. Μισούμενοι ὑπὸ πάντων, id est 'odio habiti ab omnibus'; variauit, sed recte. [C] Nec additur apud Graecos *hominibus*, ac ne in aureo quidem codice.

[23] [A] Non consummabitis ciuitates. Οὐ τελέσητε. Quid est *non consummabitis*? Num illi aedificabunt ciuitates? Cur autem hic veritus est a verbis aliquantum recedere, cum idem saepenumero faciat sine causa? Nam sensus est
940 Filium hominis cito venturum, et priusquam illi possint peragrare omnes ciuitates Israeliticas. [C] Proinde nos periphrasi explicauimus: *Non perambulaueritis omnes ciuitates* etc., quo redderemus emphasim Graecae vocis τελέσητε. Itaque scriptum est in aureo codice. [A] Ac rursum donec, ἕως, durius positum quam in initio huius Euangelii. Ad haec

945 [24] Ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, ὑπὲρ τὸν κύριον. *Super magistrum, super dominum*. Cur non potius 'supra praeceptorem, supra dominum', siue 'superior aut potior domino'?

[25] Beelzebub. Mirum cur Graeci perpetuo mutant b in l in hac dictione, Beelzebub scribentes pro 'Beelzebub', cum neutrum elementum apud illos finale sit β et λ. Alioqui haec videri poterat causa, praesertim cum neque vocum neque figurarum vlla sit affinitas, vt aurium aut scribarum errore factum videri possit. Diuus Hieronymus indicat idem esse Beel et Baal et sonare Hebraeis idolum [D] a Sidoniis ad Iudaeos profectum siue a Babyloniis, [A] בַּעַל, et zebub, זְבוּב, muscam, quasi dicas: 'idolum muscae', atque hoc nomine spurcissimum idolum
955 fuisse Accaronitis, qui sunt quidem in regione Iudaeae, sed impii. Ab hoc Hebraeos principem daemoniorum Beelzebub appellasse.

[26] Quod non reueletur. Ἀποκαλυφθήσεται, id est 'reuelabitur', atque ita legit Hilarius. Etiamsi nondum redditur Graecarum vocum inter sese affinitas κεκαλυμμένον et ἀποκαλυφθήσεται, id est 'tectum' et 'retegetur'. Ac rursum
960 γνωσθήσεται, id est 'scietur', non *sciatur*.

[27] Praedicate. Κηρύξατε. Quod proprium est praeconum et publicitus apud populum sua voce promulgantium aliquid.

[28] Gehenna vero vocabulum negat Hieronymus in antiquis inueniri libris, sed primum a Christo proditum. Locus est in sorte tribus Benjamin, sed
965 ab impiis possessus, in quo filios exustos igni deuouebant et immolabant daemone Moloch, quemadmodum ethnici nonnulli Saturno. Is vocabatur Tophet, situs in valle filii | Ennon, quemadmodum legis quarto Regum, capite vicesimotertio.
LB 56 [D] Vbi legis hunc in modum: *Contaminauit quoque Tophet, quod est in conualle filii Ennon, vt nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem Moloch*. Item
970 Paralip. 28 de Ahas ita legimus: *qui adoleuit incensum in valle Ennon, et lustrauit filios suos in igni iuxta ritum gentium quas interfecit Dominus*. [A] Caeterum גֵּיהֶנָּה Hebraeis vallem significat. Et Dominus apud Hieremiam capite septimo comminatur se commutaturum nomen loco, vt non amplius dicatur vallis Tophet aut

Baal neque vallis Ennon, sed πολυάνδριον, id est ‘tumulus multorum cadauerum’.
 975 Vnde locus apud Iudaeos execrabilis habebatur, quemadmodum apud Graecos
 Κυνόσαργες, de quo dictum est a nobis in Chiliadibus. Apud euangelistas vsur-
 patur pro loco in quo cruciantur impii. [D] Apud Hieremiam autem ita legis cap.
 7.: *Aedificauerunt excelsa – siue aram – Tophet, quae est in valle filii Ennon, vt*
 980 *incenderent filios suos et filias suas igne etc.* Ac mox: *et non dicetur amplius Tophet*
et vallis filii Ennon, sed vallis interfectionis, et sepelientur in Tophet, eo quod non sit
locus etc. Rursus cap. 19.: *Non vocabitur amplius locus iste Tophet, et vallis filii*
Ennon, sed vallis occisionis. Pro Tophet Septuaginta verterunt πολυάνδριον. Rur-
 sum 32.: *Et aedificauerunt excelsa Baal, quae sunt in valle filii Ennon, vt initiarent*
 985 *filios suos et filias suas Moloch etc.* Haec ideo, lector, retuli, vt obiter indicem
 cuiusdam calumniatoris rabiosam insectationem, qui tamen plurimorum iudicio
 doctissimus habetur, suo ipsius plane deus est, nisi quod doctis etiam omne iudi-
 cium eripit liuor et odium. Scribit enim me hoc loco tot fere mendacia assuisse

931 μεριμνήσητε B–E: μεριμνήσετε A.

950 β B–E: μ A.

952 Beel D E: bel beel A–C.

953 בעל B: בעל A C–E.

956 Hebraeos E: Hebraei A–D.

964 a Christo proditum B–E: a saluatore posi-
 tum A.

971 אִיִּי scripsi: אִיִּי A–E BAS LB.

931–932 *ne sitis ... solliciti Nov. Test.*: “ne sitis
 solliciti”.

934–935 *odio ... omnibus The reading of Nov.*
Test.

937 Οὐ τελέσητε Modern editions of *NT* read
 οὐ μὴ τελέσητε.

941–942 *Non ... ciuitates The reading of Nov.*
Test.

942 *emphasim V. supra, p. 45 sq., introd., §9.*

952 *Hieronymus Comm. in Mt. I, 10, 25, CCSL*
 77, p. 70: “Beelzebub idolum est Accaron
 quod vocatur in Regum volumine [2. *Rg.* 1,
 2] idolum muscae. Beel ipse est bel siue baal,
 zebub autem musca dicitur. Principem ergo
 daemoniorum expurcissimi idoli appella-
 bant vocabulo qui musca dicitur propter
 inmunditiam quae exterminat suauitatem
 olei”.

957–959 *reueletur ... retegetur Modern editions*
of Vg. and Hil. In Mt. 10, 16, SC 254, p. 234,
read: “reuelabitur”; Nov. Test. A: “sit reuelan-
dum”, B–E: “sit relegendum”. Cf. infra, p.
 548, l. 746 sq.

960 *scietur, non sciatur “sciatur” is the reading*
of Nov. Test. and of some witnesses of Vg.
Modern editions of Vg. read “scietur”.

963 *Hieronymus Comm. in Mt. I, 10, 28, CCSL*
 77, p. 71: “Nomen gehennae in veteribus
 libris non inuenitur sed primum a Saluatore
 ponitur [cf. infra, p. 192, l. 6 sqq.] ... Et
 comminatur Deus se locum ipsum impletu-

rum cadaueribus mortuorum vt nequaquam
 vocetur Topheth et Baal sed vocetur Polyan-
 drum, id est tumulus mortuorum” [cf. l. 971
 sqq.].

967 *quarto Regum 2. Rg. 23, 10 in Vg.*

968–47 *Vbi legis ... possent Just as in Annot. in*
Mt. 5, 22, the additions from 1527 are a reac-
tion to the text Racha; v. supra, p. 139, n.ll.
 676–726.

970 *Paralip. 2. Chr. 28, 3 (Vg.): “qui ... valle*
Benennom; et ... Dominus”.

976 *Κυνόσαργες A gymnasium outside the city*
of Athens, sacred to Heracles, for the use of
those who were not of pure Athenian blood
 (Liddell-Scott, s.v.).

976 *Chiliadibus Adag. 2070, ASD II, 5, p. 78*
 sqq.

977–984 *Apud Hieremiam ... Moloch etc. Ir. 7,*
 31 (ll. 978–979, quoted from Hier. *Comm. in*
Ir. II, 45, 1, CCSL 74, p. 83, where “siue
aram” has been added by way of explana-
tion), Ir. 7, 32 (ll. 979–981, quoted from
Comm. in Ir. II, 46, CCSL 74, p. 84), Ir. 19,
 6 (cf. *Comm. in Ir. IV, 13, 1, CCSL 74, p.*
 184: “Et non vocabitur locus iste amplius
 Tophet et vallis filii Ennom, sed vallis occi-
 sionis. LXX ... et non vocabitur locus iste
 amplius ruina et πολυάνδριον filii Ennom,
 sed πολυάνδριον occisionis”), and *Ir. 32, 35*
 (cf. *Comm. in Ir. VI, 47, CCSL 74, p. 343*).
 Cf. next note.

quot sunt verba. Primum mendacium facit, quod in locis quos cito ex libro Regum 4., cap. 23., et Hieremiae 7., hae duae dictiones, ‘ge’ et ‘ennon’, non legantur coniunctim, sed alter habeat ‘gia hennon’ – id est ‘vallis Ennon’ –, alter ‘gia ben hennon’ – id est ‘vallis filiorum Hennon’. Quaeso, quod hic mendacium est, quum ego de iunctis aut disiunctis dictionibus non loquar, sed indicem quibus in locis fiat mentio rei vnde nomen hoc sumptum est quo significamus inferos? Si illic nulla fit mentio Tophet, vbi initiabant atque etiam occidebant filios suos idolo Moloch, iure mihi obiicit mendacium. Nihil enim aliud professus sum. Audi nunc alterum mendacium non a me positum, sed in me scriptum. Aio Tophet esse in tribu Benjamin. ‘Hoc’, inquit, ‘in locis quae commemorat, non habetur’. Quid? An istuc promiseram haberi in locis quae cito? Hieronymus in locis indicat Tophet esse in suburbanis Hierusalem, et Hierosolyma erat in sorte Benjamin, quemadmodum in iisdem locis testatur Hieronymus. Iste profert nobis caput Iosue 18. ‘Ibi’, inquit, ‘inuenies vtrunque’. Quod vtrunque? Gehennon vnica dictione. Quis hoc negabat? Et in Benjamin sorte locum esse, hoc ego docui quanquam non citato loco, nisi quod autorem profiteor Hieronymum. Atqui hoc ipsum iste magno conuicio obiicit quod hoc autore nitor in Hebraicis.

5 Me vero non pudet illum virum alicubi sequi autorem cuius interpretationem amplexa est et quem inter praecipuos doctores habet ecclesia. Obiicit et Hieronymo mendacium, quod dixerit gehennae verbum in veteribus libris non inueniri, sed primum a Christo proditum pro inferis, quum reperiatur in libro Abot, quasi diuus Hieronymus illic somniarit de apocryphis Iudaeorum libris ac non potius [E] agat [D] de Veteris Testamenti voluminibus. Rursus impingit mihi quod scripserim illic liberos a parentibus immolari solere, quum Hieronymus tantum dixerit: ‘initiari’. Imo Hieronymus hunc enarrans locum dicit: *filiosque suos incenderent vel initiarent*. Idem enarrans locum apud Hieremiam ita loquitur: *filios suos in igne idolis consecrarint siue holocaustum obtulerint*. Arrodit et illud quod quum Hieronymus scripserit Tophet locum fuisse delictiarum, ego dixerim Iudaeis fuisse nomen abominabile, quemadmodum apud Graecos est Cynosarges. Mirae vero delictiae idolo incendere filios! Atqui locus qui prius alliciebat amoenitate, postea factus est abominandus, videlicet impletus hominum cadaueribus, quemadmodum docet scriptura sacra. Et ideo manebat abominabile nomen Iudaeis, quod illic detestabili superstitione perierint animae plurimorum, filiorum etiam corpora. Impingit quod negem me videre quid intersit inter ‘racha’ et ‘fatum’, et hinc colligit homo dialecticus me Christo tribuere iniustitiam. Imo sic loquor: si verum est quod scribit Hieronymus, *racha* sonare cerebro vacuum, non video quid intersit inter ‘racha’ et ‘fatum’. Atrocius est carere cerebro quam appellari fatuum. Obiicit quod vnum tantum locum citarim ex Psalmis, vbi ‘racha’ ponitur pro vacuo, hinc ratiocinans me non legisse nisi vnum aut alterum Psalmum, quasi quod ipse fecit, difficile fuerit vel ex lexico facere, si ad id quod institueram, pertinuisset. Obiicit quod, quum caeteri dubitent de ‘racha’, ego solus affirmem. Imo Hieronymus affirmat et item Chrysostomus; ego solus dubito negans me videre discrimen inter ‘racha’ et ‘fatum’, si vera est Hieronymi

990
995
1000
5
10
LB 57
15
20
25
30

35 sententia. Et Hieronymi sententiam ipse reiicit mecum faciens. Atque obiter admiscet me detraxisse virgini matri perpetuam integritatem, Christo suam diuinitatem, perfricta fronte mentiens, ad haec Germanos docuisse sedis Romanae contemptum. Et his alia multa similia blaterat homo qui sibi videtur fato seruat-
 35 tus fulciendae ecclesiae Dei, vociferans impudentissimum esse quenquam hoc seculo scribere libros quo viuit tale ingenium. Quid autem post tot fumos, tot glorias, tot conuitia docet nos? *Recha* legendum, non *racha*, et *recha* posse dici,

37 et *recha* posse *scripsi*: et *recha* posse *D E*.

998 *Hieronymus Sit. et nom. loc. Hebr.*, Migne *PL* 23, 926 B: "Taphet ... Est autem in suburbanis Aeliae vsque hodie locus", 904 C: "Ierusalem ... Fuit autem in tribu Benjamin", 901 B: "Gehennom, quod interpretatur, vallis Ennom ... Cecidit autem in sortem tribus Benjamin iuxta murum Ierusalem contra Orientem".

1000 *Iste Erasmus' critic.*

1 *Iosue Ios.* 18, 16.

6-7 *Hieronymo* Cf. supra, p. 191, n.l. 963.

8 *Abot Pirqe Abot*, V, 20, a Mishnah-tract; cf. infra, p. 195, n.ll. 39-40.

12-13 *filiosque ... initiarent* Hier. *Comm. in Mt.* I, 10, 28, *CCSL* 77, p. 71: "In tantam autem populus Israhel dementiae venerat vt deserta templi vicinia ibi hostias immolaret et rigorem religionis deliciae vincerent filiosque suos incenderent daemones vel initiarent, et appellabatur locus ipse gehennom, id est vallis filiorum Ennon".

13 *Idem Comm. in Ir.* II, 45, 3, *CCSL* 74, p. 84.

15 *delictiarum* Hier. *Comm. in Mt.* (v. supra, n.ll. 12-13) and *Comm. in Ir.* II, 45, 2, *CCSL* 74, p. 83: "... est amoenus atque nemorosus hodieque hortorum praebet delicias".

22 *dialecticus 'scholastic'*; cf. supra, p. 10, introd., §4, and infra, p. 571, n.ll. 329-330.

23 *Hieronymus* Cf. supra, p. 138 sq., (n.) l. 679

27 *Psalium Ps.* 4, 3. Cf. supra, p. 138 sq., (n.) l. 678.

29 *Chrysostomus* Cf. supra, p. 139, n.l. 689.

31-34 *Atque obiter ... contemptum* Cf. *Racha*, f° 6 r°: "... nisi quod discipuli illi ... in his quae euomit contra Christi diuinitatem, cum impia Arrii defensione ab eo discessere ..."; f° 18 v°: "At quae in Arrii defensionem turpissimam ... euomit ... Nemo Germanorum discipulorum ..."; f° 14 v° sq.: "qui Eluidium sepe ... excitans, Virgini virginitatem tentas aut auferre aut suspectam facere ... Qui primus antiquatum restituit Heluidii nomen ad eripiendam Virgini gloriam et vir-

ginitatem". The author writes that Er. was responsible for Luther's revolt and that he was the first ("primus") to write "contra Romanam ecclesiam". Cf. Ep. 1717, l. 38 sqq.: "Deinde dicit Lutheranos ... scribere in me ... qui Virgini Mariae detraxerim suam virginitatem, Christo suam diuinitatem", Ep. 1719, l. 46 sqq.: "qui Mariam Iesu matrem spoliarem sua virginitate, Filium Dei sua diuinitate, quod ausus sim sine Talmud exponere sacras litteras, quod Romanum Pontificem appellarem scortatorem, lenonem et antichristum. Dicere hominem lymphatum, adeo blaterat [cf. l. 34] ...", and Ep. 2443, l. 282 sqq. (v. supra, p. 137, n.ll. 653-726).

34-36 *Et his ... ingenium* This could be a reaction to the assertions made in *Racha* (f° 6 r° and 18 r° sq.) that the Lutherans were Er.'s disciples, that they exalted him as "solem suum" and made use of him as a Trojan horse and that Er. "in grecis latinisque ... solem se Germanie dici vult". Cf. *Er. Act. Acad. Lov. c. Luth.* (c. October 1520), Ferguson, p. 316, l. 2 sqq.: "Hieronymus Aleander, vir sua opinione longe maximus, non solum propter linguas, quas eximie callet ..., sed etiam mirabilis sibi videtur ob antiquitatem generis".

37-38 *Recha ... dotibus Racha*, f° 8 v° sq.: "Scito intelligendum esse 'recha' - ita enim legendum non 'racha' ... 'recha ... pro carentia bonorum non prima, quae naturae est, nec tertia, quae est diuinorum, sed mediae, quae est bonorum arte, cura, industria parabilium ... communis oraculorum sacrorum sermo hac dictione vtitur pro eo, cui desunt non maiora bona quam humana. At doctorum [= rabbanim] vsus est etiam eorum qui sapientia carent, quippe quae humana virtus non nisi studiorum sudore paranda est". Cf. Ep. 1719, ll. 37-44 [v. infra, p. 195, n.ll. 40-41], and Ep. 2443, l. 289 sqq.

qui tamen abundet diuinis dotibus. Et vnde haec docet? Ex libris Iudaeorum, quos non agnoscit ecclesia Christianorum. Deinde ‘gehennon’ compositum legi
 40 in libro Iudicum, et ‘gehennam’ pro inferis inueniri in libris Abot, similia prolaturus mysteria, nisi vereretur, ne sanctum canibus et margaritas obiiciat porcis. Nimirum huiusmodi scriptores si nobis ecclesia Romana miserit, facient illam apud omnes gratiosam. Imo nisi tales aluisset euexissetque Romana sedes, non venisset in publicum orbis odium. Nos humilia tractamus, nimirum pro natura
 45 argumenti quod suscepimus, nulli obstantes quo minus adferat sublimiora. Imo nisi haec humilia praecessissent, fortassis non essent qui ista sublimia discere vel cuperent vel possent.

[29] [A] Duo passerres. Δύο στρουθία, id est ‘duo passerculi’, et diminutio facit ad emphasin. Ac mox rursum ἀσσαρίου, *asse*, diminutiuum est, quasi
 50 dicas: ‘terunciolo’. Quanquam Romanam vocem effinxit siue interpres siue euangelista. As enim siue assis, qui et libella dicitur, nummulus erat cuius vilitas etiam prouerbiis testata est. Catullus: *Omnes vnus aestimemus assis*. Illud mirum, Hilarium subinde repetisse *unum* pro *vnus*, quod στρουθίον apud Graecos neutri generis sit, nisi forte malumus hoc imputare librariis. [B] Cyprianus citat *neuter*, quod
 55 duorum esset facta mentio. Mirum autem quid secutus Chrysostomus legat *et vnus ex illis non cadet in laqueum sine Patre vestro*. Et ad eundem sane modum legit Origenes homilia in Lucam trigesimasecunda. Nam vt Origenis non sit hoc opus, tamen hominis est eruditi. Theophylactus nobiscum legit *super terram*. [E] Vnde probabile est Chrysostomo fuisse exemplar in quo scriptum erat εἰς παγίδα
 60 pro ἐπὶ τὴν γῆν.

[30] [A] Vestri autem. *Vestri* hoc loco primitiuum pronomen est potius quam deriuatiuum, quasi dicat: ‘de vobis’. Nam Graeci carent hac distinctione. Significat autem vilissimam hominis partem. Interpres, aut certe scriba, omisit
 65 Graecam coniunctionem καί, ‘et’, ‘et capilli’ seu magis ‘pili’, [B] quae tamen ad emphasin facit, cum sentiat adeo nos non esse neglectui Patri coelesti, vt is capillos etiam nostros habeat numeratos. [A] Pauloque post

[31] Meliores estis. Διαφέρετε, id est: ‘praestatis’, quod alibi vertit *pluris estis*. Nec est

[32] Confitebitur me, sed ‘in me’, ἐν ἐμοί, hoc est ‘in nomine meo’. Item
 70 ‘confitebor in eo’, ἐν αὐτῷ. [B] Sic legit et Chrysostomus. [C] Quanquam hunc sermonem suspicor esse idiomatis Hebraici.

[35] [B] Separare hominem aduersus etc. Διχάσαι, quod significat ‘in duo diducere quae prius erant coniuncta’, quod subnotasse videtur et Chrysostomus hunc edisserens locum. Vnde Graeci διχοστατεῖν vocant ‘per seditionem
 75 inter se contendere’ et seditionem διχοστασίαν, quoties *scinditur incertum studia in contraria vulgus*. Locus autem est apud Michaeam capite septimo iuxta veritatem Hebraicam: *Ab ea quae dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui, quia filius contumeliam facit patri, et filia consurgit aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam, inimici hominis domestici eius*. [C] Graeca vox est anceps νόμφη,
 80 quae si referatur ad maritum, sponsam sonat, si ad parentes sponsi, nurum.

58 Theophylactus C–E: Vulgarius B.

- 38 *Ex libris Iudaeorum Racha*, פ' 3 v°: “nunquam enim, nec in sacris libris, neque in lingua doctorum [= rabbanim], quae aliena et aramea est, in vniuersa Talmud inuenire est, nisi dictionem [= ‘racha’] quae vacuum non dubio, sed certo sensu significet”. Cf. Ep. 1719, ll. 37–44, and Ep. 2443, l. 289 sqq.
- 39–40 *Deinde ... Abot Racha*, פ' 13 r° sq.: “... Nam in libro qui Miscenaiot inscribitur, in eo volumine quod ‘Abot’, hoc est ‘Patrum’, vocatur”; v. supra, p. 193, n.l. 8.
- 40 *Iudicum Ios.* 15, 8 (Vg.): “Geennom”. Er. confuses *Iudic.* with *Ios.*, like supra, p. 95, app. crit. ad l. 670.
- 40–41 *similia ... porcis* Cf. Ep. 1719, ll. 38–39: “... in quo [sc. libro] quaedam aperit mysteria, non proicienda porcis, ex adorabili Talmud”.
- 48 *duo passeruli* The reading of *Nov. Test.*
- 49 *emphasin* V. supra, p. 45 sq., introd., §9.
- 51 *As ... libella dicitur* Cf. Budé, *De asse et partibus eius*, I, *Omnia opera*, 2, p. 40: “Idem nummus [sc. as] libella dicitur ... ex eo dictam, quod libra aeris valebat, id est asse. Cum autem minimam pecuniam significare volebant, assem et libellam dicebant”. Mintage of the ‘libella’, a coin equal in value to an ‘as’, had already ceased in Plautus’ time (Lewis-Short, s.v.).
- 52 *Omnes ... assis* Catull. 5, 3. Cf. Er. *De cop. verb.* I, l. 687 sq., *ASD* 1, 6, p. 134: “Vnius aestimemus assis” dixit Catullus, contra grammaticorum leges”.
- 52–53 *Hilarium* In *In Mt.* 10, 18, *SC* 254, p. 236, one can read “vnus” twice (“vnum” in app. crit.).
- 53 *neutri* V. supra, p. 39 sq., introd., §8a.
- 54 *Cyprianus Epist.* 59, 5, 2, and 66, 1, 2, *CCSL* 3C, pp. 345 and 435.
- 55–56 *et vnus ... vestro* Chrys. *Hom. in Mt.* 34 (35), 2, Migne *PG* 57, 401: καὶ ἐν ἐξ αὐτῶν οὐ πεσεῖται εἰς παγίδα ἄνευ τοῦ Πατρὸς ἡμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς, Trapezuntius, 319 B: “et vnus ex ipsis non cadit in laqueum sine Patre vestro qui est in coelis?”
- 57 *Origenes Hom. in Lc.* 32, *GCS* 9, p. 182: “Sicut enim scriptum est: ‘In laqueum non cadit passer sine voluntate Patris’”.
- 57–58 *Nam vt ... eruditi* Er. contests the authenticity of the 39 sermons of Orig. on *Lc.*, whereas Hier. writes that he translated 39 of these into Latin (*Epist.* 33, 4, 8, *CSEL* 54, p. 258, and *De vir. ill.* 135, Migne *PL* 23, 717 B; cf. M. Rauer, *GCS* 9, p. x). Cf. infra, pp. 311, 446, 463, 466, 467 and 486, ll. 22 sq., 150 sqq., 508 sq., 545 sq., 599 sq. and 111 sq., and *Apolog. c. Iac. Latomi dialog.*, *LB IX*, 97 B.
- 58 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 10, 29–31, Migne *PG* 123, 244 A: ἐπὶ τὴν γῆν.
- 61–62 *primitiuum ... deriuatiuum* Prisc. (Keil, *Gr. Lat.* 2, pp. 577, l. 6 sqq., and 582, l. 12 sqq., and 3, p. 148, l. 15 sq.) considers personal pronouns as “primitiua”, possessive pronouns as “deriuatiua”. Er. adheres in his views to Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 812, col. 1: “Ego praeterea, vt Graece est, dixissem ‘vestrum’, quia nescio quid plus hoc modo significat, quasi dicatur: ‘non modo omnia membra vestra, sed etiam vestri omnes capilli’, siue ‘pili capitis, numerati sunt’”.
- 65 *emphasin* V. supra, p. 45 sq., introd., §9.
- 67–68 *pluris estis Mt.* 6, 26.
- 70 *Sic ... Chrysostomus Hom. in Mt.* 34 (35), 3, Migne *PG* 57, 401, quotes: Πᾶς οὖν ὅστις ἠμολογήσει ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἠμολογήσω καὶ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τοῦ Πατρὸς μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. Trapezuntius, 320 B: “Quicumque igitur confitebitur in me coram hominibus, confitebor eum et ego coram patre meo qui est in coelis”. What Er. writes is therefore only correct in the case of the Greek text or only of “in me” in the translation.
- 71 *idiomatis* V. supra, p. 48, introd., §10.
- 73–74 *Chrysostomus* The meaning of “in duo ... coniuncta” is not so apparent from *Hom. in Mt.* 35 (36), 1, Migne *PG* 57, 405 sq. as from Trapezuntius, 325 AB: “Separare nanque hominem veni, vt filius patrem, filia matrem, et nurus socrum inuadat’: ita non solum inter domesticos bellum oriri praedicabat, verumetiam inter ipsos, qui necessariis naturae vinculis proxime colligati sunt.”
- 75–76 *scinditur ... vulgus* Verg. *Aen.* II, 39.
- 77–79 *Ab ea ... eius Mch.* 7, 5 sq. (Vg.). Chrys. *Hom. in Mt.* 35 (36), 1, Migne *PG* 57, 406, also quotes this text, but Trapezuntius, 325 D, gives a different translation.
- 79–80 *Graeca vox ... nurus* Added in 1522; Stun. had objected to Er.’s translation “et sponsam aduersus socrum suam” (*Nov. Test.*, in which *Lc.* 12, 53, reads: “et nurus in socrum suam”); cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD IX*, 2, p. 94 sq., ll. 708–712 and n.l. 709.

[39] [A] Qui inuenit. 'Ο εὐρών, id est 'qui inuenerit'. Est enim praeteriti temporis, vt et illud ὁ ἀπολέσας, *qui perdiderit*. Sic paulo post

[41] [D] In nomine prophetae. Scio quosdam has particulas *in nomine iusti* et *in nomine prophetae* referre ad Christum, qui vere iustus sit et propheta.

85 Quamquam mihi videtur hic esse sensus: qui recipit iustum, non quia cognatus sit aut affinis aut diues aut potens, sed quia iustus, erit et ipse iustus accepturus mercedem suae iustitiae. Et *in nomine* reliquimus, quod aliquoties nec 'sub nomine' nec 'per nomen' nec 'nomine' omisa praepositione satis explicat idioma sermonis Hebraici. Ac mihi sane nimium morosi videntur qui nusquam concedunt euangelicis literis sua peculiaria vocabula, quum in rhetoricis ferant 'statum' et 'constitutionem' voces longe aliud significantes Latinis auribus, et 'finem' pro definitione, et 'superlationem', vocem Latinis inauditam, pro eo quod Graeci vocant hyperbolen. [A] Mercedem prophetae accipiet. Neque *prophetae* neque *iusti* apud Graecos additur articulus τοῦ, vnde non potest accipi de certo
90 propheta seu iusto, sed de quocunque, non de eo qui recipitur; vt sensus sit ipsum quoque qui prophetam receperit, fieri prophetam, qui iustum receperit, fieri iustum. [E] Nam hic sensus arridere solet Ioanni Coletio. Quamquam secus interpretari videtur Chrysostomus.

[42] [A] Ex minimis his. Τῶν μικρῶν τούτων, id est 'e pusillis his' siue 'e paruis', ne frustra sibi placeant quidam qui se minimos vocant, cum alii Minorum occuparint cognomen. [B] Quamquam *minimis* legit et interpretatur Hilarus. Ex Hieronymi Chrysostomique interpretatione non satis liquet quid legerint. Et huius ipsius euangelistae capite vicesimoquinto ἐλαχίστων legitur: *quamdiu fecistis vni ex minimis istis* etc. [A] At mox calicem aquae frigidae.
105 Graece est ποτήριον ψυχροῦ, id est 'poculum frigidae', vt subaudiendum sit ὕδατος. Sic enim loquuntur et Latini: 'frigida lauat' et: *frigidam poposcit*. Porro
LB 59 μόνον – id est 'tantum' –, quod proxime sequitur, referri potest vel ad superiora – vt sit sensus sufficere, si quis vel frigidam duntaxat aquam exhibeat – vel ad sequentia – vt intelligas satis esse quiduis, modo id fiat tanquam discipulo
110 Christi.

EX CAPITE VNDECIMO

[1] Cum consummasset praecipiens. Graecanicam figuram male reddidit interpres. Est enim iuxta sermonis proprietatem participium positum vice verbi infiniti, ἐτέλεσε διατάσσω, pro διατάσσειν. Quemadmodum μέμνημαι
115 ἐλθών, id est 'memini veniens', pro 'memini venisse'. Proinde nos vertimus *cum finem fecisset Iesus mandandi* [B] siue 'praecipienti'.

[2] [A] In vinculis. 'Εν δεσμοτηρίῳ, id est 'in carcere'. Nomen est a vinculis dictum. Nam est aliud φυλακή a custodia dictum. Et mox τὰ ἔργα. Cur non potius 'facta' quam *opera*? Nam opus [B] est [A] quod extat, veluti domus. Quamquam in his minutulis saepe conuiuemus. Vt ne dicam quod in πέμψας *mittens*
120 vertit pro 'missis duobus', [B] non obseruata temporis ratione.

[3] [A] Tu es qui venturus es. Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, id est: 'tu es ille veniens' siue 'venturus'. Est enim Graeca vox ad vtrumlibet tempus anceps. Illud maioris est momenti, quod

125 [4] Ἄ ακούετε καὶ βλέπετε – id est: 'auditis et videtis' – vertit *quae audistis et vidistis*. Est enim plenior sensus, vt de omnibus quae faciebat Iesus, intelligatur. Et

[5] Caeci vident. Ἀναβλέπουσι. Graecis expressius est, quasi dicas: 'reuident' seu 'recipiunt visum'. Pauperes euangelizantur. Εὐαγγελίζονται.

101 occuparint A–D: occuparit E.

117 δεσμοτηρίῳ *Nov. Test.*: δεσμοτηρίῳ A–E.

81 *qui inuenerit* The reading of *Nov. Test.*

87–89 *in nomine ... Hebraici* Cf. p. 121, n.l. 283. On "idioma" v. supra, p. 48, introd., §10.

90–91 *statum et constitutionem* The 'constitutio causae' or 'status' (στάσις) is the type of issue which the case presents, the first thing to know in the 'genus iudiciale' (A.D. Leeman, *Orationis ratio*, Amsterdam, 1963, I, p. 28). Cic. *Inv.* I, 10–19, deals with the four 'constitutiones' or basic issues of a speech: question of fact, question of law, question of nature of the act, and question of legal procedure (George Kennedy, *The art of Rhetoric in the Roman World 300 B.C. – A.D. 300*, Princeton, 1972, p. 110).

92–93 *superlationem ... hyperbolen Rhet. Her.* IV, 33, 44: "Superlatio est oratio superans veritatem alicuius augendi minuendive causa". Cic. *De or.* III, 53, 203, and Quint. *Inst.* IX, 1, 29, and XII, 10, 62, call this "supralatio". Cf. Lausberg, I, p. 299 sq., §579, and p. 47, introd., §9.

97 *Nam hic ... Ioanni Coletto* Er. may have based this assertion on his contact with Colet (v. supra, p. 10, introd., §4, and infra, p. 608) or on *In Euangelium S. Matthaei*, a work by Colet that has presumably been lost. Cf. Sears Jayne, *John Colet and Marsilio Ficino*, Oxford, 1963, p. 152.

98 *Chrysostomus* Chrys. indeed gives a different explanation in *Hom. in Mt.* 35 (36), 3, Migne PG 57, 408 sq.

99–101 *Ex minimis ... cognomen* Er. does not react here to Stun.'s criticism of this passage in *Erasmii Roterodami blasph. et imp.*

99 *Ex minimis his* Modern editions of Vg. read "ex minimis istis"; *Nov. Test.*: "ex pusillis his".

100–101 *Minorum* The order of the Franciscans.

101–102 *Hilarius In Mt.* 10, 29, SC 254, p. 250.

120–121 Vt ne ... duobus *inter* 123 anceps et Illud maioris *posuit* A.

102 *Hieronymi Chrysostomique Hier. Comm. in Mt.* I, 10, 42, CCSL 77, p. 76, does not mention anything about this; Chrys. *Hom. in Mt.* 35 (36), 2, Migne PG 57, 408, quotes: "Ὁ δὲ ἐὰν ποτίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων (Trapezuntius, 328 A: "Quicumque potum dederit vni ex minimis istis ..."), and refers in *Hom.* 35 (36), 3, Migne PG 57, 409, to *Mt.* 25, 45 (Trapezuntius, 328 C: "In quantum enim, inquit, vni minimorum fecistis ...").

103 ἐλάχιστων *Mt.* 25, 40.

105 *poculum frigidae* *Nov. Test.*: "poculum aquae frigidae".

106 *frigida ... poposcit* Plaut. *Most.* 157: "frigida laui", Plin. *Epist.* VI, 16, 18: "frigidam poposcit". Cf. Ep. 1053, l. 229, and *Apolog. ad Fabr. Stap.*, ASD IX, 3, p. 182, l. 2388 sq.

112–116 *Cum ... praecipendi* Er. reacts in *Epist. apolog. adv. Stun.*, LB IX, 394 AB, to criticism from Stun. of this passage. *Nov. Test.*: "cum finem fecisset Iesus mandandi".

113 *proprietatem* V. supra, p. 48, introd., §10.

117–121 *in carcere ... facta ... missis duobus* Readings of *Nov. Test.*

122–123 *tu es ... venturus* *Nov. Test.*: "tu es ille, qui venturus est".

125 *auditis et videtis* The reading of both *Nov. Test.* and Weber; other modern editions of Vg. read "audistis et vidistis". Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 812, col. 1: "Legendum est in praesenti tempore 'auditis et videtis', quod certe multo vberioris est sensus quam in praeterito".

129 *recipiunt visum* *Nov. Test.*: "visum recipiunt".

129–135 *Pauperes ... misit me* Er. reacts in *Epist. apolog. adv. Stun.*, LB IX, 394 BC, to criticism from Stun. of this passage. *Nov. Test. A.*: "pauperes laetum accipiunt nuncium"; *B–E.*: "pauperes laetum accipiunt euangelii nuncium".

130 Plane Graecorum more locutus est interpres, qui cum dicant: ‘benefacio te’ et ‘benedico te’, proinde et passivis horum ἀναλόγως vtuntur, ‘bene patitur abs te’, [B] ‘benedicitur abs te’. [A] Nam utroque modo loquuntur, εὐαγγελίζω σοι et εὐαγγελίζω σε, vt indicat Theodulus De dictionibus rhetoricis. Proinde nos vertimus *pauperes laetum accipiunt* [C] *euangelii* [A] *nuncium*. Allusit enim ad verba prophetarum: *euangelizare pauperibus misit me*. Illa leuicula sunt quod

[7] Σαλευόμενον vertit *agitatum* pro eo quod est ‘quae agitur’ siue ‘mouetur’, sed huc et huc vnderum more. [B] Vnde Hilarius, vt temporis etiam rationem obseruet, vertit *arundinem vento moueri*. [A] Et quod

140 [8] Οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες vertit *qui mollibus vestiuntur* pro ‘mollia gestantes’, vt subaudias ‘vestimenta’.

[9] Etiam, dico vobis. Ναί – id est ‘certe’ –, aduerbium confirmantis, quod paulo superius vertit *vtique*. Caeteris enim abnegatis postremum hoc confirmat. Et plus quam prophetam. Bene vertit, si περισσότερον legas genere neutro; sin masculino, sonat praestantiorum propheta. Nec hic liceret articulum apponi, τοῦ προφήτου; quod ad nullum certum prophetam possit accommodari, [B] cum illum omnibus anteponat. [E] Sed quid existis videre. Hic distinctio nonnihil habet ambiguitatis; apud Origenem hanc comperimus distinctionem: Ἀλλὰ τί ἐξεληλύθατε; ἰδεῖν προφήτην; id est: ‘Quor existis? Ad videndum prophetam?’

150 [11] [A] Inter natos mulierum. Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν. Absolute dixit, vt ad omnia pertineat quae possint e mulieribus nasci. Opinor enim γεννητοῖς neutro genere positum esse, non quod alios sentiat quam homines, sed quod schema sermonis habeat epitasin. Vehementius enim est ‘nullum animal hoc sceleratius’ quam ‘nullus homo sceleratior’. Iam tametsi pie ratiocinatur Hieronymus Christum non teneri hac formula quod ex virgine sit natus, tamen ad reuincendum contentiosum non satis haberet ponderis; cum alibi Christus ipse matri loquens dicat: γύναι, id est ‘mulier’. [D] Praeterea qua fronte Paulus Galatis scribit *factum* LB 60 | *ex muliere*, si Christus ex muliere natus non est? Verum est ‘mulierem’ apud Latinos aliquando significare ‘corruptam’ et tamen hoc non obstitit interpreti quo minus virginem Mariam mulieris nomine compellat. [E] Quod si virgo adulta Latine Graeceque dicitur mulier, multo minus absurdum est maritatum et matrem dici mulierem. [A] Deinde quorsum opus erat mox excipere seipsum, si non tenebatur hac formula? [B] Ait enim de se: *sed qui minor est in regno coelorum, maior est illo*. [D] Augustinus [E] quum alias, tum Contra aduersarium legis et prophetarum lib. 2., cap. 5., [D] argutatur de distinctione quod haec particula 160 *in regno coelorum* possit vtrolibet referri. ‘Qui minor est’, videlicet tempore, ‘is in regno coelorum maior est’. Aut ‘qui minor est in regno coelorum, is illo maior est’. Haec videbuntur puerilia, sed ad praesens institutum pertinent. Non surrexit maior. Annotauit hoc Hieronymus, Ioannem non praeferrī prophetis ac patriarchis omnibus, sed aequari. Non enim si Petrus non est maior Ioanne, statim Ioannes maior erit Petro.

[12] [A] Vim patitur. Βιάζεται, id est: ‘vi inuaditur’ siue ‘occupatur’ vel ob turbam irruentium ac vi conantium irrumpere; adeo iam vrgebat tempus euan-

- geli. Etiamsi me non fugit Hieronymum, Augustinum cumque his plerosque
 175 secus hunc locum interpretari. Verum liceat et a probatissimis autoribus alicubi
 dissentire; quandoquidem illi non solum fuerunt homines, verum permisere sibi
 in tropologia nonnunquam abuti scripturae testimoniis. Primum illud liquet,
- 130 Graecorum more *B–E*: graece *A*.
 130 benefacio *E*: bene facio *A–D*.
 151–154 nasci ... Hieronymus *D E*: nasci. Nec
 est quod hic arguet Hieronymus *A*, nasci.
 Non quod ... epitasin. Iam tametsi ... Hiero-
 nymus *B*, nasci. Opinor ... positum esse.
- 133 *Theodulus* Theodulus monachus or Tho-
 mas Magister, *Ecloga vocum Atticarum* (ed. F.
 Ritschl, Halle, 1832, Hildesheim-New York,
 1970², p. 112; this work was published by
 Aldus Manutius in the collection *Dictiona-
 rium Graecum* in Venice, 1497): Εὐαγγελίζο-
 μαι οἱ πάντες δοτικῆ ἄπαξ δὲ πού καὶ αἰτια-
 τικῆ συντασσόμενον εὐρηται, ὡς παρὰ
 Χαρικλεία καὶ ἐν τῆ θεία γραφῆ. σὺ δὲ
 δοτικῆ ἀεὶ σύντασσε.
- 135 *euangelizare* ... *me* *Lc.* 4, 18 in *Vg.*; *Is.* 61, 1
 reads in *Vg.*: “ad annuntiandum mansuetis
 misit me”. In Greek the texts are equal, but
 the punctuation differs.
- 137 *Hilarus* *In Mt.* 11, 4, *SC* 254, p. 256.
 139–140 *mollia gestantes* *Nov. Test.*: “qui mollia
 gestant”.
- 141–142 *Etiam* ... *vtique* Cf. Valla, *Annot.*,
 Garin, I, p. 812, col. 1: “Idem vocabulum hoc
 quod superius: ‘Creditis quia possum facere
 hoc? Dicunt ei: vtique’, *vai*” (*Mt.* 9, 28).
Nov. Test.: “certe”. Cf. supra, p. 183, l. 772
 sq., and infra, p. 205, n.ll. 290–291.
- 147–148 *distinctio* ... *distinctionem* ‘punctua-
 tion’, ‘punctuation mark’; cf. supra, p. 57,
 n.l. 54.
- 147 *Origenem* *Comm. in Mt.* X, 22, *GCS* 10, p.
 30.
- 153 *epitasin* *V.* supra, p. 46, introd., §9.
 154 *Hieronymus* *Comm. in Mt.* II, 11, II, *CCSL*
 77, p. 80.
- 156–157 *alibi* ... *dicat* *Ioh.* 2, 4, and 19, 26.
 157 *fronte* H.l. ‘impudence’, ‘boldness’ (Lewis-
 Short, s.v.); cf. *Vlp.* in *Dig.* XXVI, 7, 58, 2,
Aug. Civ. I, 27, II, 13 and III, 30, and *Hier.*
Epist. 57, 3, I, *CSEL* 54, p. 506 (*ThLL* 6, I,
 1357 sq.). Er. incidentally mentions the
 expression “qua fronte” in *Adag.* 747, *ASD*
 II, 2, p. 270, l. 773 sq., and uses it in, among
 other places, infra, p. 592, l. 889, and in *Sup-
 putat. error. in cens. N. Bedae*, *LB IX*, 502 F
 and 703 D. Cf. *Annot. in Ioh.* 21, 16, *LB VI*,
 418 F: “quid frontis est istis”.
- 157 *Paulus* *Gal.* 4, 4.
 158–162 *Verum* ... *mulierem* This passage was
 modelled on Valla, *Eleg.* VI, 38 (Garin, I, p.
 218): “Eandem dixit [Vlpianus] et mulierem
 et non mulierem, primum pro ea quae est
 foemina, secundum pro corrupta”. Cf. *Para-
 phr. in Eleg. Laur. Vallae*, *ASD I*, 4, p. 278, ll.
 973–975: “Mulier significat foeminam, non
 virginem, id est, foeminam corruptam. Sed
 tamen nonnunquam significat etiam virgi-
 nem, quae tamen sit in ea aetate vt patiatur
 virum.” Cf. infra, p. 280 sq., l. 225 sqq., ad
Mt. 21, 9, and *Annot. in Hebr.* 11, 35, *LB VI*,
 1017 C: “mulieres’ Graece est γυναικες, quae
 vox et sexum significat et vxorem.” Du
 Cange, *Glossarium Mediae et Infimae Latini-
 tatis*, 2, p. 583, notes that ‘corrumpere’ occurs
 in the meaning ‘deuirginare’ for the first
 time in Papias (Italy, 11th century; v. infra, p.
 257, n.l. 605).
- 164 *Augustinus* *Contra aduersarium legis et pro-
 phetarum*, II, 5, 20, *CCSL* 49, p. 106 sq., and
Serm. 66, 2, Migne *PL* 38, 431 sq.
- 165 *distinctione* H.l. ‘punctuation mark’; cf.
 supra, p. 57, n.l. 54.
- 168 *institutum* *V.* supra, p. 48, introd., §10.
- 169 *Hieronymus* *Comm. in Mt.* II, 11, II, *CCSL*
 77, p. 80.
- 172–177 Βιάζεται ... *testimoniis* Er. does not
 react here to criticism from Stun. in *Erasmii*
Roterodami blasphem. et imp.
- 174 *Hieronymum* *Comm. in Mt.* II, 11, II, *CCSL*
 77, p. 80.
- 174 *Augustinus* *Contra Faust.* XIX, 24, *CSEL*
 25, p. 524, *De fide et operibus*, 21, 39, *CSEL*
 41, p. 84, *De diuersis quaestionibus octoginta*
tribus, 53, I, *CCSL* 44A, p. 86, *Quaest. Ev.* II,
 37, *CCSL* 44B, p. 87, *De serm. Dom.* I, 15,
 40, *CCSL* 35, p. 44.

opinor, hoc loco *regnum coelorum* dici nouam euangelii doctrinam, ad quam iam vltro confluebat turba ceu pertesa Mosen. Nec enim in hoc vim patitur doctrina
 180 Christi neque vi rapitur, si nos vim admouemus affectibus nostris, sed magis vim facit. Ad haec, quid hic senserit, ipse mox explicat: *omnes enim prophetae et lex usque ad Ioannem*, videlicet causam reddens cur ita cupiant irrumperere, cum Mosaicae legis tempus iam praeterisset. [B] Ita connectit sermonis consequentiam et Chrysostomus homilia trigesimoctaua. [D] Huic succinit Theophylactus. [B]
 185 Nec Hilarius ab hac nostra sententia admodum discrepat, interpretans coelorum regnum Iudaeis veluti debitum ex pacto violentia fidei occupandum a gentibus. Eius verba si quis requireret, subscribam. *Vt rerum*, inquit, *natura exigit, vim potentior affert minorque erit cui vis affertur. Quid est ergo, quod diripiens est, quodque vim patitur, contuendum est. Infidelitatem discipulorum Ioannis Dominus animadu-
 190 uerterat; turbae etiam opinionem de eius nuncio intellexerat, in cuius scandalo ingens fidei periculum sentiebat, ire potius apostolos ad oues perditas Israel iusserat. Ipsos institui oportebat in regno, et in Abrahae ac Isaac et Iacob familia retineri. Sed omnis haec praedicatio profectum publicanis et peccatoribus afferebat. Ex his enim iam credentes, ex his iam apostoli, ex his iam regnum coelorum. Caeterum Ioanni a plebe
 195 non creditur, auctoritatem Christi opera non merentur. Crux futura erat scandalo, iam prophetia cessat, iam lex expletur, iam praedicatio omnis includitur, iam Heliae spiritus in Ioannis voce praemittitur. Aliis Christus praedicatur et ab aliis agnoscitur. Aliis nascitur et ab aliis diligitur. Sua eum respuunt, aliena suscipiunt. Proprii insectantur, complectuntur inimici. Haereditatem adoptio expedit, familia reiicit. Testa-
 200 mentum filii repudiant, serui recognoscunt. Itaque vim regnum coelorum patitur, inferentes diripiunt illud. Quia gloria Israel patribus debita, a prophetis nunciata, a Christo oblata, fide gentium occupatur et rapitur. Hactenus Hilarii verba retulimus. [D] Hoc sermone Dominus excludit murmur Iudaeorum, qui indignabantur, quod ad ipsis promissam euangelii gratiam reciperet quoscunque: 'Imo', inquit,
 LB 61 'non illos recipio, sed ipsi vobis contantibus irrumperunt'. | [C] Rapiunt illud.
 206 Aptius est quod legitur cum in aliis vetustis tum in aureo codice: *et violenti diripiunt illud*, [D] sumpta metaphora ab arce quae irrumperentibus hostibus diripitur.*

[14] [A] Ipse est Helias. Locus est in calce Malachiae prophetae: *Ecce ego mittam Heliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus et horribilis*. [B]
 210 Helias qui venturus est. Mollius erat 'qui venturus erat'. Nam quo pacto venturus est qui iam praedicationem suam peregerat? Notum est autem participia praesentis temporis etiam ad praeteriti imperfecti significationem pertinere.

[16] [A] Similem aestimabo. Ὁμοιώσω, id est: 'assimilabo' siue, quod Latinius est, 'similem esse dicam'. Hieronymus annotauit hic Graece esse ἐν
 215 ἀγοραῖς, id est 'in mercatibus' siue 'foris'. Nam Latinis forum est etiam in quo aguntur causae. Caeterum ἀγορά Graecis proprie forum est rerum venalium. Vnde verbum ἀγοράζομαι, id est 'emo'. Nec est clamantes, sed προσφωνοῦντες, id est 'acclamantes' siue 'alloquentes'. Rursum non est coaequalibus, sed ἐταίροις, id est 'sodalibus'. Hilarius habet *et clamantibus inuicem*, ex quo
 220 coniciio illum legisse ἐτέροις pro ἐταίροις. Nec est simpliciter

[17] Cecinimus, sed ἠλλήσαμεν, id est ‘cecinimus tibiis’. [B] Ita sane citat diuus Augustinus libro Quaestionum euangelicarum secundo, capite vndecimo: *Cantauiumus tibiis et non saltastis*. [D] Itaque vocem hanc eandem vertit Lucae capite septimo. [A] Quis autem vnquam dixit: Lamentauiumus? Ἐθρηνήσαμεν, id est ‘lamentati sumus’ siue ‘luximus’ aut, vt sensum magis exprimam, ‘lugubria cecinimus’. Siquidem veteres variis harmoniarum modis, quos appellant Phrygium, Dorium, Lydium, varios mouebant affectus, tibiis ad alacritatem incitabant. Et legimus Ἀδμήτου μέλος pro ‘lugubri cantione’. Sensus igitur est: diuersis rationibus tentauiumus vos excitare nec vllo pacto potuistis commoueri. Porro planxistis Graecis est ἐκόψασθε, quod inde dictum est, quod olim in luctu seipsos caederent manibus, qui proprie planctus dicitur. Apparet autem vulgarem

204 ad D: ab E.

208 Malachiae *E Loca*: Micheae A B, Michaeae C D.

213 Similem E: Simile A-D.

179 *pertesa* Perf. partic. of ‘pertaedet’, ‘to have enough of something’, ‘to be fed up with something’.

184 *Chrysostomus* Hom. in Mt. 37 (38), 3, Migne PG 57, 422 (Trapezuntius, 342 D: “Et quamnam consequentiam, inquires, hoc habet ad ea quae iam dicta sunt”).

184 *Theophylactus* Enarr. in Mt. 11, 13, Migne PG 123, 252 C.

187-202 *Vt ... rapitur* Hil. In Mt. 11, 7, SC 254, pp. 258-260: “Vt rerum natura exigit vim potior adferet minorque erit; cui vis adferatur. Quid ergo est quod ... (l. 189) Dominus aduerterat, turbae ... (l. 190) intellexerat, in crucis scandalo ... (l. 191) ipsos constitui oportebat ... (l. 192) familia atque agnatione retineri ... (l. 201) inferentesque diripiunt, quia gloria Israel a patribus ... rapitur”.

203-205 *Hoc sermone ... irrumpunt* Reference to Lc. 15, 2 and 13, 28 sq. and Mt. 8, 11 sq. I have not been able to find the passage ‘Imo ... irrumpunt’.

208 *calce* “the end”, ‘conclusion’ of a page, book or writing”; since Hier. (Lewis-Short, s.v.; *ThLL* 3, 199, s.v.).

208 *Malachiae* *Μl.* 4, 5 (= 3, 23). The reading “Michaeae” from D has already been corrected in *Loca*, p. 240: “pag. 49. vers. a. fine 10. pro Micheae scribe Malachiae, similiter et in margine, quemadmodum alibi frequenter citatur hic locus a nobis, velut in hoc ipso euangelista cap. 17. [v. infra, p. 254, l. 552 sqq.] et Lucae cap. 1 [v. infra, p. 455 sq., l. 300 sqq.]. Et item Ioannis 1. aliisque locis. Vnde hic aut calami lapsus fuit, aut opera-

214-217 Hieronymus ... emo inter 234 Chilia-dibus nostris et 235 Daemonium posuit A. 221 ἠλλήσαμεν *scripsi*: ἠλλήσαμεν A-E.

rum incuria”.

213 *assimilabo* The reading of *Nov. Test.*

214 *Hieronymus* *Comm. in Mt.* II, 11, 16, CCSL 77, p. 82: “Isti ergo pueri sederunt in foro siue ἐν ἀγορᾷ, quod significantius Graece dicitur vbi multa venalia sunt”.

215-219 *in mercatibus ... foris ... acclamantes ... alloquentes ... sodalibus* *Nov. Test.*: “pueris qui sedent in foris et acclamant sodalibus suis”.

219 *Hilarius* In Mt. 11, 8, SC 254, p. 260 (“claman- tibus ad inuicem”).

221 ἠλλήσαμεν The notation ἠλλήσαμεν in A-E, BAS and LB is the result of iotacism (the shift in pronunciation of a number of vowels, among them the γ, to i in the Byzantine era); cf. supra, p. 67, n.l. 25.

221-226 *cecinimus ... cecinimus* *Nov. Test. A*: “tibia cecinimus ... lamentati sumus”, B-E: “tibia cecinimus ... lugubria cecinimus”.

222 *Augustinus* *Quaest. Ev. II, 11*, CCSL 44B, p. 53: “Cantauiumus”.

224 *Lamentauiumus* “That ‘lamentauiumus’ is bad Latin had already been observed by Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 812, col. 1 sq., and there is a correction ‘lamentati sumus’ in MS. C of Vg. Active forms of ‘lamento’ occur in the *Vetus Latina*, e.g. Lc. 23, 27 in e, and elsewhere in ecclesiastical Latin; see *ThLL*, s.v.” H.J. de Jonge, *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, ASD IX, 2, p. 97, n.l. 716.

228 Ἀδμήτου μέλος Cf. *Adag.* 1522, ASD II, 4, p. 34 sq.: “Admeti naenia. Ἀδμήτου μέλος, id est *Admeti naenia*. De tristi lugubrique cantione”.

fuisse cantiunculam quam pueri inter se canerent. Quemadmodum et Pittacus consultorem suum ad pueros trocho lusitantes mittit, vt audiat τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. Sicut copiosius dictum est in Chiliadibus nostris.

235 [18] Daemonium habet. In nonnullis scriptum erat ὅτι πνεῦμά ἐστιν – id est ‘spiritus est’ –, sed dissentientibus [B] caeteris [A] omnibus. Erat autem et hoc vnum e criminibus Socratis, quod genium haberet peculiarem, qui vocabatur Socratis daemonium.

240 [19] [B] Venit Filius hominis. Τοῦ ἀνθρώπου, vt ad Mariam referri non possit, cum articulus sit generis masculini, ne quis hic frustra philosophetur in Filio hominis, quod alicubi facit Augustinus. [A] Homo vorax. Graecis est φάγος, quod magis sonat edacem siue comedonem. Deinde quod sequitur, vini potator, apud Graecos iucundius est ob dictionem compositam οἶνοπότης, quasi dicas: ‘vinibibus’, cui pugnat ὑδροπότης, ‘aquaebibus’. [C] Augustinus libro aduersus Faustum xvi., cap. xxxi., pro οἶνοπότης refert *vinaria*, voce, ni fallor, deprauata ex ‘vinauria’, ab hauriendo vino. [A] Atque hinc verba composita οἶνοποτεῖν, ὑδροποτεῖν. Horatius: *quae scribuntur aquae potoribus*. Ac rursus

[20] Plurimae virtutes. Δυνάμεις est, [D] vox diuinam potentiam significans, [A] de quo iam admonuimus. | Nec est

LB 62

250 [21] Corazam apud Graecos, sed Χωραζέιν, id est ‘Chorazin’. Sunt autem castella Galilaeae Bethsaida et Chorazin. Item

[22] Ἀνεκτότερον, *remissius*, quod ante verterat *tolerabilius*.

[20] [E] Quia non egissent poenitentiam. Quod hic est semel atque iterum μετενόησαν, non poterat aequae commode reddi per ‘resipissent’; itaque periphraasi rem expressimus.

255

[23] [A] Nunquid vsque in coelum. Interpres legisse videtur ἢ pro ἡ, hoc est: coniunctionem pro articulo, et diuus Hieronymus admonet hunc locum bifariam haberi in exemplaribus. In his quae nos vidimus, sic est scriptum: ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθείσα, ἕως τοῦ ἕδου καταβιβασθήσῃ, id est: ‘quae ad coelum vsque exaltata est’ [B] siue ‘elata, [A] vsque ad inferos deducetis’. [B] Et sic adducit Chrysostomus homilia in Ioannem vicesimasecunda, ac rursus in Matthaenum tricesimo octaua, [D] et huic concordat Theophylactus. [A] Forte mansissent. Ἐμειναν ἄν. Quorsum opus erat hic *forte*, nisi quod interpres omnino abusus videtur passim *forte* vice coniunctionis expletivae. Paulo superius eandem praetermisit: *in cilicio et cinere poenitentiam egissent*. Et quam nunc dubitantis esse vult, alibi facit confirmantis, vt in epistola ad Hebraeos: *Si illud prius culpa vacasset, non utique secundi locus quaereretur*. [D] Valla pluribus locis in medium

265

260

234 Sicut C–E: Quemadmodum A B.

237 vocabatur C–E: vocatur A B.

259 ἕδου C D: ἕδου A B, ἕδου E.

267 quaereretur B–E: quereretur A.

232 Pittacus V. Callim. *Epigrammata*, 1.234 *Chiliadibus Adag.* 701, ASD II, 2, p. 229: “Aequalem tibi vxorem quaere”. Τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα, id est Aequalem tibi vxorem

ducito ...”.

241 Augustinus *Serm.* 186, 2, 2, Migne PL 38, 1000: “Nam quomodo in Regula fidei confiteremur, credere nos in Filium Dei qui natus

est ex virgine Maria, si non Filius Dei, sed filius hominis natus est ex virgine Maria? Quis enim christianus neget ex illa femina filium hominis natum? Sed tamen Deum hominem factum, et ita hominem Deum factum. ‘Deus’ enim ‘erat Verbum, et Verbum caro factum est’. Confitendum est igitur, eum qui Filius Dei erat, vt de virgine Maria nasceretur, assumpta forma serui filium hominis factum ...”.

- 245 *vinaria* Aug. *Contra Faust.* XVI, 31, *CSEL* 25, p. 478.
 247 *Horatius Epist.* I, 19, 3.
 249 *de quo iam admonuimus* V. supra, p. 172, l. 475 sq., ad *Mt.* 7, 22.
 250 *Corazam* Modern editions of *Vg.* read “Corazain”, *Nov. Test.* “Chorazin”.
 250–251 *Sunt ... Chorazin* Derived from Hier. *Comm. in Mt.* II, 11, 22, *CCSL* 77, p. 84: “Chorazain et Bethsaida vrbes Galilaeae”. In *Annot. in Ioh.* I, 44, *LB VI*, 347 F, Er. writes that “Bethsaidam esse ciuitatem Galilaeae” according to Hier. *Sit. et nom. loc. Hebr.* (Migne *PL* 23, 884 C).
 252 *tolerabilis Mt.* 10, 15.
 253–255 *Quia ... expressimus Nov. Test. A B:* “quod non poenituissent”; *C–E:* “quod scelorum eas non poenituissent”. Cf. *Mt.* II, 23: *A* and *C–E:* “poenitentiam egissent”; *B:* “poenituissent”.
 256–260 *Nunquid ... deducis Vg.* follows the same reading of *NT* as modern editions. *Nov. Test.* translates: “quae es vsque ad coelum exaltata, vsque ad inferos detraheris”.
 257 *Hieronymus Comm. in Mt.* II, 11, 23, *CCSL* 77, p. 84.
 261 *Chrysostomus Hom. in Ioh.* 23 (22), 1, Migne *PG* 59, 139, and *Hom. in Mt.* 37 (38), 4, Migne *PG* 57, 424 (“Trapezuntius, 345 D: “Et tu Capernaum, quae vsque ad coelum exaltata es, vsque in infernum descendes”).
 262 *Theophylactus Enarr. in Mt.* II, 45, Migne *PG* 123, 256 B.
 262 *Forte mansissent Nov. Test.:* “mansissent”.
 264 *coniunctionis expletivae* V. supra, p. 45, introd., §9.
 265 *in cilicio ... egissent Mt.* II, 21.
 266 *Hebraeos Hebr.* 8, 7.
 267 *Valla Annot.*, Garin, I, p. 812, col. 2, sq.: “Quia si in Sodomis factae fuissent virtutes quae factae sunt in te, forte mansissent ad hanc diem”. Indignum sane videtur sermone diuino addere dubitandi aduerbium; quasi nesciat Deus quid futurum sit de Sodomis, si apud eam ciuitatem factae essent istae virtutes. Quod aduerbium non fuisse addendum non dicam, cum ab aliis tum a Pris-

ciano tradi, praeteritum indicatiui apud Graecos cum syllaba illa vel aduerbiali coniunctiua pollere pro ipso coniunctiuo, sed ipsum interpretem citabo testem qui sine aduerbio dubitandi superiorem particulam loquutus est: ‘Quia si in Tiro et Sidone factae essent virtutes quae factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinere poenitentiam egissent’ [*Mt.* II, 21]. Eodem enim modo eadem loca dicuntur: ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν Σάκκῳ καὶ σποδῶ μετενόησαν [*Mt.* II, 21], ἐν σοί, ἐμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον [*Mt.* II, 23]. Quid quod non solum sine aduerbio dubitatio transfert aliquando, sed etiam per affirmatiuum, vt ad Hebraeos: ‘Si illud prius a culpa vacasset, non vtique secundus locus inquireretur’ [*Hebr.* 8, 7 (*Vg.*: “inquireretur”)]; cf. l. 267: “quaeretur”. Quale in Psalmis: ‘Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique’ [*Ps.* 50 (51), 18]. Sed vt ‘forte’, ita ‘vtique’ supervacuum est. Verum ‘vtique’ non nocet, ‘forte’ nocet. Nusquam enim Christus de se siue de Patre per ‘forte’ locutus est, nisi ibi, in aliena tamen persona: ‘Forsitan cum hunc viderint, reuerbuntur’ [*Lc.* 20, 13]. Ideoque tollamus dubitatum verbum ab illo quoque loco Ioannis: ‘Si me sciretis, forsitan et patrem meum sciretis’ [*Ioh.* 8, 19], et in Psalmis: ‘Si populus meus audisset me, Israel si in viis meis ambulasset, pro nihilo forsitan humiliassem inimicos eorum’ [*Ps.* 80 (81), 14–15a]. Vides vt tantum in subiunctiuo hic error admittitur, vt iterum in Psalmis: ‘Nisi quia lex tua meditatio mea est, tunc forte perissem in humilitate mea’ [*Ps.* 118 (119), 92]. Quanquam haud scio an idem interpres fuerit Euangeliorum et Psalmorum. Certe et inconstantiae est et infidelis translationis, tam varie differenterque transferre, nunc affirmando simpliciter – afferam iterum exempla e Psalmis: ‘Et super tribulantes eos misissem manum meam’ [*Ps.* 80 (81), 15b] –, nunc vehementius asseuerando – ‘Quodsi inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique’ [*Ps.* 54 (55), 13] –, nunc reuocando in dubium in eodem praesertim loco, vt ibidem mox: ‘Et si is qui oderat me super me magna loquutus fuisset, absconderem me forsitan ab eo’ [*Ps.* 54 (55), 13]. Quid tu de eadem re modo ‘vtique’, modo ‘forsitan’ dicis? Addam etiam quartum modum transferendi apud interpretem: ‘Si autem sciretis quid est: Misericordiam volo et non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes’ [*Mt.* 12, 7]. I nunc et dic vbique bene esse translatum”.

adductis arguit interpretis inconstantiam. [A] Obsecro, quid sibi vult haec tam auida varietatis affectatio, vel cum ipsius incommodo sensus? [B] Nam hic confirmationem res ipsa desiderabat potius quam addubitationem. Quin et illud excutiendum, quomodo Iesus scribatur

270 [25] Respondisse, cum nullus quicquam interrogarit; nisi forte ideo responsum dicitur, quod superiori sermoni subiiciatur. [E] Alii malunt hoc esse idiomatis Hebraici sermonis, vt ‘respondere’ ponatur pro ‘dicere’. [A] Ac paulo post quia abscondisti. Rectius erat ‘quod absconderis’. Et confiteor dixit iuxta sermonis Hebraei proprietatem pro ‘laudo’ seu ‘gratias ago’. Vnde et nos ita vertimus, quo sensus esset dilucidior. [B] Confiteetur enim et agnoscit beneficium qui gratias agit. [A] Ac mox paruulis est νηπίοις, quod et ‘stultum’ significat et ‘infantem’, [B] hoc est ‘qui aetatis vitio nondum sapiat’. Non enim dixit: μωροῖς, 280 quod annotauit et Chrysostomus. [A] At hic magis quadrabat ‘stultis’, vt opponatur *sapientibus*. Nec est quod quenquam offendat stulti cognomen, cum palam dicat Paulus: *Quae* [D] μωρά – id est [A] *stulta – sunt mundi, elegit Deus*. Nec enim hic sapientes vocat qui vere sapiunt, sed qui mundo videntur sapere. [C] Sic stultos vocat non qui vere stulti sint, sed qui mundo stulti sint. Et tamen nos hac 285 in re quorundam sensum nostro iudicio praetulimus. [D] Sapientibus et prudentibus. Σοφῶν, qui Graecis interdum eruditi vocantur, et συνετῶν, quod magis sonat intelligentes. Non enim est φρόνιμοι. His duabus vocibus opponit vnam, νηπίοις, quasi dicas simplices infantes qui propter aetatem nec eruditione polleant nec vsu rerum sapiant.

290 [26] [A] Ita, Pater. Ναί, ὁ πατήρ. Quod alias vertit *etiam*, alias *utique*, nunc vertit *ita*. Praeterea *Pater* nominandi casus est, non vocandi; quo tamen, haud scio quam ob rem, in diuinis literis abutuntur, vt ‘Deus meus’, ὁ Θεός μου. Porro sic fuit. Recte omisit coniunctionem ὅτι. Etiam si quidam habent: *quoniam sic fuit*. Et placitum fuit. Ἐγένετο εὐδοκία, id est: ‘fuit bona voluntas’ siue 63 ‘beneplacitum’. Et ante te. Ἐμπροσθέν σου, id est ‘coram te’ siue ‘in oculis 296 tuis’. [C] Hoc peculiari verbo sacrae literae significant fauorem ac beneuolentiam Numinis, non tributam nostris meritis, sed ab ipsius gratuita bonitate profectam. [A] Rursus illud

[28] Reficiam vos est ἀναπαύσω, id est ‘refocillabo’ siue ‘recreabo’. Nec enim ad cibum est referendum, sed ad remedium lassitudinis; cum ab hoc verbo deductum sit nomen quod mox vertit *requiem*, ἀνάπαυσιν, quod in Psalmis vertit ‘refectionem’: *super aquas refectionis*, [D] ἀναπαύσεως. [A] Caeterum

[30] Iugum meum suaue. Χρηστόν magis sonat facile, commodum aut humanum siue blandum quam *suaue*, quod alias vertit *bonum* siue *bonitas*, vt suo

303 suaue B–E: suaue est A.

272–274 Respondisse ... Hebraici sermonis Vg.: “respondens Iesus dixit”. Constructions such as ἀποκριθεὶς ... εἶπεν (Mt. 11, 25), ἀπεκρίθη καὶ λέγει (Mc. 7, 28) or the indicative of

ἀποκρίνομαι linked with λέγων (Mt., Mc., Lc. and Iob. passim) render the Hebrew narrative style in which a speech introduced by רָאָהּ (‘and he said’) or אָמַר (‘and he

- called”) is often also preceded by καὶ (“and he started”, “and he said”). Bauer, s.v. ἀποκρίνομαι, Gustaf Dalman, *Die Worte Jesu* (Leipzig, 1898) I, p. 17 sq. and *ThWNT* 3, p. 946 sq. For “idiomatic”, v. supra, p. 48, introd., §10.
- 275–276 *confiteor* ... *gratias ago* Valla too, *Annot.*, Garin, I, p. 813, col. 1, had interpreted “confiteor” as “gratias ago” on the authority of Hier. (*Comm. in Mt.* II, II, 25, *CCSL* 77, p. 85: “Confessio non semper paenitentiam sed et gratiarum actionem significat vt in Psalmis saepissime legimus.”). Aug. *Serm.* 67, 1 (Migne *PL* 38, 433: “Si ‘confiteor’ Christus dixit, a quo longe est omne peccatum, non solius est peccatoris, sed etiam aliquando laudatoris. Confitemur ergo, siue laudantes Deum, siue accusantes nos ipsos”) and the *Glossa interlinearis* in the *Glossa Ordinaria* ad locum (“Gratias ago”, in te exulto”) also come to mind. *Nov. Test.*: “Gratias ago”. Er. does not react here to criticism from Stun. and Sutor; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, pp. 96 and 97, n.ll. 738–739, and *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, *LB* IX, 778 EF.
- 276 *proprietatem* V. supra, p. 48, introd., §10.
- 278 *paruulis* Cf. infra, p. 536, l. 401 sqq., ad *Lc.* 10, 21, and *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 186, l. 89 sqq.: “Rursum cum agit gratias, quod salutis mysterium celasset sapientes, paruulis autem, hoc est, stultis aperuisset. Nam Graece pro paruulis est $\nu\eta\pi\lambda\omicron\upsilon\varsigma$, quod opposuit $\sigma\omicron\phi\omicron\iota\varsigma$ ”. Er. changed “stultis” in *Nov. Test.* A after criticism into “paruulis” in *B–E*. In the passage “Sic stultos ... praetulimus” (ll. 283–285) Er. reacts to criticism from Stun.; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 96 sqq., in particular p. 98: “... ita suos discipulos ‘stultos’ vocat, non quod vere stulti essent, sed quod iuxta mundum haberentur stulti”. Sutor too expressed criticism of the translation “stultis”; cf. *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, *LB* IX, 778 F; the passages “ $\mu\omicron\rho\alpha$ – id est” (l. 282) and “Sapientibus ... sapiant” (ll. 285–289) may be just as much a reaction to him as to Stun. Cf. Screech, *Ecstasy*, p. 30 sqq.
- 280 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 38 (39), 1, Migne *PG* 57, 429: $\delta\iota\alpha\ \tau\omicron\upsilon\tau\omicron\ \omicron\upsilon\delta\delta\epsilon\ \epsilon\iota\pi\epsilon\nu$, $\text{Ἀπεκάλυψας μωροῖς, ἄλλα, Νηπιῶν: ἀπλάστοις, φησὶν, ἀφελέσι. Trapezuntius, 350 D: “Idcirco etiam non dixit, stultis reuelasti, sed paruulis: quasi candidis et simplicibus.”.$
- 282 *Paulus* I. *Cor.* 1, 27.
- 290–291 *Ioa* ... *ita Mt.* II, 9; 13; 51; 15; 27; 17, 24, *Lc.* 10, 21, and *Ioh.* 21, 15 and 16: “etiam”; cf. supra, p. 198, l. 141 sqq., and infra, pp. 228, 242 and 536, ll. 894 sq., 260 and 404 sq. *Mt.* 9, 28, and 21, 16, and *Mc.* 7, 28: “vtique”; cf. supra, p. 183, l. 772 sqq., and infra, p. 396, l. 183 sqq.
- 293–296 *sic fuit* ... *tuis* Modern editions of *Vg.* read “quoniam sic fuit placitum”. *Nov. Test.* A: “sic fuit bona voluntas in oculis tuis”; *B–E*: “sic ... voluntas apud te”. Er. therefore based himself on manuscripts in which “quoniam” did not occur. Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 813, col. 1: “Placitum illa vox est quae solet transferri nunc ‘bona voluntas’, nunc ‘beneplacitum’”.
- 296–297 *Hoc* ... *profectam* Cf. infra, p. 476 sqq., l. 829 sqq.
- 299–302 *Reficiam* ... ἀναπαύσεως Borrowed from Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 813, col. 1: “Non significat nunc ‘reficere’ cibo recreare, vt quidam putant, sed quiete, ἀναπαύσω . Ac ne in illo quidem loco Psalmi [*Ps.* 22 (23), 2]: ‘Super aquam refectionis educauit me, ἀναπαύσεως ’”.
- 303–449 *lugum* ... *conueniebat* In the discussions about the Reformation particular attention was paid to the 1519 version of this note and the notes on *Mt.* 16, 18 and 23, 5, *Lc.* 3, 14, and 1. *Cor.* 14, 19 (v. infra, pp. 246 sqq., 298 sqq. and 496 sqq., ll. 374 sqq., 671 sqq. and 367 sqq. and *LB* VI, 731 C – 732 C. They were published in a German translation in several German towns in 1521 and the next few years, separately or some of them together. Of this note eleven prints were published under the title “Nemet auf euch mein Joch und folget mir nach”. After Sigismund Steinschnyder in Basel had offered pork to his guests during the Lent of 1522, Er. wrote more extensively about the ideas in this note in *De interdicto esu carn.*, *ASD* IX, 1, pp. 19–50. Criticism from Stun., Spanish monks and Alberto Pio appears from *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 98 sq., *Apolog. adv. monach. hisp.* and *Apolog. adv. rhaps. Alb. Pii*, *LB* IX, 1089 A–D and 1144 A. Holeczek, *Erasmus deutsch*, I, p. 81 sqq., and Rummel, *Annotations*, pp. 72 and 146 sqq., and *Catholic Critics*, I, p. 180 sqq.
- 303–304 *suaue* ... *blandum* *Nov. Test.*: “commodum”.
- 303 Χρηστὸν Cf. infra, p. 206, ll. 313 sqq., and *Ep.* 1334, ll. 817–23: “Fortasse Graece legit [Hilarius] τὸ χρηστὸν siue χρηστότητα , atque ea dictio Graecis dicta est ἀπὸ τοῦ χρησθαι , hoc est ab vtendo: vnde et εὐχρηστος dicitur comis et commodus ad vitae consuetudinem, ἀχρηστος inutilis. Caeterum χρηστὸν siue χρηστότης Graecis non tam sonat vsum siue vtilitatem, quam bonitatem, comitatem, suauitatem, siue, vt frequenter vertunt, benignitatem”. Reference to criticism from Baechem in this letter, l. 834 sqq., may be an indication of the fact that this, in part, is what gave rise to the additions from 1522 and 1535.

305 demonstrabimus loco. [B] Nam iugum appellat imperium, quod mite, blandum ac minime asperum minimeque seuerum vult intelligi. Mirum quid secutus Augustinus locum hunc sic adduxit libro Quaestionum ad Simplicianum primo: *Iugum enim meum leue est et sarcina mea suauis est*; nisi forte id librariorum incuria fuit inuersum. [E] In epistolis, nominatim 45., extat vera lectio, iugum appellans lene et sarcinam leuem. [B] Ambrosius explanans Psalmum 'Beati immaculati' vocis huius proprietatem annotauit, vertens *χρηστόν suauē*. Sed in Psalmo pro eo quod nos legimus *bonitatem*, ille *iucunditatem* legit. [C] Cyprianus libro aduersus Iudaeos secundo, cap. xiii., legit *Iugum meum bonum est*. [E] Illud constat, *χρηστόν* Graecis dici *παρὰ τὸ χρῆσθαι*, hoc est 'ab vtendo'; vnde 315 *χρηστότης* facilitas et commoditas morum ad vitae consuetudinem. Et *χρηστολόγοι* dicti sunt qui dictis essent blandi magis quam factis benigni. [B] Mouet hoc loco diuus Hieronymus quaestionem quomodo iugum euangelicae legis leuius ac mollius dicatur lege Mosaica, cum haec factum duntaxat puniat, nostra voluntatem quoque, neque soluit quod proposuit. Certe Mosaicam legem superstitioso ac rebelli populo pro tempore impositam Petrus in Actis Apostolorum aperte 320 vocat onus durum et graue, quod nec ipsi nec maiores ipsorum portare valuerint. Neque dubitari potest quin verum sit quod veritas ipsa pronunciauit. Vere blandum est iugum Christi et leuis sarcina, si praeter id quod ille nobis imposuit, nihil imponeretur ab humanis constitutiunculis. Praeter mutuam charitatem nihil ille praecipit; neque quicquam tam amarum est, quod non condiat condulcetque charitas. Facile toleratur quicquid est secundum naturam. Nihil autem magis congruit cum hominis natura quam Christi philosophia, quae pene nihil aliud agit quam vt naturam collapsam suae restituat innocentiae synceritatique. Sed quemadmodum apud Iudaeos legem per se molestam aggrauabant hominum 330 constitutiones, ita cauendum est etiam atque etiam, ne Christi legem, per se blandam ac leuem, grauem et asperam reddant humanarum constitutionum ac dogmatum accessiones. Quae sic primum obrepunt, vt vel tanquam pusilla negligantur vel pietatis specie commendata libenter amplectantur etiam homines probi magis quam prouidi. Semel recepta paulatim gliscunt augescuntque, donec 335 in immensum aucta iam nolentes premant et obruant, seu consuetudinis, cuius violenta tyrannis est, praesidio, seu principum autoritate, quod temere receptum est, in suum emolumentum abutentium mordicusque retinentium. Quam pura, quam simplex fides a Christo nobis tradita, quam huic simile symbolum siue ab apostolis ipsis siue a viris apostolicis proditum? Huic deinde multum adiunxit 340 ecclesia dissidiis haereticorum dissecta vexataque; quorum etsi quaedam sunt quae citra fidei dispendium poterant omitti, tamen pleraque videbantur etiamnum ad rem pertinere. Tot iam erant symbola quot homines, nihilo melius bonae fidei signum quam cum in contractibus res multis ac verbosis syngraphis agitur, quae, cum ad excludendas captiones adhibeantur, quo circumspectius scriptae 345 sunt, hoc plus captionum solent fere gignere. Postremo res eo paulatim deducta est, vt scholasticorum aliquot placita, quos articulos vocant, aut homunculorum quorundam noua quaedam ad fastum comminiscantium vel opiniones vel som-

350 nia propemodum aequentur articulis fidei apostolicae. [C] Atque in his nec scholae diuersae nec eiusdem scholae mystae inter se consentiunt; neque apud ipsos perpetua sunt, sed pro tempore mutantur. Et tamen ita primum irrepserunt, vt in scholis tantum haberentur probabiles opiniones. Mox scholae parietes egressae in libros et in publicas adeo conciones eruperunt. Ac saepenumero fit, vt quod

307 Augustinus locum C-E: Augustinus qui locum B.

334 recepta ... donec C-E: recepta paulum gliscunt, augescunt, donec B.

307 Augustinus *De diuersis quaestionibus ad Simplicianum*, I, 2, 19, CCSL 44, p. 49: "Iugum meum lene est, et sarcina mea leuis est", *Cons. euang.* II, 33, 80, CSEL 43, p. 183: "iugum enim meum suaue est et onus meum leue", *Epist.* 127 (former numbering: 45), 5, CSEL 44, p. 24: "Iugum enim meum lene est et onus meum leue est". Cf. *Serm.* 70, 1, 1, Migne PL 38, 443: "Iugum enim lene est, et sarcina mea leuis est".

310 Ambrosius *Expos. Ps. 118*, 3, 6, CSEL 62, p. 43 sq.: "portare Christi iugum suaue est" and: "leue est enim iugum Christi".

311 *proprietatem* V. supra, p. 48, introd., §10.

312 *bonitatem ... iucunditatem* Ps. 118 (119), 65 and 68: "Bonitatem fecisti cum seruo tuo, Domine, secundum verbum tuum Bonus es tu; et in bonitate tua doce me iustificationes tuas". Ambr. *Expos. Ps. 118*, 9, 1, 1 sq., CSEL 62, p. 189 sq.: "Iucunditatem fecisti cum seruo tuo ... Suauis es, Domine, et in iucunditate tua doce me iustificationes tuas".

312 Cyprianus *Quir.* I, 13 and III, 119, CCSL 3, pp. 15 and 178.

313-315 *Illud ... consuetudinem* Cf. Ep. 1334, l. 817 sqq., quoted supra, p. 205, n.l. 303.

316-449 *Mouet ... conueniebat* The motives in this digression are comparable to those in *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 298 sqq., *Coll.* (1526), among other things the dialogue Ἰχθυοφαγία, ASD I, 3, p. 501 sqq., *De interdicto esu carn.* (1522), ASD IX, 1, p. 19 sqq., and the *Scholia* belonging to this work (1532), ASD IX, 1, p. 65 sqq., Ep. 1033, l. 119 sqq., and Ep. 2205, ll. 76-84 and 112-123.

317 Hieronymus *Comm. in Mt.* II, 11, 30, CCSL 77, p. 87.

319-320 *superstitioso ac rebelli* Cf. *Nu.* 20, 10: "rebelles et increduli".

320 Petrus *Act.* 15, 10 ("iugum ... quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus"). Er. also refers to this verse in *Coll.*, ASD I, 3,

346 placita ... homunculorum E: placita vt articuli Parisienses, vt homunculorum B, placita quos articulos vocant vt homunculorum C D.

p. 504, l. 320 sqq., and *Exomolog.*, LB V, 155 B; cf. infra, p. 211, n.ll. 403-404.

322 *veritas ipsa* Cf. *Ioh.* 14, 6.

322-332 *Vere blandum ... accessiones* Cf. *Schol.* 8 and 26, ASD IX, 1, pp. 68, l. 98 sqq. and 74 sq., l. 251 sqq.

327 *Christi philosophia* Cf. supra, p. 55, n.l. 22.

331-337 *humanarum ... abutentium* Cf. infra, pp. 296 sq. and 545, ll. 655 sqq. and 655 sq., ad *Mt* 23, 2 and *Lc.* II, 46.

338-339 *symbolum ... proditum* Cf. *Paraphr. in NT*, LB VII, **3 v°: "Symbolo, quod an ab apostolis proditum sit, nescio". During the council of Ferrara and Florence, Marcus Eugenius, the leader of the Greek delegation, declared in 1438 that this "symbolum" was unknown in the Greek Church. After Valla had argued that it dated from an era later than that of the apostles he was accused of heresy and forced to retract his assertions; v. J.N.D. Kelly, *Early Christian Creeds*, Harlow, 1972³, p. 4 sq., and Valla, *In Pogium antidotum*, IV, Garin, 1, p. 357 sqq. (ed. princ. Siena, 1490). Although Er. expressed his views with care, objections were also raised against him by N. Beda and the Faculty of Theology of Paris, in the 'Valladolid Articles' (cf. *Supputat. error. in cens. N. Bedae, Declarat. ad cens. Lutet.* and *Apolog. adu. monach. hisp.*, LB IX, 457 D - 458 D and 868 C - 870 F and 1080 B-D) and in 1530 by Eck in no. 399 of his *Articuli 404* (Gussmann, pp. 149 and 191, no. 390; cf. supra, p. 16 sq., introd., §4). The "symbolum apostolorum" is an elaboration of the 'regula fidei' or 'regula veritatis' of the ancient Church; the 'textus receptus' dates from the 6th century (J.N. Bakhuizen van den Brink in *Explan. symboli*, ASD V, 1, pp. 186-199).

346 *quos* Does not agree in gender with the antecedent, but with the predic. acc. "articulos"; cf. supra, p. 137, n.l. 666.

semel vtcunq̄ue prodidit definiendi temeritas, confirmet et augeat tuendi perti-
 nacia. Sunt autem pleraque huius generis, vt impium sit homini de his definire.
 355 Qualia fere sunt quae de ratione essentiae diuinae deque distinctione personarum
 philosophamur. Ea si tantum in hoc adhibeantur, vt animos nostros abducant ab
 his sordidis cogitationibus ad sublimiora, non est improbandum studium. Sin, vt
 haec quae longe superant humani ingenii captum, cum supercilio pronunciemus
 et earum rerum scientia quas nec angeli satis intelligunt, nos iactemus apud
 360 populum, mihi nec pium videtur nec vtile. His proxima sunt quae de ratione
 mysteriorum velut e coelo petita pronunciamus. Cum magis ad pietatem faciat ex
 his excerpere quae ad vitae sanctimoniam conducant. Verum haec pronuciandi
 temeritas a veteribus orta nunc longius progressa est quam vt ferri possit. Sunt
 qui nectant nobis frigidum syllogismum, et ex loco parum intellecto aut ex homi-
 nis constitutiuncula pariunt articulum fidei. | [B] Atque ex his Christiani aut non
 LB 64 Christiani censemur quae ne tantulum quidem ad christianam attinent pietatem.
 366 Iam quam popularis, quam expedita est doctrina Christi, apostolica et patrum
 apostolicorum, quam nunc impedita, spinosa, ne dicam tenebricosa facta, partim
 admixtu legum ac disciplinarum humanarum, partim somniis et inuentiunculis
 370 ambitiosorum hominum, posteaquam sacrae theologiae professio scenica quae-
 dam ac theatrica res esse coepit! Tota hominis aetas non sufficit quaestiunculis et
 inutilium argutiarum labyrinthis. Inter haec quando christianae vitae studium, si
 iam octogenarii tantum dubitare didicimus? Nam de humanarum constitutio-
 num onere quid attinet dicere, cum iam olim diuus Augustinus in epistola ad
 375 Ianuarium stomachetur ac deploret ecclesiam Christi sic premi, vt tolerabilior
 prope fuerit Iudaeorum quam Christianorum conditio? Et tamen ille ob friuola
 quaedam nudipedalia nescio quae destomachatur. Quid si videret liberum illum
 Christi populum tot legibus, tot ceremoniis, tot laqueis irretitum! Neque simplici
 hominum tyrannide oppressum! Principum prophanorum, episcoporum, cardina-
 380 lialium, pontificum! Multoque maxime, horum satellitum, [C] qui religionis
 imagine personati ventris agunt negotium! [B] Ipsis sacramentis ad hominum
 salutem institutis ad quaestum nostrum, ad fastum, ad tyrannidem, ad oppri-
 mendum plebeculam abutimur quidam. Iudaeis nullum vestis genus erat interd-
 dictum praeter id quod esset e lino lanaque contextum. Nunc quot de cultu
 385 constitutiones, quanta vestium colorumque superstitio! Quam ex huiusmodi
 nugis, quae per se nec honestatem habent nec turpitudinem, sed pro temporum
 ratione, pro mortalium opinione mutantur, censentur Christiani, de quibus nihil
 vnquam meminit Christus! Pauca erant Iudaeorum ieiunia et tamen nemo capi-
 tale esse dixit, si quis illis ipsis statis diebus non ieiunasset. Nos quot grauamur
 390 inediis! Ad quas non inuitamur, sed cogimur sub poena, vt aiunt, aeternae dam-
 nationis. Iudaeis certa piscium et [E] aliorum [B] animantium genera sunt interd-
 dicta, sed ad esum non admodum expetenda. Nos bonam anni partem piscium
 esu contabescimus, inedia disrumpimur. Nec aetati subuenitur nec morbo, nisi
 legis relaxatio nummis redimatur. Quin et festorum apud Hebraeos mediocris
 395 erat numerus. Aetas Hieronymi praeter diem dominicum paucissima nouerat

400 festa. Nunc feriarum neque finis neque modus, quae cum primitus ad pietatis vacationem paucae sint institutae, nunc ad scelereum exclusionem tolli debebant, nisi sacerdotum auaritia suis rebus consuleret potius quam verae religioni. Quid loquar de perplexis et inextricabilibus votorum vinculis, quorum alia redimi possunt, sed immensa pecunia, alia nullo modo possunt? [C] Atque haec in dies magis ac magis vrgemus, ne quaestus nobis pereat. [B] Iam matrimonii conditio quanto commodior Iudaeis quam nobis! Quot laqueis, quot tricis coniugium

355 Qualia D E: Quale C.

354–356 *Sunt autem ... philosophamur* Cf. Ep. 1334, ll. 162 sqq. and 500 sqq.

363 *veteribus* The Church Fathers; cf. supra, p. 61, n.ll. 140–141.

370–371 *posteaquam ... coepit* Cf. Ep. 1062, l. 31 sq.: “Iam ars esse coepit theologia potius quam sapientia; theatrica verius quam ad veram pietatem accommoda”, statement for which Er. was later attacked by N. Beda and the Faculty of Theology of Paris; v. *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, and *Declarat. ad cens. Lutet.*, LB IX, 691 E – 692 D and 917 C – 920 B.

374–377 *Augustinus ... destomachatur* Epist. 55, 19, 35, CSEL 34, 2, p. 209 sq.: “Quod autem instituitur praeter consuetudinem, vt quasi obseruatio sacramenti sit, adprobare non possum ... Quamuis enim neque hoc inueniri possit, quo modo contra fidem sint, ipsam tamen religionem, quam paucissimis et manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia dei esse liberam voluit, seruilibus oneribus premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudaeorum, qui, etiam si tempus libertatis non cognouerunt, legalibus tamen sarcinis, non humanis praesumptionibus subiciuntur. Sed ecclesia Dei inter multam paleam multaue zizania constituta multa tolerat et tamen, quae sunt contra fidem vel bonam vitam, nec adprobat nec tacet nec facit”. Er. also refers to this passage in *De interdicto esu carn.*, ASD IX, 1, p. 24, l. 138 sqq. Cf. *De interdicto esu carn.*, ASD IX, 1, p. 32, l. 388 sqq.

382 *tyrannidem* Cf. *Annot. in Col.* 2, 21, LB VI, 892 E: “atque his ceremoniis subigebant velut in tyrannidem, quos Christus liberos esse voluit”.

383–384 *Iudaeis nullum vestis ... contextum* Dt. 22, 11 (“Non indueris vestimento quod ex

lana linoque contextum est”) and Lv. 19, 19c (“Veste quae ex duobus texta est, non indueris”). Chomarat, *Erasmus. Oeuvres choisies*, p. 467, n. 2.

388–393 *Pauca erant ... dirumpimur* Cf. *Coll.*, ASD I, 3, p. 207 sq., l. 2662 sqq., and *De interdicto esu carn.*, ASD IX, 1, p. 29 sqq.

393–394 *Nec aetati ... redimatur* Cf. *De interdicto esu carn.*, ASD IX, 1, p. 32, l. 359 sqq.: “Atque hic rursus fit, vt diuitibus, quibus maxime opus erat interdicto carniuum, quibus maxime opus erat ieiunio, fere sit relaxata constitutio, tenues et inopes solos premat graue iugum”. Er. had been given dispensation by the Pope to eat meat during Lent (*De interdicto esu carn.*, ASD IX, 1, pp. 46, l. 850, and 48, l. 901, and Ep. 1079, n.l. 5, Ep. 1353, ll. 55–56, and Ep. 1542. Cf. Rummel, *Catholic Critics*, 1, p. 181).

395–396 *Aetas ... festa* Cf. Hier. *Comm. in Gal.* II, ad Gal. 4, 10 sq., Migne PL 26, 403 sqq.

396–397 *Nunc feriarum ... debebant* Cf. *Annot. in Rom.* 14, 5, LB VI, 640 DE: “haud scio an expediat quibuslibet ex causis festa festis accumulare”, Ep. 1039, ll. 180–184: “Porro de festis diebus non multum abest istorum [sc. factionis Pygardicae] opinio a seculo Hieronymi. Nunc in immensum accreuit festorum turba, quum nullis diebus plus scelerum committat vulgus: et, quod est inhumanissimum, coguntur esse ociosi totos dies, qui non aliis redivitibus alunt vxores ac liberos, fortassis etiam parentes, quam opera diurna”, and *De interdicto esu carn.*, ASD IX, 1, p. 24 sqq., l. 160 sqq.

398 *sacerdotum auaritia* Cf. *De interdicto esu carn.*, ASD IX, 1, p. 32 sq., l. 377 sqq.

402–403 *Quot ... inuoluimus* Cf. *Inst. christ. matrim.*, LB V, 615 A – 724 B.

inuoluimus, [C] ne scholasticum dogma nobis pereat! [B] Poenitentiae et confes-
 sionis sacramentum quibus modis arctauimus, quot hominum decretis impedi-
 405 tum reddidimus! Vt ne quid dicam interim de onere precum, quae quotidianis
 etiam accessionibus aggrauantur. Ad haec quasi parum sit legum et constitutio-
 num decretalium, indies nouarum constitutionum examina prorumpunt. Imo
 velut hoc quoque parum sit, grauari nos volunt iure nescio quo consuetudinis
 quae primum a duobus deliris profecta paulatim inualuerit. Excommunicationis
 410 fulmen vbique promptum et intentatum, irregularitates, anathematizationes
 occursant vndique. Pontificis Romani sacrosancta autoritate, quae non nisi
 subleuandis ecclesiae rebus valere debet, sic abutuntur quidam in absolutionibus,
 in dispensationibus, in condonationibus, in executionibus, vt permulta sint quae
 vere pii sine gemitu spectare non possint. Sacerdotiorum adeo perplexa res est, vt
 415 Aristotelicam philosophiam omnem perdiscas citius quam praxin sacerdotiorum.
 In templis vix vacat Euangelium interpretari. Concionis bona pars ad commissa-
 riorum arbitrium consumenda est. Nonnunquam et sacrosancta Christi doctrina
 aut supprimenda aut ad illorum rem detorquenda. Ad haec qui modeste pii sunt,
 taciti secum ingemiscunt. Qui populi malis aluntur et quorum interest Christi
 420 gregem, quem ille suo sanguine liberum reddidit, quam maxime seruum esse et
 obnoxium, adeo non reclamant, vt modis omnibus exaggerent. Accedunt iis qui
 vel ambiunt praemium aliquod obsequii vel timent poenam libertatis. Ita dum
 nemo succurrit, res paulatim eo prolabitur, vt pene nihil iam pudeat. Et charitas
 quidem iuxta Paulum omnia sustinet. Fateor. Sed haec mala multo mitiora sunt,
 425 quoties ab hostibus gregis christiani ingeruntur. Olim saeuiebat tyrannus impius,
 saeuiebat haereticus. Episcopi consolabantur. Ipsi mutuis hortatibus animabant
 sese. Titulus honestus solatii pars erat. Denique graue non erat quod Christi
 nomine perpetiebantur. Verum intolerabile est, vt inquit Augustinus, cum eadem
 haec a membris, imo a moderatoribus ecclesiae, corpus ecclesiae patitur. Ab iis
 430 potissimum iniiciuntur laquei, vnde par erat impeditis subueniri. His malis
 medicandis vna superesse solet ancora sacra, generale concilium. At nunc haec
 ipsa vertuntur in reipub. caput. Nec vlla superest medendi spes, nisi si Christus
 ipse vertat aut certe excitet pontificum ac principum animos ad ea quae verae
 435 sunt pietatis, aut theologi et concionatores non seditiosis clamoribus, sed | sobrie
 placideque quae Christo digna sint, magno consensu doceant et inculcent. Nam
 vt Turcus aut tyrannus quispiam per tumultum subuerso rerum ordine per occa-
 sionem restituat rem christianam, non opinor vllis piis optandum. Ego certe abo-
 minor etiam. Vnum illud etiam atque etiam admonendi sumus omnes, vt iuxta
 440 Pauli doctrinam sic libertatem a Christo datam amplectamur, ne eam occasionem
 demus carni et sub libertatis praetextu turpius seruiamus vitiis. Sed sic excutia-
 mus iugum hominum graue, vt vere blando Christi iugo premamur. [C] Minus
 imperat euangelica charitas, sed plus impetrat. Tumultus vbique vitandus; et
 praestat ferre principes impios quam nouatis rebus grauius malum accersere. Sed
 tamen ardentibus votis assidue pulsandus Christus, vt suis vicariis mentem inspi-
 445 ret loco dignam, vt omisso suae gloriae, suae voluptatis, sui lucri studio studeant

gloriae lucroque Christi malintque Christum late regnare legibus euangelicis quam se in angusto tyrannidem obtinere decretis humanis. [B] Verum haec pluribus a me disserta video quam vel proposueram vel annotationes professo conueniebat.

450 [A]

EX CAPITE DVODECIMO

[1] Abiit Iesus. Ἐπορεύθη. Cur non potius ‘ambulauit’ siue ‘iuit’? Itidem vertit et in primo Psalmo: *abiit in consilio impiorum*. Nec est sabbato, sed ‘sabbatis’, σαββασι, [B] vt legit et Hilarius. [A] Siquidem et totum illud tempus septem dierum sabbatum appellabatur et singuli sabbata. Ac mox inuertit ἐν σαββάτω – id est ‘in sabbato’ – vertens *sabbatis*, [C] tametsi multa huiusmodi solet admiscere casus. [B] Chrysostomus admonet hoc esse sabbatum quod Lucas appellat δευτερόπρωτον, id est ‘secundo primum’, de quo suo dicitur loco. [A] Deinde

447 angusto D E: Augusto C.

403–404 *confessionis* Cf. *Coll.*, ASD I, 3, p. 504, l. 299 sq.: “Ne commemorem interim confessionis onus et constitutionum humanarum sarcinas ...” and *Exomolog.*, LB V, 155 B: “hoc confessionis onus ..., quod solum plus habet sarcinae quam vniuersa lex Mosaica”.

406–407 *constituum decretalium* We may think of the *Decretales* which are included in *CIC*, Friedberg, 2.

407 *nouarum ... examina prorumpunt* Cf. supra, p. 78 sq., l. 334 sq.

414 *Sacerdotiorum* Chomarat, *Érasme. Oeuvres choisies*, p. 469, n. 2, translates: “les bénéfiques ecclésiastiques”.

415 *Aristotelicam ... sacerdotiorum* Cf. supra, p. 135, n. ll. 592–593.

416 *Concionis* ‘sermon’, as *Enarrat. in Ps.* 4 (ASD V, 2, p. 193 sqq.), is originally titled *In Psalmum quartum concio*.

416–417 *commissariorum* ‘commissioners of indulgences’, who used the sermon to encourage the people to buy indulgences. Cf. *Coll.*, ASD I, 3, p. 157, l. 1027 sq., *Scholia*, 26, ASD IX, 1, p. 74, l. 263, and A. Eekhof, *De questiersders van den aflat in de Noordelijke Nederlanden* (’s-Gravenhage, 1909), pp. 11, 27–29 and ciii.

424 *Paulum* 1. *Cor.* 13, 7.

428 *Augustinus* Cf. supra, p. 209, n. l. 374–377.

430–432 *His malis ... reipub. caput* Er. shows

himself to be a supporter of the Conciliar theory, which was accepted by the councils of Constance (1414–18) and Basel (1431–49), but was later undermined by the popes. Cf. J.N. Bakhuizen van den Brink and others, *Handboek der kerkgeschiedenis*, 2 (Leeuwarden, 1980⁶), p. 237 sqq.

431 *vna ... sacra* Cf. *Adag.* 24, ASD II, 1, p. 136, l. 782 sq.: “Sacram ancoram soluere”. Seamen called the largest and strongest anchor which they lowered in the greatest danger, ἱερά, ‘sacra’.

439 *Pauli Gal.* 5, 13.

442 *imperat ... impetrat* Word play which often occurs in Aug. (among other places in *De spiritu et littera*, 13, 22, *CSEL* 60, p. 175: “Quod operum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo impetrat”, and *De gratia et libero arbitrio*, 6, 32, *Migne PL* 44, 900: “ipsa est enim fides, quae orando impetrat quod lex imperat”).

451–453 *Abiit ... sabbatis* *Nov. Test.*: “ibat Iesus sabbatis”.

452 *Psalm* *Ps.* 1, 1.

453 *Hilarius* *In Mt.* 12, 1, *SC* 254, p. 268.

455 *huiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.

456 *Chrysostomus* *Hom. in Mt.* 39 (40), 1, *Migne PG* 57, 433.

456–457 *Lucas ... loco* *Lc.* 6, 1. V. infra, p. 512 sqq., l. 769 sqq.

[2] Quod non licet eis. *Eis* addidit de suo vel interpres vel librarius. Nam absolutius est *non licet*. Ac mox paria fecit:

[3] Esuriit Daud, omisso ἀὐτός, id est ‘ipse’: ‘ipse et qui cum eo erant’. Et

[5] Sabbatum violant. Βεβηλοῦσιν, id est ‘prophanant’, [B] siquidem βέβηλοι prophani dicuntur. [A] Sacerdotes in templo. Perit apud nos iucunda vocum inter se redditio, ἱερεῖς ἐν τῷ ἱερῷ, quasi dicas: ‘sacrifici in sacro’, quae seruata est in ‘sabbatis’ et ‘sabbato’. Item et sine crimine sunt. Ἀνάτιοί εἰσιν, id est: ‘incolpati sunt’ siue ‘nihil eis imputatur’ aut, vt nos vertimus, *crimine vacant*. Quanquam aptius est quod hic vertit interpres, *sine crimine*, quam quod alicubi citat Hieronymus, *sine culpa sunt*; siquidem αἰτία ‘crimen’ est potius quam *culpa*. Etiam si non sum nescius apud Graecos ἀνάτιον aliquoties accipi pro ‘innoxio’ siue ‘insonte’, quemadmodum mox vertit *nequaquam*
470 *condemnassetis innocentes, ἀναίτιους*.

[6] Quia templo maior est hic. Ὡδε. *Hic* hoc loco aduerbium est demonstrandi, non pronomen; quod admonuit et Hieronymus, vt intelligas eum locum esse sanctiorem templo qui templi Dominum teneret. Quidam Graeci codices habebant pro μεῖζων μεῖζον – id est ‘maius’ –, quod plenius esset; vt sit
475 sensus: est hoc loco quod sit maius templo.

[11] Et si ceciderit. Ἐμπέσῃ, id est ‘inciderit’. Nec est habeat, sed ‘habebit’, ἔξει. [C] Nonne tenebit et leuabit eam? Κρατήσῃ καὶ ἐγερεῖ, id est: ‘apprehendet et eriget’. Habet enim hoc ouillum genus, vt fulmine aut ictu alio-
480 qui prostratum, nisi erigatur a pastore, pereat. [A] Et mox

[12] Quanto magis melior. Πόσω ὄν διαφέρει ἄνθρωπος, id est: ‘quanto magis praestat homo’ siue ‘praestantior est’. Quorsum opus erat hic affectare sermonis absurditatem? [D] Διαφέρει dictum pro ‘antecellit’. [A] Et aliquanto post

[13] Restituta est sanitati. Ὑγιής, id est ‘sana’. Quanquam interpres hoc sane bene vertit. Tunc dicit homini. In Euangelio quo quondam vtebantur Nazareni et Ebionitae quodque locis aliquot citatur ab Hieronymo testaturque a se ex Hebraeo sermone versum in Graecum – neque defuerunt qui putarint ipsius Matthaei authenticum esse –, scriptum fuit hunc hominem fuisse caementarium atque huiusmodi vocibus Iesu opem implorasse: *Caementarius eram, manibus victum quaeritans. Precor te, Iesu, vt mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos*.
485
490

[14] Faciebant consilium. Ἐλαβον, id est ‘ceperunt’; et συμβούλιον ‘consilium’, hoc est ‘consultationem inter se’. Et

[15] Recessit. Ἀνεχώρησεν. Laurentius mauult *secessit*, quod aptius sit subducenti se. Vnde et a secessu dicti anachoritae. Et sequuti sunt eum multi. Graeci addunt ὄχλοι, id est ‘turbae multae’.
495

[16] Ne manifestum eum. Latinius erat ‘ne se’ [D] aut ‘ne [A] ipsum manifestum facerent’. Argutatur hic nescio quid Laurentius, nimirum ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶν, Christum ob id interminatum, ne se proderent, quod profugisset a Pharisaeis, quasi metueret, ne ab illis deprehenderetur. Aliud in hisce rebus mysterium. Nam non semel hoc a Christo factum legimus, [D] quo fuge-
500

ret gloriae captatae suspicionem quoque nobis praeberet exemplum modestiae. [A] Rursum legimus eum mandasse, vt narrarent omnibus quod accidisset, [D] vt nos doceret Dei gloriam non esse celandam.

505

[18] [A] Ecce puer meus. Testimonium est apud Esaiam capite quadragesimosecundo. Quanquam Matthaeus aliquanto diuersius citat quam vel apud Septuaginta legatur vel apud Hebraeos. Nam Hebraea diuus Hieronymus reddi-

469 sum *D E*: sim *A–C*.

482 magis *E*: igitur *A–D*.

485–491 Tunc dicit ... cibos *inter* 496 turbae multae *et* 497 Ne manifestum *posuit* *A*.

486 quodque ... ab Hieronymo testaturque *B–E*: quod ... ab Hieronymo, quodque testatur *A*.

492 ceperunt *C–E*: coeperunt *A–B*.

496 ὄγλοι *B–E*: ὄγλον *A*.

461 *Esuriit ... erant* *Vg.* “Non legistis quid fecerit Dauid, quando esuriit et qui cum eo erant”. *Nov. Test.*: “Non legistis quid fecerit Dauid, cum esuriret ipse et ii qui erant cum illo?”, translation of οὐκ ἀνέγνωτε, τί ἐποίησεν Δαβίδ, ὅτε ἐπείνασεν καὶ οἱ μετ’ αὐτοῦ;

462 *prophanant* The reading of *Nov. Test.*

466 *nos* *Nov. Test.*

468 *Hieronymus Comm. in Ez.* XIII, 44, 22–31, *CCSL* 75, p. 666: “absque culpa”.

470–471 *nequaquam ... innocentes* *Mt.* 12, 7: *Nov. Test.*: “nequaquam condemnassetis insontes”; *Vg.*: “numquam condemnassetis innocentes”.

473 *Hieronymus Comm. in Mt.* II, 12, 6, *CCSL* 77, p. 89: “Non pronomen sed aduerbium loci legendum quod maior templo sit locus qui Dominum templi teneat”.

477 *inciderit* The reading of *Nov. Test.*

478–479 *Nonne ... eriget* *Nov. Test. A*: “nonne tenebit illam et eriget?”; *B–E*: “nonne apprehendet eam et eriget?” Cf. *infra*, p. 263, n.l. 768.

481–482 *Quanto ... est* *Nov. Test.*: “quanto igitur praestantior est homo oue?” (cf. *app. crit.*); Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 813, col. 2: “quanto praestantior est homo oue”.

484 *sana* *Nov. Test. A*: “restituta est sana”, *B–E*, as in *Vg.*: “sanitati”.

485 *Tunc dicit homini* The reading of *Nov. Test.* Modern editions of *Vg.* read “Tunc ait homini”.

485–491 *In Euangelio ... cibos* The text is derived almost in its entirety from *Hier. Comm. in Mt.* II, 12, 13, *CCSL* 77, p. 90.

486 *Nazareni* *V. supra*, pp. 67–69 and 177,

507 Hebraeos. Nam ... Hieronymus *B–E*: Hebraeos. Siquidem hebraea sic habent, הֵן עבדי אתמך בו בחיני רצתה נפשי נתתי רוחי עליו משפט לגוים יוציא: לא יצעק ולא ישא ולא ישמיע בחוצ קולו: קנה רצוץ לא ישבור ופשתה כהה יכבנה לאמת יוציא משפט: לא יכהה ולא ירוץ עד ישים בארץ משפט: ולתורתו איים ייחלו: Ea reddidit ad hunc modum Hieronymus *A*.

nn.ll. 47 and 575–577.

486 *Ebionitae* The Gospel, written in Greek, of the Jewish-Christian sect of the Ebionites is related in particular to *Mt.*, but was also influenced by the other synoptics. It probably originated in the first half of the second century. The identification with the Gospel of the Nazarenes is incorrect. The Ebionites were of the opinion that Jesus had been adopted as Son of God at his baptism. *Eus. H. E.* III, 27, *GCS* 2, I, p. 254 sqq., Schneemelcher, I, p. 138 sqq.; cf. *Explan. symboli, ASD* V, I, p. 247, n.l. 263.

486 *quodque* Subject of “citatur”, object of “testatur”; cf. *supra*, p. 61, n.l. 165.

492–493 *Faciebant ... consilium* *Nov. Test. C–E*: “ceperunt (*A B*: “coeperunt”) consilium”.

494 *Laurentius Valla, Annot.*, Garin, I, p. 813, col. 2.

496 *turbae multae* The reading of *Nov. Test.*

497–498 *ne se ... facerent* *Nov. Test.*: “ne se facerent manifestum”.

498 *Laurentius* *V. supra*, n.l. 494.

498–499 ὑπὲρ ... πηδῶν Liddell-Scott, s.v. σκάπτω: “ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα ἄλλεσθαι ‘to leap too far’, or ‘further than seemed possible’ (Plat., *Crat.* 413 a).” Cf. *Adag.* 163, *ASD* II, I, p. 278, l. 563, and Leutsch-Schneidewin, I, pp. 168 and 375, and 2, p. 224.

505–507 *Ecce ... Hebraeos* *Er.* does not react h.l. to criticism from Caranza of the translation of παῖς in *Act.* 4, 27, or that from Sutor of the translations of *Is.* 42, 1–4; cf. *Apolog. ad Sanct. Caranz. and Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, *LB* IX, 417 C – 423 D and 757 F – 758 A.

dit ad hunc modum: *Ecce seruus meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur foris vox eius. Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet; in veritate educet iudicium. Non erit tristis, neque turbulentus, donec ponet in terra iudicium; et legem eius insulae expectabunt.* Ea Septuaginta vertunt hunc in modum: *Ecce Iacob puer meus, assumam eum. Israel electus meus, suscepit illum anima mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus educet. Non clamabit neque dimittet neque audietur | foris vox eius. Calamum quassatum non conteret et linum fumigans non extinguet, sed in veritate reducet iudicium. Splendebit et non conteretur, donec ponat super terram iudicium; et in nomine eius gentes sperabunt.* Caeterum quod vna vaticinii pars in medio praetermissa sit: *Non erit tristis neque turbulentus, donec ponat in terra iudicium,* siue iuxta Septuaginta, *Splendebit et non conteretur, donec ponat super terram iudicium,* id Hieronymus putat scriptoris errore factum qui, quod saepenumero fit, ea verba quae intercesserant inter *iudicium* et *iudicium*, oblitus omiserit. Verum hac de re qui cupiet edoceri copiosius, legat enarrationem Hieronymi in hunc prophetae locum, ad haec libellum eiusdem ad Algasiam [B] quaestione secunda. [A] Illud admiror, quid Lyrano venerit in mentem, vt scriberet hoc testimonium a Matthaeo adductum iuxta interpretationem Septuaginta, cum longe magis consentiat cum Hebraica veritate, etiamsi ab hac quoque nonnihil discrepans, sed verbis potius quam sensu. Annotandum obiter et illud: cum Hieronymus edisserens praesentem prophetae locum releget nos ad suos in Matthaicum Commentarios, in quibus plenius super hac re disseruerit, atque in ipsis Commentariis vix summis, vt aiunt, digitis rem attingat, in coniecturam vocor, id quod saepenumero sum suspicatus, eos Commentarios a fastidioso quopiam lectore decurtatos, praetermissis in medio quae non intellexerit. Quos tametsi fateatur ipse neque iustos esse neque plenos, tamen ad alios quos ille in prophetas et aliquot epistolas Pauli plenos scripsit, vix commentarioli dici merentur. Idem factum arbitror in commentariis quos idem scripsit in Psalmos; quanquam in hos quisquis is fuit, gemina debacchatus est iniuria. Primum, quod quae libuit, praetermiserit. Deinde, quod compluribus locis suas nugae ceu purpurae pannum assuerit. Nam quod in Marcum habemus commentum, praeter titulum nihil habet Hieronymi. Caeterum commentarii in Lucam, quos ipse locis aliquot citat, prorsus interciderunt. [B] Visum est obiter ostendere lectori quomodo Cyprianus adducat hunc locum in libello quem scripsit aduersus Iudaeos: *Ecce puer meus, filius meus dilectissimus. Super eum ponam spiritum meum, et iudicium gentibus nunciabit. Non clamabit neque contendet. Arundinem quassatam non confringet et linum fumigans non collocabit, quoadusque expellat in contentione iudicium, et in nomine eius gentes credant.* Etiamsi hunc ipsum locum aliquanto secus adducit libro aduersus Iudaeos secundo, capite duodecimo. [A] Porro quod nos pro puero

524 *Algasiam C-E: Agalsiam A B.*
533-535 intellexerit ... Idem C-E: intellexerit.

508-513 *Ecce seruus ... expectabunt* Is. 42, 1-4, as quoted by Hier. *Comm. in Is.* XII, 42, 1-4, *CCSL* 73A, p. 478; "ponet" (l. 512) is probably a mistake and should have been "ponat", the reading of *Vg.* that Er. also gives infra, l. 517, and in his edition of *Comm. in Is.*

513-518 *Ecce Iacob ... sperabunt* Free quotation from Hier. *Comm. in Is.* XII, 42, 1-4, *CCSL* 73A, p. 478: "LXX. Iacob ... suscepit eum anima ... dimittet; nec audietur ... Calamum fractum non conteret ... sperabunt".

521 *Hieronymus Comm. in Is.* XII, 42, 1-4, *CCSL* 73A, p. 480: "Quod autem sequitur: 'Splendet, et non conteretur, donec ponat super terram iudicium', Matthaeus euangelista non posuit, siue inter iudicium et iudicium media, scriptoris errore, sublata sunt".

524 *libellum ... Algasiam* Hier. *Epist.* 121, 2, *CSEL* 56, p. 8 sqq.

525 *Lyrano* Nothing along these lines is contained in the *Postilla* ad locum, but it occurs ad Is. 42, 4: "In Hebraeo habetur 'non obscurabitur donec ponat in terra iudicium'".

528-529 *Hieronymus* Hier. refers in *Comm. in Is.* XII, 42, 1-4, *CCSL* 73A, p. 479, to *Comm. in Mt.* II, 12, 18, *CCSL* 77, p. 91, where he can hardly be called extensive, and to *Epist.* 121 (v. supra, n.l. 524).

531 *summis ... digitis* In *Adag.* 894, *ASD* II, 2, p. 402, l. 585 sq. ("Extremis digitis attingere"), Er. mentions this as a translation of Lucian. *Demonax*, 4, where it is already quoted as a proverb: οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν ἄκρω τῷ δακτύλῳ; cf. *Adag.* 892, *ASD* II, 2, p. 400.

533-535 *Quos ... merentur* Added in 1522 after criticism from Stun.; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 99 sq., ll. 801-818: "Scripseram me vocari 'in coniecturam', 'Commentarios' quos habemus Hieronymi 'in Matthaeum' alicubi fuisse 'decurtatos' [cf. l. 532 sq.]; ... 'Nam' Commentarios 'in Marcum nihil' habere 'Hieronymi preter titulum' [cf. ll. 539-540] ... Hic atrocibus conuiciis in me destomachatur Stunica, clamitans impudentissimum esse suspicari quenquam 'ausum violare' libros sacrorum 'doctorum' Iam quod Hieronymus ait se plenius in Commentariis de re quoniam scripsisse, cum illic vix attingat paucis [cf. ll. 530-531], sic eludit Stunica, non dictum esse plenius in Commentariolis, sed in Commentariolis et in epistola ad Algasiam" [*Epist.* 121, 2-5, *CSEL* 56, pp. 8-20].

535-539 *Idem ... assuerit* The *Breuiarium in Ps.*

Quod idem A B.

(Migne *PL* 26, 863-1378) was written in the 7th or 8th century in Ireland on the basis of Hier. *Commentarioli in Ps.* (*CCSL* 72, pp. 163-245) and *Tract. in Ps.* (*CCSL* 78, pp. 1-447), Hil. *Tractatus super Psalmos* (Migne *PL* 9, 231-908, *CSEL* 22 and *CCSL* 61) and two anonymous collections of glosses (Frede, p. 532 sq.).

539-540 *Nam quod ... Hieronymi* Cf. infra, p. 353, n.l. 49.

541-546 *Cyprianus ... credant* Ps. Cypr. *De montibus Sina et Sion*, 15, *CSEL* 3, 3, p. 118 sq.

547 *libro ... secundo* Cypr. *Quir.* II, 13, *CCSL* 3, p. 46: "Harundinem quassatam non confringet et linum fumigans non exstinguet, sed in veritate proferet iudicium. Fulgebit et non quassabitur, quoadusque ponat in terra iudicium, et in nomine eius gentes credent".

547-553 *Porro ... Hebraeos* Criticism from Lee and Stun. of the translation "filium" in *Act.* 4, 27, in *Nov. Test.* explains the addition from 1522. Cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *LB* IX, 205 F - 207 B, and *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 140 sqq.; in the latter work too Er. makes it clear that he "distrusted the attribution of the *Homiliae in Hebr.* to Chrys." (*ASD* IX, 2, p. 141, n.l. 604); he gives the reason in *Annot. in Hebr.* 4, 2, *LB* VI, 995 D: "Quanquam hic locus et apud Chrysostomum est perturbator, si modo hi Commentarii sunt illius. Nam titulus, indicans eos post mortem illius editos, nonnihil suspicionis praebet Lectori", referring to Joannis Chrysostomi ... *Expositio in Epistolam B. Pauli Apostoli ad Hebraeos, ex notis edita post eius obitum a Constantino presbytero Antiocheno*, Mutiano Scholastico interprete, Basel (Froben), 1517. I present the text of Chrys. *Hom. in Hebr.* 3, 6-8, both in this translation and in the original (Migne *PG* 63, 253 sq.): "Arianos autem percutit, ostendens quoniam neque seruus est, neque creatura" (29: Πρός τε Ἀρειανούς ... ὅτι οὐ δούλος. εἰ δὲ κτίσμα, δούλος) and (255 sq.): "Missus est quidem et Filius, sed non sicut minister, neque ut perfunctus quibuslibet officii, sed sicut Filius vnigenitus, eadem Patri suo volens atque desiderans" (31: Ἐπέμφθη μὲν οὖν καὶ ὁ Υἱός, ἀλλ' οὐχ ὡς διάκονος, οὐδὲ ὡς λειτουργός, ἀλλ' ὡς Υἱός καὶ μονογενής, καὶ τὰ αὐτὰ τῷ Πατρὶ βουλόμενος). Cf. *Apolog. ad Sanct. Caranz.*, *LB* IX, 414 D.

vertimus *filium*, Septuaginta δοῦλον – id est ‘seruum’ –, vt Graecis ac Latinis παῖς et puer ambigua vox est, itidem et Hebraeis **בְּנֵי**. Quod si vsquam conueniebat
 550 παῖδα vertere ‘filium’, certe hic quadrabat, cum de Christo loquatur. [C] Neque defuerunt apud Graecos qui serui vocabulum vererentur tribuere filio Dei. Quorum est Chrysostomus, si modo illius sunt commentarii quos habemus in epistolam ad Hebraeos.

LB 68 | [22] [A] Caecus et mutus. Τυφλὸς καὶ κωφός, id est ‘caecus et mutus’.
 555 Quaquam κωφός Graecis [E] etiam [A] surdum significat, ob id, opinor, quod qui natura surdi sunt, iidem et muti sint oportet. Ac mox ita vt loqueretur et videret. Hic repetunt Graeci codices ‘caecus et mutus’. [C] In nonnullis etiam congemnatur coniunctio, καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν, in nonnullis non gemnatur. [D] Quod erat reddendum: ‘vt is qui caecus erat ac mutus, et loqueretur et
 560 videret’.

[23] [A] Nunquid hic est. Hic nonnulli Graeci codices addunt ὁ Χριστός, id est: ‘Num hic est ille Christus filius Dauid?’ Quaquam hic quoque ὁ υἱός articulus appositus facit, vt non possit de quouis filio Dauid intelligi, sed de certo quodam, nempe qui prophetarum oraculis promissus expectabatur. Et

565 [25] In se diuisum. Καθ’ ἑαυτῆς. Et fidelius et apertius reddidisset: ‘diuisum aduersus semetipsum’, vt mox vertit *contra se*.

[31] Spiritus autem blasphemiae. Id certe palam est librariorum vitio corruptum esse, quod tamen in omnibus ferme codicibus inoleuit. Nam apud Graecos est ἡ τοῦ Πνεύματος βλασφημία, id est ‘sed Spiritus blasphemia’, vt intel-
 570 ligas maledictum quod fiat aduersus Spiritum. [B] Iuxta synceram ac germanam lectionem adducit hunc locum [D] diuus Hilarius in canone quo explicat Matthaeum. Item [B] Augustinus sermone de verbis Domini ex Euangelio Matthaei vndecimo, idque iterum atque iterum, ne quis casum esse causetur, hoc tantum disputans ‘blasphemiam’ non pro quouis accipi maledicto nec *Spiritus* pro quouis
 575 spiritu. Sed quod hic confusius dixit: *Spiritus blasphemia*, alibi clarius expressum est: *qui blasphemauerit in Spiritum Sanctum*. Etiam si non negem in Graecis verbis amphibologiam esse; quod intelligi possit conuicium ab ipso spiritu profectum. Carrensensis hunc enarrans locum: *Quid ergo*, inquit, *aliud est spiritus blasphemiae quam affectatio et desiderium vituperationis diuinae? Spiritus blasphemiae spirat ad odium Dei; Spiritus Sanctus spirat ad amorem Dei*. Atqui ne quis Graecorum codicum auctoritatem impudenter contemnat, consentiunt cum Graecis
 580 vetusta Latinorum exemplaria, [C] cum primis autem et codex aureus, [B] et inter excusa typis suffragatur et Glossae quam vocant Ordinariam, aeditio Mogontinensis.

585 [32] [C] Qui autem dixerit verbum contra Spiritum. *Verbum* hoc quidem loco non ponitur, sed subauditur e proximo. Graecis suffragatur et codex aureus. [A] Rursum est

[33] Σαπρόν, de quo diximus. Et

[34] Γεννήματα, quod alias vertit *genimina*, [C] hic [A] recte vertit *progenies*.
 590 Et

[35] Ἐκβάλλει, quod hic vertit *profert*, alias vertit *eiicit*, alias *emittit*. Nos *expromit* ac *depromit* transtulimus.

LB 69

[40] [B] Tribus diebus et tribus noctibus. Licet Latinus extulerit per ablatiuum casum, tamen Graecis est accusatiuus; vt iam non possit accipi species temporis, sed spacium: τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. Proinde diuus Hieronymus quaestionem explicat per tropum qui grammaticis synecdoche dicitur. Siquidem cum vnus duntaxat dies huius tridui fuerit integer, nempe sabbati cum nocte adiuncta, nec Christus in sepulchro fuerit nisi vespera parasceues ac diluculo dominicae quo surrexit, tres tamen dies in sepulchro scribitur egisse. Ad eandem rationem explicat diuus Augustinus libro De quaestione Euangeliorum primo,

595

600

556 surdi sunt C-E: surdi sint A B.

567-568 palam est librariorum vitio corruptum esse B-E: palam librariorum vitio corruptum est A.

569 ἡ τοῦ B-E: ἡ δὲ τοῦ A.

554-556 *Caecus ... oportet* Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 813, col. 2, had made a similar remark.

556-560 *ita vt ... videret* *Nov. Test.*: ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν λαλεῖν καὶ βλέπειν, "ita vt caecus et mutus, et loqueretur et cerneret".

562 *Num ... Dauid* *Nov. Test.*: "Num hic est filius Dauid?"

565 *In se diuisum* Modern editions of *Vg.* read "diuisum contra se", *Nov. Test.*: "diuisum aduersus sese ... domus diuisa aduersus seipsam".

567 *Spiritus autem blasphemiae* The text according to some witnesses of *Vg.*; modern editions read "spiritus autem blasphemia". About the occurrence of these two versions in Aug. *Serm.* 71 (cf. infra, n.ll. 572-573), v. P. Verbraken, *Le sermon LXXI de saint-Augustin sur le blasphème contre le Saint-Esprit*, RBen 75 (1965), 61 sqq. Er. *Nov. Test.*: "conuicium in spiritum".

571 *Hilarius In Mt.* 12, 17, *SC* 254, p. 282: "Spiritus autem blasphemia non remittetur".

572-573 *Augustinus ... undecimo Serm.* 71, RBen 75 (1965), p. 65 sqq.; the passage "hoc tantum ... Sanctum" (ll. 573-576) refers to *Serm.* 71, 8, 13, RBen 75 (1965), p. 76 sqq. 576 *qui ... Sanctum Mc.* 3, 29.

578 *Carrensis* Hugo de Sancto Caro, *Postilla*, ad locum: "Quid ergo videtur aliud spiritus ... Dei".

583-584 *Glossae ... Mogontinensis* H.J. de Jonge, *Glossa*, p. 70 sqq., concludes from this text that the *Glossa Ordinaria* was not so much an authoritative witness for Er. as it was for his critics and the theologians of his time. In addition he argues that none of the

569 blasphemia B-E: blasphemiae A.

573 causetur C-E: cauilletur B.

583 excusa B-D: excussa E.

583 *Glossae C-E: glosa B.*

584 *Mogontinensis C-E: Maguntinensis B.*

editions of the *Glossa* available until 1519 was published in Mainz (Mogontiacum or Magontiacum; cf. app. crit.), that the second up to and including the fifth editions made explicit mention on the title page of the place of publication as Venice (1495²) and Basel (1498³, 1498-1502⁴ and 1506-1508⁵), respectively, but that the editio princeps was printed in 1481 in Strassburg (Argentoratum) without any indication of the place and the year of publication, and even without mention of the printer; he surmises that Er. wrote "Magontinensis" in B instead of "Argentinensis" because these words sound so similar.

585 *Verbum* Does not occur in modern editions of *Vg.*

595-601 *Hieronymus ... quaestione 7* Hier. writes in *Comm. in Mt.* II, 12, 40, *CCSL* 77, p. 97 (after referring to *Comm. in Ion.* II, 2, *CCSL* 76, p. 393 sq., where he had argued the same): "hoc breuiter nunc dixisse contenti quod συνεκδοχικῶς totum intellegatur ex parte, non quo omnes tres dies et tres noctes in inferno Dominus fecerit, sed quod in parte parasceues et dominicae et tota die sabbati tres dies et totidem noctes intellegantur". About "synecdoche", v. supra, p. 47 sq., introd., §9. Aug. explains the term in *Doctr. chr.* III, 35, 50, *CCSL* 32, p. 110 sq. In *Quaest. Eu.* I, 7, *CCSL* 44B, p. 10 sq., he explains *Mt.* 12, 40, without mentioning the term; similarly in *Cons. euang.* III, 15, 52, and III, 24, 66, *CSEL* 43, pp. 338 sq. and 356 sqq. Er. also refers to this last passage in *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 267, ll. 28-31.

quaestione 7. Etiam si Faber vsque adeo fastidit synecdochen libello De triduo Christi, odio, opinor, grammatices, cum qua illi parum conuenit, vt ipsa indicat res, ne cui parum philosophus videatur.

[41] [A] Plus quam Ionas hic. Item

605 [42] Plus quam Solomon hic. Vtrobique est ὃδε aduerbium, non pronomen, vt ante monstraui mus. Quod veteres orthographi solent distinguere, ‘hic’ pronomen scribentes per i simplex, ‘hic’ aduerbium per Graecam diphthongum ει, heic. Id quod Valla testatur sibi compertum in aliquot peruetustis marmorum inscriptionibus.

610 [43] Per loca arida. Non est ξηρῶν, sed ἀνύδρων, id est ‘aquis carentia et siticulosa’. Nam huiusmodi fere sterilia sunt et ob id desolata. Vnde filia Calep agrum irriguum superne atque inferne petit. Vt omittam quod

[45] Πονηρότερα vertit *nequiores* pro ‘sceleratioribus’, quod ex generatione mala fecit ‘pessimam’, cum sit πονηρόν. [C] Et intrantes habitant ibi. In
615 exemplari quodam scriptum erat καὶ εἰσελθόν, ‘et ingressus’, vt referatur ad spiritum qui collegit socios. Verum hoc ad sensum minimum refert. [A] Ac paulo post

[46] Quaerentes eum. Graeci addunt ‘quaerentes ei loqui’, ζητοῦντες αὐτῷ λαλῆσαι. Neque enim perierat, sed expetebatur ad colloquium. Item paulo post

620 [47] Quaerentes te. Ζητοῦντές σοι λαλῆσαι, id est ‘quaerentes tibi loqui’. [B] Vtinam autem populus Christianorum vniuersus sic esset deditus cultui beatissimae Mariae, vt totis studiis illius virtutes aemularetur. Caeterum aut hodie vulgus pio quodam fauore plus satis illi tribuit aut parum tribuit Chrysostomus hunc explanans locum homilia duodecima. Nam ipsius verba ex interprete sub-
625 scribam: *Quamuis, inquit, ex facto matris nonnihil importunitatis quoque accessit. Considera igitur tam matris quam fratrum importunitatem. Nam cum debuissent intrare atque cum turbis simul audire aut saltem expectare foris sermonis finem ac demum accedere, ambitione quadam ac ostentatione commoti foras eum in praesentia omnium euocauerunt.* Caeteraque quae sequuntur in hanc sententiam. Rursus

in altera aeditione – nam variant col[dices] – eiusdem numeri homilia hanc imperiosam importunitatem in fratres potissimum refert, matri parcens. At idem enarrans Euangelium Ioannis de nuptiali miraculo agens clarius etiam tribuit Mariae affectum aliquem ambitionis gloriaeque humanae: *Optabat enim, inquit, vt iam hominum gratiam conciliaret et ipsa clarior filii gratia efficeretur; et fortasse aliquo humano afficiebatur affectu, quemadmodum et fratres eius, cum dixerunt: ‘Ostende te ipsum mundo’, cupidi eius miraculis sibi famam comparare.* Ac paulo post idem agens: *Siquidem non adhuc debitam de ipso opinionem habebant, sed more matrum Maria iure omnia se filio praecepturam censebat, cum tanquam dominum colere et reuereri fas esset.* Hactenus Chrysostomi verba recensuimus. [C] Augustinus vide-
630 tur illi tribuere nonnihil diffidentiae. [B] Nos eam prorsus a peccato originali facimus immunem, at hic videtur aliquod actuale, vt vocant, peccatum tribuere; nisi forte is affectus omni culpa vacat quem illi tribuit. [C] Atque ita potius arbitror sentiendum. Nam vt ignorantia quaedam esse potest absque culpa, ita et

LB 70

631

635

640

645 dubitatio et affectus maternus culpa vacare potest. [B] Christus apud Lucam quoque parum blande respondet parentibus: *Quid est quod me quaerebatis? An nesciebatis quod in his quae Patris mei sunt, oportet me esse?* Mox subiicit euangelista: *Et ipsi non intellexerunt verbum*. Rursus praedicanti beatum ventrem matris et vbera lactatricis: *Quinimo*, inquit, *beati qui audiunt verbum Dei*. Rursus in
650 cruce mulierem vocat et Ioanni transcribit. Quibus ex rebus stultissime collegerant Manichaei Mariam non fuisse matrem Iesu nisi vulgi opinione, videlicet negantes eum fuisse hominem. Nos id sane possumus pie colligere, quoties agitur

601–602 triduo Christi D E: tribus Magdalenis B C.

610 id est B–E: i. hoc est A.

612 agrum irriguum C–E: irriguum agrum A

601–602 *De triduo Christi* V. the representation of the title in B and C in the critical apparatus. Faber Stapulensis discusses in *De Maria Magdalena et triduo Christi disceptatio* (Paris, 1517), the problems of the duration of time between the death and resurrection of Christ and of the time at which the women went to the empty grave. Er. refers to this extensively on p. 400 sqq., l. 293 sqq.

605 *Solomon* According to H.J. de Jonge, Er. wrote “Solomon”, because he translated Greek, whereas Vg. reads “Salomon” (*Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, ASD IX, 2, p. 119, n.l. 209). “Solomon” is mentioned by Wordsworth-White in app. crit. It is also the spelling of Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 813, col. 2 sq.

608 *Valla Annot.*, Garin, I, p. 814, col. 1.

611 *huiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.

611–612 *filia Calep ... petit Iud.* 1, 15.

613 *sceleratiores* The reading of *Nov. Test.*

613–614 *generatione ... πονηρῶ* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 814, col. 1: “Graece est ‘malae’, πονηρῶ”.

618 *Quaerentes eum* Modern editions of Vg. read “quaerentes loqui ei”, *Nov. Test.*: “quaerentes ei loqui”.

620 *Quaerentes ... tibi loqui* Modern editions of Vg. read “quaerentes te”; *Nov. Test.*: “quaerentes tibi loqui”.

623–624 *Chrysostomus ... homilia duodecima* *Hom. in Mt.* 44 (45), I, Migne PG 57, 465; the erroneous “duodecima” may be explained from the heading to this sermon in the edition of Trapezuntius, 388 C: “ex cap. XII, homilia XLV”, from which Er. quotes: “Quamuis et ex facto ... commoti foris eum ... euocauerunt”.

633–639 *Optabat ... fas esset* Quoted from the

B.

614 pessimam B–E: pessimum A.

630 homilia hanc C–E: homilia, ita scriptum comperio. Hanc B.

translation by Franciscus Aretinus (107 B–D) of Chrys. *Hom. in Ioh.* 21 (20), 2, Migne PG 59, 130 sq.

639 *Augustinus Epist.* 75, 3, 6, CSEL 34, 2, p. 290; cf. *Contra Iulianum*, I, 7, 30, Migne PL 44, 661.

640–641 *Nos ... immunem* The additional explication given in 1522, ll. 642–644, is due to criticism of Er. from, among others, Vincent Theodorici, a Dominican from Louvain; Theodorici had not understood the tenor of the text correctly. Cf. Ep. 1126, ll. 294–304, and Ep. 1196, ll. 51–62. In *Apolog. adv. monach. hisp.* and *Resp. ad epist. Alb. Pii*, LB IX, 1085 C–E and 1164 E – 1165 D, too Er. defends himself against objections raised against this *annotatio*. Cf. Rummel, *Catholic Critics*, I, pp. 132 and 233, n. 31.

641 *actuale ... peccatum* Thomas Aquinas, *Summa theologia*, II, 1, qu. 82, art. 1, 2, *Opera omnia*, 7, Rome, 1892, p. 94 sq., distinguishes between ‘actual sin’, that is ‘the fault or sin consisting in an action’ and ‘original sin’. *Lexicon of St. Thomas Aquinas*, p. 811, col. 2.

645–647 *Quid ... verbum* Lc. 2, 49 and 50, and II, 28.

648–649 *in cruce ... transcribit Ioh.* 19, 26.

650 *Manichaei* Cf. Hier. *Comm. in Mt.* II, 12, 49, CCSL 77, p. 100: “Non ergo iuxta Marcionem et Manicheum matrem negavit, vt natus de fantasmate putaretur, sed apostolos cognationi praetulit, vt et nos in comparatione dilectionis carni spiritum praefera- mus”, and Aug. *Enarr. in Ps.* 9, 31, and 127, 12, CCSL 38, p. 72, and 40, p. 1876, *Tract. in Ioh.* 8, 5, CCSL 36, p. 84, and *Contra duas epistolas Pelagianorum*, II, 2, 3, Migne PL 44, 573.

negocium reipublicae, quoties agitur negocium religionis, non multum apud nos valere oportere corporalis affinitatis affectum. Hieronymus sic elabi conatur, vt dicat hunc qui renunciauit Christo, insidiose fecisse, tentantem num ob suorum affectum intermissurus esset praedicandi munus, atque ob id acrius a Christo responsum. Ego hac in re meam non interpono sententiam; tantum optarim sedulitatem quorundam omnia in sanctis in immensum exaggerandi verti potius ad studium aemulandi, quod illos vere beatos reddidit. [A] Verum haec leuiculi sunt momenti. Quod genus et illa quod pro

660 [49] Extendens manum. Graeci legunt *manum suam*. Deinde quod in his, [50] Ipse meus frater, nonnulli codices habent ἀδελφός, nonnulli οὗτος, id est 'hic'.

EX CAPITE DECIMOTERTIO

[1] [C] Sedebat secus mare. Eruditi quidam vehementer hanc vocem *secus* 665 execrantur vt Gotticam et Sarmaticam aut siquid his quoque barbarius, cum tamen recenseatur a Donato, operis exigui non exiguo autore. Neque videri potest | vox ab interprete conficta, qua tam frequenter vtitur. Vsus est ea Plinius LB 71 libro 24., capite 15. *Chamaeleucen*, inquit, *apud nos farranum siue farfugium vocant; nascitur secus fluuios, folio populi*. [E] Quintilianus libro Institutionum 8., 670 cap. 2., tractans περὶ τῶν ἀδιανοήτων hoc adducit exemplum: *Conductus est caecus, secus viam stare*. [C] Nec dubito quin aliis compluribus locis inueniri possit. Si quis velit esse morosior, fortasse causabitur aliquis non perinde apte dici: 'sedet secus viam' ac *nascitur secus fluuios*, aut 'pascitur secus ripam', quod in his imaginemur ceu motum quendam rei sequentis. Nam apparet *secus* et 'secundum' 675 habere cognationem cum verbo 'sequor'. [D] Itaque de herba rectius dici: *nascitur secus fluuios*, quemadmodum salices secus ripam, quod in his intelligatur series quaedam. De vno homine sedente non item.

[3] [A] Exiit qui seminat. Ἐξῆλθεν ὁ σπείρων, id est: 'exibat qui seminabat' siue 'seminator'. Siquidem huiusmodi participia accommodant se verbis quibus adiunguntur. [C] Seminare semen suum. *Semen suum* nec est apud 680 Graecos nec in aureo codice. [A] Nam illud recte:

[4] Et dum seminat. Ἐν τῷ σπείρειν, id est, 'inter seminandum'. Ac mox

[5] Βάθος vertit *altitudinem* pro 'profunditate'. Et

[6] Ἐκαυματίσθη *aestuauerunt* pro 'exusta sunt' siue 'aestu perierunt'. Ac 685 rursum ἐξηράνθη, 'exaruerunt', vertit *aruerunt*. Item

[7] Ἀνέβησαν *surrexerunt*, quod alias vertit *ascenderunt*. Mollius [B] 'suc- creuerunt' aut [A] 'increuerunt' siue 'emerserunt spinae'.

[8] Et dederunt fructum. Hic interpres maluit Latinitati consulere quam voces reddere Graecas. Alioquin ad verbum ita vertendum erat: 'et dederunt fructum, hoc quidem centum, illud vero sexaginta, illud vero triginta', καὶ ἐδίδου 690 καρπὸν, ὃ μὲν ἑκατόν, ὃ δὲ ἑξήκοντα, ὃ δὲ τριάκοντα. Tametsi verti poterat 'hoc quidem centuplum, illud vero sexagecuplum, aliud vero trigecuplum' siue 'aliud

centena, aliud autem sexagena, aliud autem tricena', vt subaudias 'grana'. Nam Graeci carent huiusmodi distributiuis. [C] Abusus est hoc loco articulis postpositiuis vice praepositiuorum, quod tamen et alias saepe fit.

695
LB 74E

[32] [E] Quod minus quidem est omnibus seminibus. Quidam mouent hic scrupulum, existimantes semen papaueris et rutae minutius esse semine sinapis, quasi semen papaueris semper et vbique sit eiusdem magnitudinis. Satis est in genere verum esse quod dicit Dominus. Quin illud perpendendum est, hic granum sinapis non simpliciter conferri cum quibuslibet seminibus; alioqui vinceret cupressus arbor procera, cuius semen adeo minutum est, vt visum etiam fallat; sed cum seminibus holerum, λαχάνων. Atqui papauer non censetur inter holera, sicuti nec ruta, quod vtraque herba in medicinis vsum habet verius quam in culinis.

700

660 Extendens B–E: extendes A.
668 libro 24., capite 15. scripsi: libro vigesimo-

quarto, capite decimoquinto C, lib. 24, cap. 15. D E.

653 Hieronymus *Comm. in Mt.* II, 12, 47, *CCSL* 77, p. 100: "Videtur mihi iste qui nuntiat non fortuito et simpliciter nuntiare, sed insidias tendere, vtrum spiritali operi carnem et sanguinem praeferat. Vnde et Dominus non quo matrem negaret et fratres exire contempsit, sed quo responderet insidiantii".

666 *Donato* Modern editions of *Don.* only refer to "secus" in app. crit. Cf. infra, p. 372, l. 534 sqq., ad *Mc.* 4, 4.

667 *Plinius Nat.* XXIV, 15, 85 (ed. Mayhoff): "Chamaeleucen ... nos farfarum siue ... nascitur secundum fluuios".

669 *Quintilianus Inst.* VIII, 2, 20: "Pessima vero sunt adianoeta, hoc est quae verbis aperta occultos sensus habent, vt cum dictus est caecus 'secundum vitam stare', et qui suos artus morsu lacerasse fingitur in scholis 'supra se cubasse'".

672–673 *sedet secus viam* Cf. *Tob.* II, 5, *Mt.* 20, 30, and *Lc.* 18, 35.

678–679 *exibat qui seminabat* *Nov. Test.*: "exiit qui seminabat ad seminandum".

683 *profunditate* *Nov. Test.*: "profunditatem terrae".

684–685 *exusta sunt* and *exaruerunt* The readings in *Nov. Test.*

686 *surrexerunt* Modern editions of *Vg.* read "creuerunt"; *Nov. Test.*: "insurrexerunt".

688–695 *Et dederunt ... fit* Modern editions of *Vg.* read "et dabant fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigesimalum"; *Nov. Test. A.*: "et dederunt fructum, aliud quidem centum, aliud vero sexaginta, aliud vero triginta"; B–E: "et dederunt fruc-

tum, aliud quidem centuplum, aliud vero sexagecuplum, aliud vero trigecuplum". The translation of l. 690, "hoc quidem ... triginta" is derived from Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 814, col. I. Cf. infra, p. 223 sq., l. 758 sqq.

694–695 *articulis postpositiuis vice praepositiuorum* Er. follows the distinction that Dion.

Thrax makes: Ἄρθρον ἐστὶ μέρος λόγου πτωτικόν ... καὶ ἐστὶ προτακτικόν μὲν ὁ, ὑποτακτικὸν δὲ ὅς, and uses the translations used also by Roman grammarians 'articulus praepositiuus' and 'postpositiuus' for ἄρθρον προτακτικόν and ὑποτακτικόν (Uhlig, *Gr. Gr.* I, I, p. 61). It has struck Er. that *NT* does not use ὁ (without accent), but ὅς (with accent).

This corresponds with the opinion of Apollonius Dyscolus that "postpositive articles occur with a single verb, when the total noun phrase is subdivided" (*Syntaxis*, I, 155, Uhlig, *Gr. Gr.* 2, 2, p. 125; translation by Householder, Amsterdam, 1981); Apollonius gives the example: διέπτησαν ἄετοί ὅς μὲν ἀπὸ ἀνατολῆς, ὅς δὲ ἀπὸ δύσεως, but mentions in *Syntaxis*, I, 156 that he has come across the contrary in *Il.* 16, 317 (Uhlig, *Gr. Gr.* 2, 2, p. 127 sq.). He renders this verse as: Νεστορίδαι δ' ὁ μὲν οὐτασ' Ἀτύμιον. Er. could also have come across this distinction in Chrysoloras and Gaza; he used the Latin terms in his translation of book I of Gaza's *Institutio grammatica*, LB I, 117 C and E. Cf. Chomarat, *Grammaire*, I, pp. 314, n. 63, and 316). Cf. infra, p. 328, l. 473 sq.

699 *in genere* V. supra, p. 95, n. l. 693.

LB 71F | [14] [A] Vt adimpleatur in eis. Nonnulli codices habebant Καὶ ἀναπλη-
 706 ροῦνται ἐν αὐτοῖς, 'Et impletur'. [B] Ita legit diuus Chrysostomus, itaque scriptum
 comperi in exemplari Corsendoncensi. [A] Caeterum *in eis* in plerisque Graecis
 710 exemplaribus non habebatur nec in Latinis vetustioribus, [B] sed 'eis' duntaxat.
 [A] Nec est dicentis, sed λέγουσα, id est 'dicens', [C] consentiente et aureo
 codice ac Donatianicis, [A] siue 'quae dicit'. [B] Facit enim ipsam scripturam
 loquentem. [A] Auditu audietis. Testimonium quod adducit, extat apud
 720 Esaiam capite sexto. Dissentit autem hoc quoque loco veritas Hebraica ab aedi-
 tione Septuaginta. Nam Septuaginta sic tradunt hunc locum, quasi Deus prae-
 LB 72 dixerit futurum, vt audientes non audirent et videntes non viderent. At Hebraica
 715 veritas indicat hoc iussum a Domino, vt videntes non viderent et audientes non
 audirent. Iuxta Septuaginta citat Lucas, vtpote Graece doctus magis quam
 Hebraice, in Actis apostolicis capite vigesimo octauo: [C] Προεβήθητι καὶ εἰπέ λαῶ
 720 τούτῳ· Ἀκοῆ ἀκούσατε καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε.
 Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσίν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν,
 καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καὶ ὡς
 ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι καὶ ἐπιστρέψωσι καὶ ἰάσωμαι αὐτούς, [D] id est:
 [A] 'Vade ad populum istum, et dic: Aure audietis, et non intelligetis, et videntes
 725 videbitis, et non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, et auribus
 grauiter audierunt, et oculos suos compresserunt, ne forte videant oculis suis, et
 auribus audiant, et corde intelligant, et conuertant se, et sanem eos'. Caeterum
 Hebraea ita reddidit Hieronymus: *Auditu audite, et nolite intelligere, et videte visu,*
et nolite cognoscere. Excaeca cor populi huius, et aures eius aggraua, et oculos eius
claude, ne forte videat oculis suis, et auribus audiat, et corde intelligat, et conuerta-
 730 *tur et sanetur.* Apparet igitur Septuaginta consulto mutasse scripturam Hebrai-
 cam, ne impiis daretur ansa blasphemiae, quasi Deus esset nobis autor malorum.
 Verum cum huiusmodi complura sint loca in diuinis literis, velut illa: *indurauit*
Deus cor pharaonis et *fiat mensa eorum in laqueum* etc., non oportuit offendi hoc
 vno, sed agnoscere potius idioma sermonis diuini, qui hac figura comminatur ac
 terret impios, ceu iubens eos id facere quod suapte malicia facturi sunt; sicut dic-
 735 tum est Iudae: *quod facis, fac citius.* Illud admirandum, cum Hieronymus non
 vno in loco dicat apostolos iuxta veritatem Hebraicam citare solitos testimonia
 Veteris Instrumenti, et non iuxta Septuaginta, Matthaeum hoc loco non idem
 facere, praesertim cum [C] ipse [A] Hebraeo sermone scripsisse credatur Euange-
 740 lium. Nam Lucam excusat [B] haud scio quam commode quod magis calluerit
 Graecas literas quam Hebraicas. Alioqui verisimillimum esse Paulum Hebraeum
 cum Hebraeis agentem, adducturum fuisse testimonium Esaiiae iuxta veritatem
 Hebraicam. Hanc excusationem non admittent, opinor, qui quicquid in aposto-
 lis fuit, diuini Spiritus peculiare donum esse volunt, praecipue donum lingua-
 745 rum. [A] Et epistolam ad Hebraeos [E] Hieronymus [A] testatur ob id non fuisse
 receptam a quibusdam, quod quaedam adducat testimonia Veteris Instrumenti
 quae in Hebraeorum voluminibus non habeantur. Quin hunc ipsum edisserens
 locum super hac re nullam facit mentionem, ceu dissimulans, opinor, quod expli-

cari non poterat. Nisi forte mutarunt hunc locum quos offendit hoc ipsum quod offendit Septuaginta, maxime cum sic adducatur in Actis Apostolorum. Et saepe-numero comperimus locum ex altero loco mutatum, dum lector vel melius esse putat quod alibi legisse meminit, vel deprauatum suspicatur quod diuersum est. Caeterum quod Valla legendum putat, 'audietis et non intelligatis, videbitis et non perspicietis', vt sit imprecantis, non assentior homini; quod compertum sit haec verba saepenumero pro futuris vsurpari, certe apud euangelistas, [C] praesertim addita duplici negatione οὐ μὴ.

755

LB 71F

| [11] [D] Vobis datum est nosse mysteria. Μυστήριον, id est 'arcanum', tametsi de rebus sacris plerunque vsurpatur.

LB 73E

| [8] [B] Aliud centesimum, aliud sexagesimum. Graece quidem habetur ἑκατόν, ἑξήκοντα, τριάκοντα, id est 'centum', 'sexaginta' et 'triginta', [C] atque itidem codex aureus, [B] quod ea, vt dixi, lingua careat nominibus numerorum

760

726 Hebraea ... reddidit B–E: Hebraea ad hunc habent modum. שמעו שמעו ואל תבינו וראו וראו ואל תדעו השמן לב העם הזה ואנני הכבד

ועניו השע פן יראה בעניו וכעניו ישמע ולכבו רבין ושב ורפה לו. Quae quidem ita reddidit A.

705–706 *Nonnulli ... impletur* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 814, col. 1: "Melius in iis codicibus vbi legitur 'et adimpletur eis propheta Esaias dicens'".

706 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 45 (46), 1, Migne PG 58, 472.

710 *quae dicit* The reading of *Nov. Test.*

712–729 *Esaiam ... sanetur* The quotation in ll. 717–721 is derived less from *Act.* 28, 26 sq., than from *Is.* 6, 9 (Πορεύθητι και ειπὸν τῷ λαῷ ... ὀφθαλμοὺς ἐκάμυσσαν ... και τοῖς ὠσὶ ἀκούσωσι ... και ἰάσομαι αὐτούς); the translation of ll. 722–725 differs slightly from *Act.* in *Vg.* ("illos" instead of "eos" in l. 725). Both this translation and the translation of the Hebrew text (ll. 726–729) have been taken from Hier. *Comm. in Is.* III, 6, 9–10, *CCSL* 73, p. 91.

731–732 *induravit ... pharaonis* *Ex.* 10, 20 and II, 10: "induravit Dominus cor Pharaonis"; cf. *Ex.* 9, 12, 10, 27 and 14, 8.

732 *fiat ... laqueum* *Ps.* 68 (69), 23 and *Rom.* II, 9.

733 *idioma* V. supra, p. 48, introd., §10.

735 *quod ... citius* *Ioh.* 13, 27.

735–746 *Hieronymus ... habeantur* This train of thought follows from *Comm. in Is.* III, 6, 9–10, *CCSL* 73, p. 91 sq.: "Ac primum soluenda est illa quaestio quae nobis obici potest, quare apostolus Paulus cum Hebraeis disputans non iuxta Hebraicum, quod rectum esse nouerat, sed iuxta LXX sit locutus. Euangelistam Lucam tradunt veteres eccle-

siae tractatores medicinae artis fuisse scientificum et magis Graecas litteras scisse quam Hebraeas ... Matthaeus autem et Ioannes, quorum alter Hebraeo, alter Graeco sermone Euangelia texuerunt, testimonia de Hebraico proferant ... Pauli quoque idcirco ad Hebraeos epistolae contradicitur, quod ad Hebraeos scribens vtatur testimoniis quae in Hebraeis voluminibus non habentur". With respect to "non vno in loco" (l. 735 sq.), cf. *Apolog. c. Ruf.* II, 27 and 34, *CCSL* 79, pp. 65 and 72, *Comm. in Ir.* VI, 18, *CCSL* 74, p. 306 sq. and *Epist.* 57, 7 sqq., *CSEL* 54, p. 513 sqq. Er. shares the doubt which had existed of old concerning whether the letter to the Hebrews was really written by Paul; cf. *Annot. in Lc.* 22, 20, infra, p. 584, l. 671, and *Annot. in Hebr.* 2, 7, *LB* VI, 986 C ("Et Hieronymus ait a nonnullis non fuisse receptam, ob id quod in ea nonnulla citarentur, quae apud Hebraeos non inueniantur"), *Paraphr. in NT*, *LB* VII, 273–274, l. 48, *Apolog. ad Fabr. Stapul.*, *ASD* IX, 3, pp. 161–170, ll. 1911–2140, *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor. and Declarat. ad cens. Lueta.*, *LB* IX, 453 AB, 489 E, 497 B–D, 498 C, 594 D – 595 E, 764 B, 765 C and 865 A – 866 B.

749 *Actis apostolorum* V. supra, n. ll. 712–729.

752 *Valla Annot.*, Garin, I, p. 814, col. 1.

758–786 *Aliud ... malorum* Cf. supra, p. 220 sq., l. 688 sqq.

760 *vt dixi* *Supra*, p. 221, l. 693 sq.

- distributiuis. Sentit enim ex singulis granis plura prouenisse, ex hoc centena, ex alio sexagena, ex alio rursus tricena. Mihi dudum non liquebat ‘centesimum’ pro ‘centenum’ aut ‘centuplum’ apud probos autores reperiri. [E] Videtur tamen in hunc sensum vsurpasse Plinius lib. 5., cap. 4. *Ita*, inquit, *appellatur fertilitatis eximiae, cum centesima fruge agricolis foenus reddente terra*. Rursus lib. 18., cap. 10.: *Cum centesimo quidem et Leontini Siciliae campi fundunt*. [B] Porro quod torquetur hic Hieronymus, centuplum prouentum referens ad virgines, sexagecuplum ad viduas et continentes, trigecuplum ad coniugatos, cum alii primum prouentum tribuerint martyrio, secundum virginibus, tertium viduis et continentibus, nullum locum relinquentes honorabili connubio, Augustinus in Quaestionibus Euangeliorum, quaestione nona, primas tribuit martyribus, secundas viduis, tertias coniugatis; [D] Theophylactus *centesimum* refert ad anachoritas, vt apparet – hoc est: paupertatem perfectam assequutos tantumque vacantes rebus diuinis –, *sexagesimum* ad coenobitas, qui laborent adhuc vnde viuant, *trigesimum* ad coniugatos. [B] Ego vt hanc piam diligentiam sanctamque curiositatem non improbo | in literis diuinis, ita simplicius arbitror accipere, vt Christus docendi gratia posuerit centuplum pro summo, trigecuplum pro infimo, sexagecuplum pro mediocri; quemadmodum fecit in talentis decem, quinque et vno. Atque id sane sic admonitum esse velim, vt nullius sententiae sit praeiudicatum a nobis. Apud Lucam nulla graduum mentio, tantum centeni fructus meminit. Augustinus libro De ciuitate Dei vigesimo primo testatur quosdam hunc locum stultissime huc detorsisse, vt dicerent impios a sanctis liberandos ab aeterno supplicio, ab aliis trigenos, ab aliis sexagenos, ab aliis centenos, pro portione meritorum. Verum quoniam certus sit praescriptus numerus, si hac fiducia negligamus fieri meliores, periculum esse, ne sanctorum numerus non respondeat tantae multitudini malorum.
- 765
770
775
LB 74
780
785
LB 73
790
795
800
- [19] [A] Qui iuxta viam seminatus est. Ὁ σπαρείς. Seminatur semen et seminatur terra. Sicut aspergitur humor et aspergitur humore vestis. Sic igitur hic dicit hominem seminari, vt terram satam dicimus et agrum consitum. Quamquam effugere poterat hanc sermonis duriciem, si dixisset: ‘in quem iuxta viam incidit semen’.
- [20] [D] Hic est qui verbum Dei audit. *Dei* nec additur apud Graecos nec in aureo codice nec in Donatianicis, sed articulus additus, τὸν λόγον, indicat de quo verbo loquatur. Iam hoc interim dissimulandum, quod *verbum* vice sermonis vsurpat.
- [21] [A] Sed temporalis est. Ἀλλὰ πρόσκαιρος. Expressius Graece, quasi dicas: ‘ad tempus’ et ‘non perpetuus nec sibi constans’, sed ‘ad exortam occasionem mutabilis’. Ac mox
- [22] Et fallacia diuitiarum. Ἀπάτη τοῦ πλούτου. Graeca vox indicat fallaces dici, non quod fallant, hoc est: frustrentur hominem, sed quod a via deducant; id enim est proprie ἀπατᾶν. Siquidem πάτος via trita.
- [23] Hic est qui audit verbum etc. Non est simpliciter *et fructum adfert*, sed ὅς δὴ, id est ‘quod denique’, vt intelligas caeteros omnes infrugiferos,

hunc demum reddere fructum. Caeterum articulus Graecus ὁ μὲν, ὁ δέ, potest vel
 805 ad *verbum* referri vel ad hominem, quod [B] λόγος, [A] ‘verbum’, apud Graecos
 generis sit masculini. Quanquam ad *verbum* esse referendum arguit quod supe-
 rius idem tribuit semini iacto quod hic verbo; nam *verbum* semen est.

LB 74E | [25] Superseminavit. Καὶ ἔσπειρε, id est ‘seminavit’. Apparet interpretem
 legisse ἐπέσπειρε. Ac paulo post

810 [26] Cum autem creuisset herba. Ὅτε δὲ ἐβλάστησεν ὁ χόρτος, id est:
 ‘cum autem germinasset’ siue ‘pullulasset herba’. Nam χόρτον aliquando vertit
herbam, aliquando *foenum*, nonnunquam *gramen*. Item

[28] Vis, imus et colligimus. Θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν; ‘Vis
 [B] igitur, [A] abeamus et colligamus ea?’ Ac rursus

815 [29] Μὴ ποτε vertit *ne forte* pro ‘nequando’.

[30] Sinite vtraque crescere. Ἄφετε συναυξάνεσθαι ἀμφότερα, ‘sinite
 pariter crescere ambo’. Rursus ad comburendum. Graeci codices addunt
 ἀτά, id est ‘ea’, consentientibus et vetustis exemplaribus Latinis; [B] quod tamen
 recte omissum est ab interprete. [A] Nam quod

820 [32] Μικρότερον – id est ‘minus’ – vertit *minimum*, recte fecit. Atqui cur
 quod hic fecit in ‘minus’, non idem fecit in *maius est omnibus*, vt diceret: ‘maxi-
 mum est omnium’. Ac mox et habitarent. Καὶ κατασκηνοῦν, id est ‘nidulentur’.
 Quandoquidem et ante κατασκηνώσεις vertit *nidos*. Rursus

762 dudum non liquebat E: nondum liquet
 B–D.

806 Quanquam B–E: Caeterum A.

810 Ὅτε B–E: ὁ A.

764 *Plinius Nat.* V, 4, 3: “Ita appellatur regio
 CCL p. circuitu, fertilitatis eximiae, cum
 centesima fruge agricolis faenus reddente
 terra.” and XVIII, 10, 21.

767 *Hieronymus Comm. in Mt.* II, 13, 20,
CCSL 77, p. 106, and, more amply, *Adv. Iov.*
 I, 3, Migne *PL* 23, 212 B – 214 B.

770 *Augustinus In Quaest. Ev.* I, 9, *CCSL* 44B,
 p. 13, Aug. does not mention the viduae, but
 does refer to martyres, virgines and coniu-
 gati, respectively.

772 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 13, 7–8, Migne
PG 123, 280 AB.

775–779 *Ego vt ... a nobis* Er. prefers not to
 align himself with allegorical interpretations
 (cf. Bentley, *Annotations*, p. 44 sq., and
Humanists, p. 189).

780 *Lucan Lc.* 8, 8: “Et aliud cecidit in terram
 bonam, et ortum fecit fructum centuplum”.

780 *Augustinus Civ.* XXI, 27. Cf. *Eccles.* III,
ASD V, 5, pp. 214–216, ll. 305–356.

792 *Dei* Is missing in modern editions of *Vg.*
 794–795 *verbum vice sermonis* Cf. infra, p. 443
 sqq., ll. 116–142, ad *Lc.* 1, 2, *Annot. in Ioh.* 1,

820 Μικρότερον A–D: μακρότερον E.

822 habitarent D E: habitaret A–C.

822 κατασκηνοῦν A–D: κατεσκηνοῦν E.

1, *LB* VI, 335 A – 336 B, and *Apolog. de In*
princip. erat sermo, *LB* IX, 113 D – 114 A.

803 *quod denique Nov. Test. A:* “quod denique
 fructum quoque reddit”; B–E: “sermonem
 ..., qui denique fructum quoque reddit” (ἄς
 is naturally not “neutrum”, but “masculi-
 num”).

808 and 811 *seminavit* and *germinasset* The read-
 ings in *Nov. Test.*

811–812 χόρτον ... *gramen* “herba” h.l. and *Mc.*
 4, 28; also in *NT* 12 x “foenum”; “gramen”
 only in *Is.* 37, 27 and 42, 15. Cf. infra, p. 551,
 n.ll. 799–800.

813–815 *Vis ... nequando Nov. Test.:* “Vis igitur,
 abeamus et colligamus ea? ... ne” (A:
 “nequando”); cf. supra, p. 127, n.ll. 405–
 406. Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 814, col.
 2: “Graece est ‘vis igitur profecti colligamus;
 hic autem ait: non, nequando colligentes
 zizania”.

822–823 *nidulentur* The reading of *Nov. Test.*
 Cf. infra, p. 377, n. l. 636, ad *Mc.* 4, 32.

823 *ante ... nidos Mt.* 8, 20; cf. *Lc.* 9, 58.

[33] Quod acceptum. Ἦν λαβοῦσα. Recte mutauit genus verbi; modo
 825 intelligamus ipsam mulierem cepisse fermentum. In farinae satis tribus.
 Σάτα τρία. ‘Sata’ non est hic participium a serendo, sed Hebraea aut certe Syra
 LB 75 vox est, significans mensurae genus, quae capit sesquimodium, iuxta morem
 prouin|ciae Palaestinae, autore Hieronymo. Cuiusmodi sunt et illa, ‘cabus’ et
 ‘batus’. Genesis capite decimo octauo, quod Hebraice legitur *קָמַחַ שְׁלֹשׁ אַיִם*,
 830 nostra aeditio habet *sata*, quod ipsum [B] nomen [A] alias vertit *mensuras*. Atque
 ita legit hoc quoque loco diuus Hilarius: *abscondit in farinae mensuris tribus*.
 Quanquam haec vox ‘mensura’ communis est Hebraeis cum Latinis, quemadmo-
 dum nugae et aliae nonnullae, vt testis est Hieronymus in Commentariis quos
 aedidit in Esaiam. Porro *tribus* addidit, vt ostenderet ingentem farinae magnitu-
 835 dinem, quae tamen tota paululo fermento afficiatur. Et Chrysostomus putat ‘tria’
 positum pro multis. Hieronymus magis ad mysterium trinitatis refert [B] gau-
 dens in numero philosophari.

[35] [A] Aperiam in parabolis os meum. Admonet hoc loco diuus Hie-
 ronymus in plerisque codicibus scriptum fuisse ‘per Esaiam prophetam’. Deinde
 840 cum id nusquam reperiretur apud Esaiam, a prudentibus sublatum fuisse nomen
 prophetae. Coniectat autem primum ab euangelista scriptum fuisse non ‘Esaiam’,
 sed ‘Asaph’; deinde factum, vt scriba, cum non agnosceret nomen Asaph, putans
 librarii vitio vocem inductam, mutauerit Asaph in Esaiam; vt cuius nomen et
 notius esset, et subinde citaretur a Matthaeo. Nam Psalmus septuagesimus sextus,
 845 vnde mutuo sumptum est hoc testimonium, inscribitur Asaph. Caeterum non
 solum Dauid, sed et caeteros omnes qui Psalmos scripsere, prophetas vocari, ne
 in solos duodecim hoc cognominis putemus competere. Quanquam nec hic
 euangelista superstitione curauit Hebraea verba reddere, contentus explicuisse
 sententiam. Nam quod Septuaginta verterunt φθέγγομαι – id est ‘loquar’ –, hic
 850 reddit ἐρεύζομαι, id est ‘ructabo’; quod illi προβλήματα – id est ‘problemata’ siue,
 vt nos legimus, ‘propositiones’ –, hic κεκρυμμένα, id est ‘abscondita’. Nam
 Hebraea sic vertit Hieronymus: *Aperiam in parabola os meum, loquar aenigmata*
antiqua. A constitutione mundi. Καταβολῆς, quod a deiiciendo nomen
 855 mundi’ siue ‘a iactis mundi fundamentis’. Et aliquanto inferius

[36] Edissere nobis. Φράσον ἡμῖν, id est: ‘dic nobis’. Quanquam antiquis-
 simi codices habent ‘dissere’, non *edissere*. Est autem φράσον omnino plus quid-
 dam quam ‘loquere’. Hoc loco succurrit illud admonere, impostorem nescio
 quem non solum aedidisse permulta sua nomine Hieronymi, verumetiam mediis
 860 illius commentariis suas naenias intermiscuisse; id quod haud dubie fecit in hoc
 Psalmo quem modo citauit. Rem ex Hieronymo sublegit; caeterum ineptia ser-
 monis, ridiculi διαλογισμοί, βαττολογία, soloecismi caeteraeque id genus deliciae
 ipsius sunt, vt alias euidentius aperiemus.

[38] Filii nequam. Εἰσὶν οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ. Obsecro, quis ex his Latinis
 LB 76 possit percipere quid sibi velint Graeca. Nam *nequam* genitius casus est Graecis
 865 et videtur ad diabolium pertinere propter additum articulum τοῦ, vt impii dicantur

tur filii diaboli, quem et in precatione signat hoc nomine. Nisi mauis πονηροῦ sumi pro substantiuo nomine neutri generis, vt intelligas filios maliciae.

[44] Quem qui inuenit. Ὁ εὐρών. Praeteriti temporis est: 'qui inuenerat'. Abscondit. Item praeteriti temporis, ἔκρυψε. Multa minutula sciens ac prudens praetereo, ne nimium molestus sim lectori.

[45] Bonas margaritas. Καλούς. Quod non solum *bonas* significat, sed frequentius 'pulchras'. Siquidem in his pulchritudo precium auget.

825 cepisse C-E: coepisse A B.

829 שלש A B: שלש C-E.

833-834 Commentariis quos aedidit in Esaiam D E: commentariis Esaiiae A-C.

835 Et Chrysostomus B-E: Quanquam Chrysostomus A.

852-853 sic vertit ... A constitutione B-E: sic habent, אפתח במשל פי אביעצה חידות מני

מקד. A constitutione A.

867 precatione C-E: oratione A B.

872-873 Bonas ... auget inter 877 missae et Ex omni posuit A.

828 *Hieronymo Comm. in Mt.* II, 13, 33, *CCSL* 77, p. 110: "Satum autem genus est mensurae iuxta morem prouinciiae Palaestinae vnum et dimidium modium capiens".

828 *Cuiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.

828 *cabus* כק, dry measure (2. *Rg.* 6, 25).

829 *batus* כב, liquid measure (1. *Rg.* 7, 26 and 38, 1. *Esr.* 7, 22, and *Ez.* 45, 10, 11 and 14).

829 *Genesis Gn.* 18, 6.

831 *Hilarius In Mt.* 13, 5, *SC* 254, p. 298.

833 *Hieronymus* Er. is probably referring to *Comm. in Is.* II, 5, 10, *CCSL* 73, p. 70.

835 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 46 (47), 2, *Migne PG* 58, 478: Τρία δὲ σάτα ἐνταῦθα τὰ πολλὰ εἴρηκεν· οἷδε γὰρ τὸν ἀριθμὸν τοῦτον ἐπὶ πλήθους λαμβάνειν.

836 *Hieronymus Comm. in Mt.* II, 13, 33, *CCSL* 77, p. 109 sq.: "Mulierem istam et ipsi ecclesiam interpretantur quae fidem hominis farinae satis tribus commiscuerit credulitati Patris et Filii et Spiritus Sancti cumque in vnum fuerit fermentata non nos ad triplicem Deum sed ad vnius diuinitatis perducit notitiam".

838-847 *Admonet ... competere* This passage is a paraphrase of *Hier. Comm. in Mt.* II, 13, 35, *CCSL* 77, p. 110 sq.

845 *hoc testimonium* Ps. 77 (78), 2.

849-853 *septuaginta ... antiqua* Ps. 77 (78), 2: Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, φθέγγο-

μαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς, *Vg.*: "Aperiam in parabolis os meum; loquar propositiones ab initio". The text "Aperiam ... antiqua" (l. 852 sq.) is to be found in *Aug. Speculum*, 6, *CSEL* 12, p. 36, and in the anonymous *Testimonia Veteris Testamenti*, *Migne PL* 12, 929 A. Hier. quotes in *Tract. in Ps.* 77, 2, *CCSL* 78, p. 65: "Aperiam in parabolis os meum, eloquar propositiones ab initio" and adds to this: "Pro propositionibus in Hebraico habet 'aenigmata'"; he repeats this text a few times on p. 65 sqq., and also quotes it in *Comm. in Ez.* VI, 18, 1-2, *CCSL* 75, p. 226 (in V, 16, 59-63, p. 214, only "Aperiam ... meum"). Cf. *Ps. Hier. Brev. in Ps.* 77, *Migne PL* 26, 1108 A: "Aperiam ... meum, et loquar propositiones ab initio".

857 *disserere* The reading of *Nou. Test. A* and *B*; C-E: "Explana".

858 *impostorem* "deceptor, illusor", since Hier., Aug. and Paul. Nol. and other than Christian authors since *Dig.* XXI, 1, 4, §2 (*ThLL* 7, 667, s.v.). Cf. supra, p. 215, n. ll. 535-539.

862 βαττολογία V. supra, p. 153, n. ll. 25-26.

862 *soloecismi* V. supra, p. 47, introd., §9.

864-868 *Filii ... maliciae* Valla too has noted in *Annot.*, *Garin* 1, 814, col. 2, that a genitive occurs here.

867 *precatione* *Mt.* 6, 13.

868 *neutri* V. supra, p. 39 sq., introd., §8a.

[47] Sagenae missae. Graecam vocem reliquit, cum ante speciem genere
 875 reddiderit in ἀμφίβληστρον. Retis est genus, quod Laurentius Latine dici putat
 verriculum, a verrendo mari dictum, quod ingens longissimis funibus circumdu-
 citur. Βληθείση rectius vertisset 'iactae' quam *missae*. Ex omni genere. *Pis-*
cium non additur apud Graecos. Tantum est ἐκ παντὸς γένους, [B] etiamsi *pis-*
 880 *cium* subauditur. Ex Hieronymi Chrysostomique interpretatione non satis liquet,
 addiderint necne. [E] Certe apud Origenem non additur, quum toties hunc
 locum iteret inter enarrandum. [A] Deinde συναγαγούση. Rectius erat
 'contrahenti' quam *congreganti*. Ac mox

[48] Educentes et secus littus [B] sedentes [A] etc. Graeca aliquanto
 secus habent: ἀναβιβάσαντες ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν, καθίσαντες συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς
 885 ἀγγεῖα, id est: 'cum subduxissent in littus, sedentes collegerunt quae bona erant
 in vasa'. [C] Nec enim additur 'sua', ne in aureo quidem codice. [A] Etiamsi in
 nonnullis exemplaribus scriptum deprehenditur καὶ καθίσαντες, id est 'et cum
 sedissent'. Indicat enim id per ocium fieri. Nec est *bonos*, sed absolute 'bona', vt
 890 ad genera referatur piscium, quod ante dixerit: *ex omni genere*. Neque enim hic
 commemorandum arbitror et aliud nonnunquam retibus attrahi; quod Plautino
 illi euenit qui iacto reti vidulum cepit. Ac mox malos. Σαπρά, id est 'mala',
 quod superius indicauimus magis sonare 'putria' siue 'vitiosa'.

[51] Intellexistis haec. [B] Hunc sermonem [A] apud Graecos praecessit
 proxime 'Dicit illis Iesus', Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. Et etiam rursus est ναί,
 895 confirmantis aduerbium. Pauloque post

[52] Paterfamilias. Οἰκοδεσπότης, id est 'dominus domus'; vt accipiamus,
 LB 77 non cui sint liberi, sed qui familiae suae ius habeat. Ac mox | doctus in regno
 Dei. Non est πεπαιδευμένος, sed μαθητευθείς, vt intelligas ex discipulo factum
 doctorem. Nam vt nemo recte imperat nisi qui prius ipse paruerit imperio, iuxta
 900 prouerbium, ita nemo bene agit magistrum, nisi prius egerit bonum discipulum.
 Nec est *in regno*, sed 'ad regnum', εἰς τὴν βασιλείαν, vt intelligas longe diuersum
 doctrinae et institutionis genus. [E] Origenes inter enarrandum toties iterans
 haec verba constanter legit τῇ βασιλείᾳ, hoc est 'ipsi regno doctus', vt idem sen-
 sus sit, 'doctus regno' et 'doctus in regnum', quasi dicas: 'rudiori doctrina prae-
 905 paratus regno', id est 'doctrinae spirituali'. [A] Rursum quod sequitur,

[54] Virtutes, est δυνάμεις, de quo iam saepe diximus.

[55] Fabri filius. Τέκτονος. Valla putat Graece τέκτονα fabrum esse ligna-
 rium, cum Suidas palam indicet vocabulum lapidariis ac lignariis esse commune.
 Apparet enim dictionem a τεύχω ductam. Ac nos cum Puteolis essemus, in anti-
 910 quissimis saxis templi vidimus nomina tectonum esse inscripta, nimirum Grae-
 cam vocem Latinis literis, quod ea pars Italiae quondam graecissauerit; id quod
 indicant antiqua monumenta. Porro apud alium euangelistam ipse Christus faber
 appellatur, vt consentaneum sit eum aliquandiu manibus laborasse. Caeterum
 mater Iesu Mariam est hoc loco iuxta sermonem Hebraicum. Et fratres
 915 eius. Iuxta morem Hebraeorum *fratres* vocat, non quibus communes essent
 parentes, sed quibus stirps ac genus esset commune; qua de re doctissime simul

et copiosissime disseruit Hieronymus in libro aduersus Heluidium. Caeterum illud obiter demirror, cur idem hunc enarrans locum scripserit: *Miraris, si errant in fratribus, cum errent in patre?* Nam in patre vere errabant, existimantes Iesum filium esse Ioseph, cui nupserit Maria. At in fratribus qui nam errabant, nisi forte isti cognati erant Ioseph, non Mariae, vt illorum affinitas nihil attinuerit ad Christum, [B] ad hoc sane, vt illius cognati huius fratres dici possent. Licet

- 877 Βληθείση B-E: Et βληθείση A.
 891 cepit C-E: coepit A B.
 909 ductam B-E: ductum A.
- 874-877 *Sagenae* ... *missae* Thomas More defends the translation "verriculo iacto" in *Nov. Test.* against John Batmanson in *Letter to a Monk*, CW 15, p. 230. Cf. Rummel, *Catholic Critics*, 1, p. 119.
- 874-875 *ante* ... ἀμφιβληστρον In Mt. 4, 18, Vg. renders a particular kind ('species'), ἀμφιβληστρον, with the general term ('genus') "rete". For the distinction between 'genus' and 'species', v. Aristot. *Top.* 6, 6, 143a28 sq., and Quint. *Inst.* V, 10, 55-61.
- 875 *Laurentius* Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 814, col. 2: "Sagenam quoque maluissem dicere verriculum. Nam sagena Graecum est, vt Vlpianus quoque testatur. Verriculum vero Latinum a verrendo mari dictum; quod est genus illud retis grande quod procul in mari iactum longissimis funibus a turba piscatorum e littore trahitur". Valla adds to this that "piscium" and "sua" do not occur in the Greek text and that "bona" and "mala" should be read, sc. "genera piscium"; cf. ll. 877 sq., 886, 888 and 891.
- 877-880 *Ex omni* ... *neque* ἐκ παντός γένους; in *Nov. Test.* A Er. borrowed "piscium" from Vg., but omitted it in B-E. It does occur in Hier. *Comm. in Mt.* II, 13, 47, CCSL 77, p. 114, but not in Chrys. *Hom. in Mt.* 47 (48), 2, Migne PG 58, 484: σαγήνη βληθείση εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐκ παντός γένους συναγαγούση.
- 880 *Origenem* *Comm. in Mt.* X, 11 sq., GCS 10, p. 13 sqq.
- 882 *contrahenti* The reading of *Nov. Test.*
- 888-891 *bona* ... *mala* The readings in *Nov. Test.*
- 890 *Plautino* In Plaut. *Rud.* the fisherman Gripus hauls up a trunk in his net and discovers that his master's daughter is in the power of a procurer; v. *Rud.* 1291 sq.
- 892 *superius* V. supra., p. 170, l. 458 sqq.
- 894 *Dicit illis Iesus* These words are missing in modern editions of Vg., Er. included them in *Nov. Test.*; they precede "Intellexistis haec".
- 896-897 *Paterfamilias* ... *habeat* Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 815, col. 1, gave the same explanation. In fact, the text actually reads "similis patrifamilias".
- 900 *prouerbiu Adag.* 3: "Non bene imperat, nisi qui paruero imperio", ASD II, 1, p. 114, l. 270 sqq.
- 901 *ad regnum* The reading of *Nov. Test.*
- 902 *Origenes* *Comm. in Mt.* X, 15, GCS 10, p. 18 sq.
- 907 *Valla* *Annot.*, Garin, 1, p. 815, col. 1: "illud 'fabri' licet vnum sit Graece tamen transferri poterat 'fabri lignarii'. Nam hoc proprie, τέκτων, significat cui faber Latine respondet, sed non adeo aperte; sunt enim fabri aerarii, ferrarii, lignarii et alia multa, et sine appositione si dicas, vt pro fabro lignario accipiat, receptum est. Volui tamen, qualis faber Ioseph fuerit, ostendere".
- 908 *Suidas* Τέκτων: κοινῶς τεχνίτης, ὁ λαοξόος, καὶ ὁ πῶν ξύλων. εἰδήμων (Adler, 4, p. 517).
- 909-910 *Puteolis* ... *templi* It is not clear which temple is alluded to.
- 912 *alium euangelistam* Mc. 6, 3.
- 914 *Mariam* Modern editions of Vg. read "Maria".
- 915 *fratres* Cf. supra, p. 66, l. 28 sqq.
- 917 *Hieronymus* *Adu. Heluidium*, 14-15, Migne PL 23, 196 C - 199 C.
- 918 *idem* Hier. *Comm. in Mt.* II, 13, 55, CCSL 77, p. 116.
- 922-927 *ad hoc* ... *proprium* This passage was added due to the influence of Lee; cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei*, LB IX, 135 C: "Hunc nodum ita dissoluit Leus, vt dicat, quemadmodum Ioseph falso putabatur pater Iesu natura, ita Iacobum Ioseph, Simonem et Iudam falso creditos natura fratres Iesu". Cf. Rummel, *Catholic Critics*, 1, p. 105.
- 922-924 *Licet* ... *Ioseph* V. supra, n.l. 917.

eodem in opere quo refellit Heluidium diuus Hieronymus, fateatur illos non aliter dictos fratres Iesu quam Iesus ipse dictus sit filius Ioseph. Atqui si falso crediti sunt fratres, quemadmodum Ioseph falso creditus est pater, qui consistit quod paulo ante scripsit illos cognatione dictos fratres. Verum haec ad viuum exigere non est huius instituti proprium. [A] Et Ioseph, Ἰωσήφ, id est 'Ioses', quod quidam inflectunt 'Iosetis'. Id nomen quoties occurrit, deprauant in *Ioseph*. Atqui Hieronymus citans hunc locum aduersus Heluidium, *Ioses* [B] legit et *Iosetis*, [A] non *Ioseph*. Item

[57] Sine honore, ἄτιμος, 'vilis' siue 'neglectus' aut 'contemptus'. Cui diuersum est ἐντιμος, 'charus' siue 'in precio habitus'. Nam de virtutibus saepius iam admonui.

EX CAPITE DECIMOQVARTO

[2] Pueris suis. Παισίν, id est 'ministris' seu 'famulis'. Quanquam Graeca vox et seruos et ancillas et liberos et omnes denique domesticos complectitur praeter patremfamilias [B] et matremfamilias. [A] Ac subinde virtutes operantur. Δυνάμεις ἐνεργούσιν. Non est ἐργάζονται, quod significat operari, verum hac voce ἐνεργούσιν vis quaedam efficax significatur, vt et alias indicauimus. Neque enim est idem verbum quod alibi: *Pater meus usque modo operatur, | et ego operor*. Quem locum hic citat Laurentius, at parum in loco. [D] Nec enim est idem verbum illic quod hic. [E] Alioqui si Valla nobis probare voluit 'operari' vocem Latinam interdum accipi actiue, ridiculam sumpsit operam. Illud admonere voluit, hoc loco *operantur* non posse passiuè accipi, quum Graece sit ἐνεργούσιν. [A] Et

[3] Κρατήσας magis est 'cepit' quam *tenuit*, aut 'iniecta manu'. Et in nonnullis exemplaribus habebatur ἐν φυλακῇ, in aliis rursum εἰς φυλακὴν. Herodidem. Patronymici speciem habet aut certe diminutiui nominis. Hieronymus tradit hanc fuisse filiam Arethae regis, haud scio an eius cuius meminit Paulus. Eam Philippo tetrarchae Itureae ac Trachonitidis locarat. Post orta inter se et generum simultate filiam ab illo abductam Herodi fratri, sed inimico copulauit, quo magis illum vreret. Caeterum hic Herodes filius esse traditur Herodis Ascalonitae illius sub quo Christus fugit in Aegyptum, frater illius sub quo passus est. Vero tamen propius est eundem fuisse Herodem qui decollauit Ioannem et sub quo passus est Dominus. Plurimum autem obscuritatis attulit historiae regum quorundam ambitio qui locis innouarunt vocabula et vel tradito suo nomine volebant in posteris esse superstitem sui memoriam, quod accidit in Ptolemaeis, aut celebrium principum nomina sibi vsurpabant vel modica deflexione distinguebant successorem, vt Constans, Constantinus, Constantianus.

[6] [A] Die autem natalis. Γενεσίων δὲ ἀγομένων, id est: 'cum agerentur autem natalicia'. [B] Atque ita legit Chrysostomi interpret. [A] Ac mox saltauit filia. Ὠρχήσατο. Non subsiliit, vt vulgus putat, sed quemadmodum gesticulantur in choreis. Nam id proprie sonat Latinis 'saltare', Graecis ὀρχεῖσθαι. Et paulo post

- 965 [7] Postulasset ab eo. *Ab eo*, praeterquam quod barbare additum est, nec in Graecis habetur exemplaribus. [D] 'Ab ipso' dicendum erat. [A] Et rursum
- [8] Praemonita a matre. Προβιβασθεῖσα, id est 'prius instructa', quod vulgo dicunt: 'informata'. In disco. Ἐν πίνακι. Quod alibi vertit *catinum*, etiamsi Graece magis sonat 'tabulam', quandoquidem quadris tabellis cibus apponitur. Apparet enim hoc ludibrii causa factum, quasi et hic missus quidam esset genialis illius ac natalicii conuiuii. Pauloque post

- 929 Ioses B–E: Iosas A.
 939 voce ἐνεργούσιν D E: voce A–C.
 942 Valla BAS LB: Vala E.
 946 cepit C–E: coepit A B.
 946–948 manu ... Herodiamem B–E: manu.
 Nec est in carcerem, sed in carcere, ἐν φυλακῇ. Herodiamem A.
 950 Itureae E: Galilaeae A–D.
 952–960 Herodes filius ... Die E: Herodes

- 926 paulo ante Mt. 12, 46.
 926 *ad viuum exigere* 'to inquire thoroughly', 'to take in a very strict sense', in fact 'to cut to the quick'. Cf. Lewis-Short, s.v. "viuum", and *Adag.* 1313, LB II, 527 A: "M. Tullius lib. De amicitia [*Lael.* 5, 18] 'ad viuum rescicare' dixit pro eo quod est rem exactius quam sat est, ac morosius excutere".
 927 *instituti* V. supra, p. 48, introd., §10.
 927 *Ioses* The reading of *Nov. Test.* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 815, col. 1: "'Ioses' legendum est, non 'Ioseph'. Ἰωσήφ".
 929 *Hieronymus Adv. Heluidium*, 12, 14 and 16, Migne PL 23, 195 A, 196 C and 200 A.
 935 *famulis* The reading of *Nov. Test.*
 939 *alias* V., among other places, *Annot. in Rom.* 7, 5, LB VI, 596 F ("Ἐνεργεῖτο. Quod magis significat 'vim habebant' siue 'secreto agebant'. Nam occulta vis dicitur ἐνέργεια, velut in semine, et vis mentis in homine"), *Annot. in I. Cor.* 12, 6, LB VI, 719 F ("Diuisiones operationum. Ἐνεργημάτων. Quod non significat simpliciter 'operationem', sed vim quamdam et efficaciam, qua Deus agit in nobis"), and *Annot. in Gal.* 5, 6, LB VI, 822 D ("Per charitatem operatur. Rursum hic 'operans' non significat quod vulgus somniat, sed quae vim suam occultam exercet in nobis, quod proprium est Spiritus. Sentitur enim vis, cum ipse nusquam appareat. Nam legem vult parum efficacem

- pater fuit illius, sub quo passus est Christus. Die A–C, Herodes filius esse traditur illius sub quo Christus fugit in Aegyptum, frater illius sub quo passus est. Plurimum autem obscuritatis atulit historiae rerum quorundam ... Die D.
 961 Chrysostomi interpres D E: Chrysostomus B C.

- videri, contra fidem efficacem: ἐνεργουμένη, quod 'agens' rectius verti poterat").
 940–941 *Neque ... loco* Er. is reacting to Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 815, col. 1: "'Operantur' actiue significat vt alibi 'Pater meus operatur et ego operor' [*Joh.* 5, 17], ἐνεργούσιν".
 946 Κρατήσας ... manu Cf. infra, p. 262, ll. 766 sqq. and *Nov. Test.*: "ceperat".
 948 *Hieronymus Comm. in Mt.* II, 14, 4, CCSL 77, p. 117: "Vetus narrat historia Philippum Herodis maioris filium, sub quo Dominus fugit in Aegyptum, fratrem huius Herodis, sub quo passus est Christus, duxisse vxorem Herodiamem filiam regis Phetrae, postea vero socerum eius exortis quibusdam contra generum similitatibus, tulisse filiam suam et in dolorem prioris mariti Herodis inimici eius nuptiis copulasse".
 949 *Paulus 2. Cor.* 11, 32.
 952–955 *Caeterum hic Herodes ... Dominus* Cf. infra, pp. 292 sq., 389 and 493 sq., ll. 548 sq., 997 sqq. and 288 sqq.
 955–956 *regum quorundam* "regum" refers to "historiae", "quorundam" to "ambitio".
 960–961 *cum ... interpres* Trapezuntius, 414 B: "natalitia". Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 815, col. 1, provided the same translation.
 967 *prius instructa* The reading of *Nov. Test.*
 968 *Quod ... catinum* Lc. 11, 39. Valla too refers to this passage in *Annot.*, Garin, I, p. 815, col. 1.

[10] Et misit. Καὶ πέμψας. Commodius suppletet 'misso carnifice' aut 'ministro'; id quod alibi facit. [C] Certe Marcus expressit quod hic erat subaudiendum: Καὶ ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτορα. [A] Porro quod hic vertit decollauit, Graece est ἀπεκεφάλησεν, quod ad verbum sonat 'decapitauit'. Quamquam decollandi verbo vsus est Seneca in ludo de morte Claudii; verum poterat eo vsus videri ludibrii causa, [B] nisi idem verbum esset apud Suetonium in Caligula Caesare. [C] Imo apud eundem Senecam libro De ira ad Nouatum. [A] Illud adnotandum, cur dixerit missos ab Herode qui Ioanni caput praeciderent; tamen mox subiicit ipsum amputasse. Facit enim qui iubet.

980 LB 79 [11] Et illa attulit matri. *Illā* additum est explicandi gratia; | alioqui nec in Graecis nec in Latinis vetustioribus codicibus habetur, [C] postremo nec in aureo, [D] nec in Constantiensi; et tamen additum probo. [A] Ac rursus

985 [14] Misertus est. Ἐσπλαγγίσθη, de quo iam admonuimus. Ac mox et curauit languidos. Ἐθεράπευσε τοὺς ἀρρώστους, id est: 'sanauit male valentes' siue 'qui mala erant valetudine'. Mirum enim quam interpres hoc vocabulo languoris sit delectatus. Vt interim praeteream illa minutiora, quod

[16] Ἀπελθεῖν pro 'abire' vertit *ire*; quod

990 [18] Ὁ δὲ εἶπεν – id est: 'ille autem dixit' – vertit *qui dixit*, quod et alias facit; quod

[19] Ὅχλους *turbam* pro 'turbas'; quod ἐπὶ χόρτους – id est 'super herbas' siue 'gramina' – transtulerit *super foenum*, cum ante verterit *herbam*; quod ἀναβλέψας *aspiciens*, pro 'suspiciens', siue, vt temporis etiam habeatur ratio, 'sublatis in coelum oculis'. Nam κλάσας ἔδωκε – id est 'fregit ac dedit' –, tolerabilius est, quamquam apertius erat 'cum fregisset, dedit'. Denique quod discipuli dederunt turbis *dederunt* verbum de suo addiderit, quod nec additum est a Graecis nec in vetustis Latinorum codicibus inuenitur. [D] Nec erat opus addere.

1000 [20] [A] Et tulerunt reliquias. Graeca sic habent: καὶ ἦσαν τὸ περισσεῦον τῶν κλασμάτων, δώδεκα κοφίνους πλήρεις, 'et sustulerunt quod superfuerat fragmentorum, duodecim cophinos plenos'. Cophinus autem veteribus mensurae genus fuit, autore Iulio Polluce; quamquam hic pro sportis positum apparet, quod Lucas σπυρίδας appellet, hoc est 'sportulas'.

5 [21] Manducantium autem etc. Οἱ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, χωρὶς γυναικῶν καὶ παίδων, id est: 'erant autem qui comederant, ferme quinquies mille, praeter mulieres ac pueros'. Verum hic Latinitatis duntaxat iniuria est. Caeterum quod

10 [22] Iussit posuit pro 'compulit', siue id factum est ab interprete siue a librario, cum sensus etiam iniuria coniunctum est. Nam Graece plus est quam *iussit*, ἠνάγκασεν, id est 'coegit' siue 'compulit'. Vt intelligamus eos inuitos a praepatore discessisse, quem sic amabant, vt nec punctum temporis possent abesse. Quemadmodum annotauit et diuus Hieronymus, qui *compulit* legit, non *iussit*. [D] Annotauit idem Theophylactus [E] et his omnibus antiquior Origenes, identidem iterans hanc vocem atque etiam interpretans. [C] Certe *compulit* habet

15 etiam codex aureus. [D] Offendit aliquem inepte misericordem vox compellendi
 LB 80 | durior, atqui non coegit Dominus, nisi iubendo. Verum ea vox dura commen-
 dat nobis et amorem discipulorum erga Dominum et obedientiam. Quum enim
 illis dulcissimum esset semper adesse praeceptori, tamen quod iubentur, faciunt,
 non responsantes, secus quam vulgus discipulorum solet, qui et libenter absunt
 20 ab oculis magistri et si quid imperatur aduersum affectibus ipsorum, excusant
 responsantque. [A] Vt illa dissimulem, quod praecederent eum dixit pro
 ‘praecederent se’ [D] aut ‘praecederent ipsum’. [A] Nam quod Valla mauult
 ‘praeirent’ quam *praecederent*, non video quid illum debuerit offendere. Et
 25 dimitteret turbas eleganter vertit, si modo intelligamus eum non fugisse sim-
 pliciter turbas, sed ab se dimisisse, quo modo solemus amicos abeuntes dimittere.

972–973 misso ... ministro C–E: missis carnifi-
 cibus aut ministris A B.
 977 poterat eo vsus videri B–E: haud scio an A.
 979 cur C–E: cum A B.
 988 pro om. A.
 988 vertit E: verterit A–D.

5 id est B–E: om. A.
 5 comederant, ferme E: comederant viri, ferme
 A–D.
 9–10 quam iussit Vt E: quam compulit
 ἠνάγκασεν. Vt A–D.

972–980 *Et misit ... iubet* The additions from
 1522 are related to criticism from Stun.; cf.
Apolog. resp. Iac. Lop. Stun., ASD IX, 2, p.
 100, ll. 830–839. Cf. Rummel, *Annotations*,
 p. 44, *Nameless Critics*, p. 53, and *Catholic*
Critics, 1, p. 150.
 973 *Marcus Mc.* 6, 27.
 975 ἀπεκεφάλισεν Instead of ἀπεκεφάλισεν; cf.
Apolog. resp. Iac. Lop. Stun., ASD IX, 2, p.
 101, n. l. 830. On the influence of iotacism,
 v. supra, p. 201, n. l. 221.
 976 *ludo de morte Claudii* Sen. *Apocol.* 6, 2.
 977 *Suetonium Cal.* 32, 1.
 978 *Senecam De ira ad Nouatum*, III, 18, 4.
 984 *Misertus ... admonuimus* Cf. supra, p. 184,
 l. 788 sqq., ad *Mt.* 9, 36.
 985–986 *sanauit ... valetudine* *Nov. Test.*:
 “sanauitque ex illis qui male valebant”.
 987 *languoris* Cf. supra, p. 131, n. ll. 504–505,
 ad *Mt.* 4, 23.
 992 *gramina* The reading of *Nov. Test.* Cf.
 Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 815, col. 1: “Cur
 magis ‘foenum’ quam ‘herbam’ siue ‘herbas’?
 Nam Graece pluralis numeri est”.
 992 *ante* V. supra, p. 225, l. 811 sq.
 994–995 *sublatis ... oculis* and *cum fregisset*,
dedit The readings in *Nov. Test.*
 996 *dederunt* Does not occur in modern edi-
 tions of *NT* and of *Vg.*, nor in *Nov. Test.*
 1000–1 *et sustulerunt ... plenos* *Nov. Test.*: “et
 sustulerunt quod superfuerat de fragmentis,

duodecim cophinos plenos”.
 2 *Iulio Polluce Onomomasticon*, IV, 168: κόφινος
 μέτρον Βοιώτιον ἄμφω [ὑγρά καὶ ξηρά]
 μετροῦν. Er. owned the edition of Aldus
 Manutius (Venice, 1502). Husner, p. 242,
 N°. 296: *De rerum vocabulis*.
 3 *Lucas Act.* 9, 25 (in *Vg.* and *Nov. Test.*):
 “sporta”; cf. *Mt.* 15, 37 (*Vg.*: “sportas”; *Nov.*
Test.: “sportulas”) and *Mc.* 8, 8 (*Vg.* and *Nov.*
Test.: “sportas”).
 5–6 *erant ... pueros* *Nov. Test.*: “Porro qui
 comederant fuere viri ferme quinquies mille,
 praeter mulieres ac pueros”. Cf. Valla,
Annot., Garin, 1, p. 815, col. 1: “Graece est:
 qui autem manducaerunt fuerunt viri fere
 quinque millia praeter foeminas et pueros”.
 8 *Iussit ... pro compulit* *Nov. Test.*: “compulit”.
 Cf. infra, p. 392, l. 75 sq.
 11 *punctum temporis* Cf. infra, p. 506, l. 614
 sqq.
 12 *Hieronymus Comm. in Mt.* II, 14, 22, *CCSL*
 77, p. 123.
 13 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 14, 22, Migne
PG 123, 300 C: ἠνάγκασεν.
 13 *Origenes Comm in Mt.* XI, 4 sq., *GCS* 10, p.
 39 sqq., and *Comm. in Mt.* 14, 22, frgm. 325,
GCS 12, p. 142.
 21 *praecederent eum* *Vg.*: “praecedere eum”; *Nov.*
Test.: “praecederent se”.
 22 *Valla* I have not found a similar remark in
 Valla’s *Annot.*

Quaquam ἀπολύω Graeca vox anceps est ad multa, ad absoluerē, repudiare, dimittere quomodocunque.

[23] Solus orare. Κατ' ἰδίαν, id est 'seorsim' siue 'priuatim' aut 'secreto', quemadmodum alibi vertit. Porro aduerbium vtrolibet referri potest, ad verbum
30 superius *ascendit* aut ad 'adorare', quaquam rectius ad posterius. Ac mox

[24] Nauicula autem. Τὸ δὲ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης, id est: 'nauis autem iam medio mari'. Mirum enim quam hoc diminutio delectetur. Deinde iactabatur Graece est ἦν βασανιζόμενον, quod ante vertit 'torqueri'; nos vertimus *afflictatur*. Ac rursum

35 [25] Venit ad eos. Ἀπῆλθεν, 'abiit'. Quaquam apparet eum sic abusum hoc verbo ἀπελθεῖν, quemadmodum Graeci ἀφικνεῖσθαι, id est 'peruenire'.

[26] Phantasma est. Graecam dictionem reliquit; Latine poterat 'spectrum' dicere, qua voce vsus est Tullius ac Plinius. Graecis etiam φάσμα dicitur. Nam illa leuicula sunt, quod

40 [27] Εὐθέως δέ – id est 'statim autem' –, vertit *statimque*, quod θαρσεῖτε – id est 'bono animo sitis' siue 'fidite' –, vertit *habete fiduciam*, ociosa periphrasi; quod

[28] Super aquam, ἐφ' ὕδατα, pro 'super aquas'; porro quod hic vertit

[30] Mergi, Graecis est καταποντίζεσθαι, id est 'inuolui vndis marinis'. De

45 [31] Modicae fidei, ὀλιγόπιστε, iam diximus. Ad haec quare dubitasti? Εἰς τί ἐδίστασας; Id est: 'ad quid vacillasti?' Id enim Graeca vox sonat, cum animus nunc huc [B] nunc [A] illuc impellitur. Donec nihil spectabat nisi Christum, in tuto erat Petrus, at dum fluctuat animo, protinus periclitatur in fluctibus.

LB 81 [32] Et cum ascendisset. Καὶ ἐμβάντων αὐτῶν, id est 'et ingressis illis'.
50 Loquitur enim de Iesu et Petro simul ingressis. Ac mox, αἰθις αἶ, nauiculam pro nauis, cum sit πλοῖον. Nec est

[34] In terram Genezar, sed Genezareth. Quaquam apparet apud illos vtunque nomen esse eiusdem lacus. Nam sentit regionem ei lacui finitimam. [B] Magno autem consensu *Genezar* legunt Chrysostomus et Hilarius, suffragantibus
55 et vetustis exemplaribus. [A] Caeterum Hieronymus hoc loco scribit in hunc modum: *Si sciremus quid in nostra lingua resonaret Genezareth, intelligeremus quomodo Iesus per typum apostolorum et nauis ecclesiam de persecutionum naufragio liberatam transducatur ad littus et in tranquillissimo portu faciat requiescere*. [D] Haec Hieronymus. [A] Primum, quid suam dicit linguam? Non, opinor, Syrorum, inter quos habitabat id temporis; [C] quam si callebat, non defuisset Latina vox
60 qua Syram expressisset. [A] Dein cum ait: *Si sciremus*, videtur confiteri incompertam eius nominis interpretationem. [B] In vulgatis Hebraicorum nominum collectaneis legimus Genesar significare 'ortus', 'principium' siue 'initium natiuitatis', nec aliud significare Genezareth quam Genesar. Quaquam ad hanc interpretationem non video quid faciant verba Hieronymi.

65 [35] [A] Cum cognouissent. Ἐπιγόντες, id est: 'cum agnouissent'. Est enim consentaneum multos illic fuisse qui Iesum antea viderant; [C] a qua sententia non abhorret Hieronymus. [A] Ac mox miserunt. Ἀπέστειλαν. Cur non

est ausus addere ‘nuncios’? Nec est in vniuersam regionem, sed εἰς τὴν ὅλην
70 περιχώρον, ‘in totam vndique finitimam regionem’. Nam illud

[36] Vt vel fimbriam eleganter vertit, cum sit Graece κἄν μόνον ἄψωνται, id est: ‘vt vel tangerent duntaxat’. Et quod est vestimenti, Graecis est ἱματίου, quod aliquando *pallium* vertit. Significat enim summam vestem, id quod ad ἔμφρασιν facit.

75

EX CAPITE DECIMOQVINTO

[1] Tunc accesserunt. Τότε προσέρχονται, id est: ‘tunc accedunt’. Ac mox ab Hierosolymis scribae, οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς. Articulus facit, vt vertendum fuerit ‘qui ab Hierosolymis venerant scribae’ siue ‘Hierosolymitani

39–43 Nam illa ... super aquas *inter* 36 peruenire *et* 37 Phantasma *posuit* A.
59 Non, opinor C–E: nisi forte A B.

60 callebat, non D E: callebat id temporis, non C.

61 Dein C–E: Deinde A B.

28–30 *Solus* ... *posterius* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 815, col. 2: “Neque est Graece ‘solus’, sed ‘seorsum’ ... ergo seorsum abiit, hoc est in secretum ac semotum locum”.

29 *alibi* In *Vg.*: *Mt.* 17, 19; 20, 17, and 24, 3, *Mc.* 9, 28: “secreto”, *Mt.* 14, 13, and 17, 1, *Mc.* 4, 34; 6, 31 sq.; 7, 33, and 9, 2, *Lc.* 9, 10, *Act.* 23, 19, *Gal.* 2, 2: “seorsum”, *Mc.* 13, 3: “separatim”.

31 *Nauicula* Cf. supra, p. 177, n. l. 588.

33 *torqueri* *Mt.* 8, 6 and 29 (“torquetur” and “torquere” respectively).

34–35 *afflictabatur* and *abiit* The readings in *Nov. Test.*

38 *Tullius* Cic. *Fam.* XV, 16, 1.

38 *Plinius* I did not find “spectrum” either in *Plin.* maior or in *Plin.* minor.

41 *bono* ... *fidite* *Nov. Test.*: “bono animo este”.

43 *super aquas* The reading of *Nov. Test.*

45 *Modicae* ... *diximus* Cf. supra, p. 166, l. 355 sqq.

49 *ascendisset* Modern editions of *Vg.* read: “ascendissent”.

54 *Chrysostomus* *Hom. in Mt.* 50 (51), 2, *Migne PG* 58, 507: Γεννησαρέτ, Trapezuntius, 432 C: “Genesar”.

54 *Hilarius* *In Mt.* 14, 19, *SC* 258, p. 32: “Genesar”.

55 *Hieronymus Comm. in Mt.* II, 14, 34, *CCSL* 77, p. 126: “Si sciremus ... de persecutionis naufragio ... requiescere”.

60–61 *quam si* ... *expressisset* This addition from 1522 may be explained by criticism

from Stun.; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 100 sqq., ll. 841–855.

62–64 *In vulgatis* ... *Genesar* The *Interpretationes nominum Hebraicorum*, that figure in many early editions of *Vg.* and have been attributed to Beda Venerabilis or Remigius of Auxerre, mention in an edition of B. Richel (Basel, 1477): “Genesar: ortus vel principium, siue inita natiuitas aut initium natiuitatis. Genezareth: idem est.” The editions of Florence, 1475, Venice, 1487, Basel (Froben), 1491, and Lyon, 1515, read “Genezareth”. Cf. infra, p. 564, l. 176 sq., and *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 123, n. ll. 271–272.

66 *cum agnouissent* The reading of *Nov. Test.*

68 *Hieronymus Comm. in Mt.* II, 14, 35, *CCSL* 77, p. 126: “Cognouerunt eum rumore non facie, vel certe pro signorum magnitudine quae patrabat in populis etiam vultu plurimis notus erat”.

69 *nuncios* Added in *Nov. Test.*

70 *in totam* ... *regionem* *Nov. Test. A.*: “in totam finitimam regionem illam”; *B–E.*: “in totam vndique finitimam regionem illam”.

73 *pallium* *Mt.* 5, 40.

74 ἔμφρασιν V. supra, p. 45 sq., introd., §9.

76–80 *Tunc* ... *scribae* In *Epist. apolog. adv. Stun.*, *LB* IX, 394 CD, Er. reacts to criticism of this passage from *Stun. Nov. Test.*: “Tunc accedunt ad Iesum, qui ab Hierosolymis venerant scribae”.

scribae'. Idem indicat Chrysostomus hunc enarrans locum; nam erant et aliarum
80 vrbium scribae. Nec est

[2] Traditiones, sed παράδοσιν, id est 'traditionem', consentiente vetustis-
simo codice Latino [D] atque etiam Constantiensi. [B] Nos 'institutum' siue
'constitutionem' vertere possumus. [A] Nec enim queruntur de omnibus tradi-
tionibus, sed de vna duntaxat, nempe de non lauando manus.

85 [4] Nam Deus dixit. Graece est ἐνετείλατο λέγων, id est: 'praecipit
dicens'. Vt respondeat ad id quod praecessit, ἐντολήν, *mandatum* [B] siue, quod
malim, 'praecipitum'. [A] Caeterum honora Graece est τίμα, quod significat
'honorem habe'. Verum secundum consuetudinem sermonis scripturarum magis
pertinet ad subsidium quam ad honorem. Praecipit enim Deus id quod genti-
90 lium quoque legibus cautum est, vt liberi parentibus vel aetate defectis vel inopia
laborantibus vel alioquin afflictis opulentur et, vt Graeci loquuntur, ἀντιπε-
λαργῶσι. Id hodie quidam non intelligentes parentes suos tantum non adorant
eumque honorem parentes a liberis exigunt, atque ita totum pietatis officium
abunde persolutum arbitrantur. Ad eundem modum vsus est Paulus scribens
95 Timotheo: *Honora viduas, quae vere viduae sunt*. Ac rursus: *Presbyteri duplici
honore digni sunt*. Quin et apud Latinos honor pro praemio gratiaque vsurpatur,
quae pro merito refertur. Et apud Graecos τιμή a τίω deductum est, quod quo-
ties in bonam accipitur partem, significat 'dependo' siue 'persoluo'.

[5] Munus quodcunque est. Δῶρον ὃ ἐάν ἐξ ἐμοῦ ὠφελθῆς, id est:
100 'donum quodcunque ex me profectum fuerit, adiuueris'. Caeterum sensus verbo-
rum est aliquanto obscurior, vnde ab omnibus multifariam exponitur. Quidam
enim haec verba tribuunt filio qui sic loquatur patri: 'donarium quod ex me ven-
turum erat in corban – nam Syram vocem posuit Marcus –, hoc est: in gazo-
105 phyla|cium templi, id totum consumitur in tuos vsus tibi que iuuando impendi-
tur, nimirum fraudato templo'. [B] Atque ita praetextu pietatis bis violabant
pietatem; primum desertis parentibus, velut in gratiam Dei; deinde Deum ride-
bant non immolantes quod immolatum fingebant, vt ait Chrysostomus. Velut si
pater ouem aut simile quippiam petiisset a filio, ne deesset negandi praetextus,
fingebat filius eam ouem templo destinatum. Idque scribae nefas videri volebant,
110 in priuatos vsus asserere quod templo dicatum esset, perinde quasi Deus suo iure
fraudaretur. Atque vtinam hic Pharisaeorum morbus a Christianorum moribus
abesset. Huiusmodi captionum plena sunt omnia. Et Christi aut Mariae pecu-
lium dicitur quod vel in luxum sacerdotum ac monachorum seruatur vel in prin-
cipis alicuius praedam. Sacrilegium habetur hinc egenis subuenire. Horum
115 laqueis testamenta transferuntur ad alendum ocium et luxum quorundam reli-
gionem cultu tituloque profitentium, fraudatis et exclusis aliquoties et liberis; [D]
quasi quod datur alendis liberis aut cognatis, consecratur diabolo. [A] Caeterum
ideo dixit Pharisaeis: *Vos autem dicitis*, [B] non quod haec illorum sint verba, sed
[A] quod illi docerent liberos ad eum modum loqui patri quo parentes, dum
120 metu sacrilegii abstinebant ab his quae videbantur destinata templo, penuria
conficerentur; atque ita quod Deus iusserat impendi confouendis parentibus, id

in lucrum cedebat sacerdotum. Alii referunt haec ad Pharisaeos, qui verbis huiusmodi terrerent debitorem grauante reddere quod debebat. Nam arte id agebant Pharisaei, vt si quis debitor esset vnde vel ob inopiam vel ob potentiam nihil posset extorqueri, creditor pecuniam eam consecraret corbonae. Iamque ius exigendi transierat ad istos qui debitorem territabant ad hunc modum: ‘Tu pecuniam Deo dicatam apud te detines et in prophanos consumis vsus quod templo consecratum est.’ Atque ita fraudabatur creditor sua pecunia. Verum haec non video quid ad parentes honorandos pertineant, [B] etiamsi hunc quoque sensum recensent Hieronymus ac Theophylactus. [A] Magis ad rem facit, vt filius dicat: ‘quicquid templo dicaero, id patri impensum est, nempe Deo’, atque ita irrisum patrem destituat. [C] Sic enim interpretabantur legem diuinam quae prouiderat, ne parentibus morbo, aetate inopiae laborantibus deesset subsidium, *Honora patrem et matrem*: ‘Patrem honora’, id est ‘Deum Patrem omnium et synagogam matrem’. [A] Nam illam interpretationem reiicit etiam Chrysostomus, si modo non fallit interpres (siquidem hactenus suppeditabat Graecum exemplar), vt filius dicat patri: ‘nullum honorem tibi debeo, sed si quid impendero, est donum’. Siquidem nec hoc ad Pharisaeos pertinet, [B] quo titulo filius officium praestet patri. Loci obscuritas fuit in causa, vt interpretes alia atque alia diuina-

85 praecepit B–E: mandauit A.

88 scripturarum E: Hebraici A–D.

103 Syram B–E: hebraicam A.

106 velut D E: veluti B C.

109 Idque scribae nefas D E: Idque nefas B C.

118 Pharisaeis B–E: pharisaeus A.

120 penuria B–E: penuriaque A.

123 debitorem D E: creditorem A–C.

130 Theophylactus C–E: Vulgarius B.

138 Siquidem B–E: Nam A.

79 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 51 (52), 1, Migne PG 58, 509; Trapezuntius, 435 D.

82–83 *Nos ... possumus Nou. Test.*: “traditionem seniorum”.

94 *Paulus* 1. *Tim.* 5, 3 and 5, 17 (“Qui bene praesunt presbyteri, duplici honore digni habeantur”); *Hier. Comm. in Mt.* II, 15, 6, CCSL 77, p. 127, refers to both passages.

99–164 *Munus ... quispiam* Cf. infra, p. 394, l. 148 sqq., ad *Mc.* 7, 11.

101 *Quidam* Corresponds with “Alii” in l. 122 on p. 237. V. the interpretations in nn. II, 130, 135 and 140.

103 *Marcus Mc.* 7, 11.

107 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 51 (52), 2, Migne PG 58, 512.

112 *captionum* Lewis-Short, s.v. ‘captio’: “a fallacious argument, a sophism”.

118 *Vos autem dicitis Mt.* 15, 5 and *Mc.* 7, 11.

122 *Alii* Corresponds to “Quidam” in l. 101 on p. 236.

130 *Hieronymus Comm. in Mt.* II, 15, 5, CCSL

77, p. 128: “Compellitis, inquit, filios vt dicant parentibus suis: Quodcumque donum oblaturus eram Deo, in tuos consumo cibos tibi que prodest, o pater et mater, vt illi timentes accipere quod Deo videant mancipatum, inopem magis vellent vitam ducere quam comedere de consecratis”.

130 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 15, 3–6, Migne, PG 123, 305 AB.

135 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 51 (52), 2, Migne PG 58, 512: Τινές δὲ καὶ ἐτέρως ἐρμηνεύουσι τὸ ‘Δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφελθῆς’ τουτέστιν, Οὐκ ὀφείλω σοι τιμῆν, ἀλλὰ χαρίζομαι σοι, ἂν ἄρα σε τιμήσω. Ἀλλ’ οὐκ ἂν ὁ Χριστὸς τοιαύτης ἐμνημόνευσεν ὑβρεως. Trapezuntius, 437 D – 438 A: “Nonnulli aliter id exponunt, ‘donum quodcumque ex me tibi proderit’; id est: nullum honorem tibi debeo, sed dono tibi datum est, si a me honoratus fuisti. Sed huius contumeliae nullam Christus mentionem fecisset”.

- 140 rent. Quod autem adfert Aurelius Augustinus in libro Quaestionum euangelica-
rum primo, quaestione decimasexta, hisce verbis filios adultos negare sibi gratum
esse quod parentes pro ipsis offerrent munera, posteaquam ad eam aetatem per-
uenissent, vt ipsi pro se possent offerre donaria, an euangelico congruat sensui,
aliis expendendum relinquo. Mihi sane non admodum probatur. [E] Sed hunc
145 locum aliquanto dilucidius explanat Origenes in fragmento quod nos vertimus.
[A] Caeterum in ὁ ἐάν ἐξ ἐμοῦ omnino subaudiendum est aliquid, vt exprimas
articuli Graeci vim; et liberum est subaudire quod sententiae sit accommodum,
'est' aut 'erit' aut aliud simile. Deinde ὠφελῆθῆς magis legendum videtur
ὠφελῆθῆ, vt sit 'iuuaris': 'tu iuuaris omni dono quod daturus eram templo'.
150 Quandoquidem Christus hoc velut exemplum contumeliae commemorat, qua
liberi edocti a Pharisaeis afficiant suos parentes, [D] nisi coniunctio ἐάν referatur
etiam ad verbum ὠφελῆθῆς, vt accipiatur δυνητικῶς, id est 'iuuaberis' siue 'iuuari
poteris'. [A] Deinde τιμήση, si per η scribatur, sonat 'honorabis', si per ει, 'hono-
rabit'. Nostra vero translatio neque cum Graecis satis quadrat neque sententiam
155 vllam explicat. Proinde quantum licuit in tanta sententiarum varietate, id quod
optimum iudicauimus, sequuti vertimus ad hunc modum: *Quicquid doni a me
profecturum erat, id in tuum vertitur commodum, et non honorabit patrem suum,
aut | matrem suam*, nempe filius sic edoctus a vobis. [B] Et tamen quicumque sen-
sus erit, durior est sermonis compositio, quod haec particula, *quicumque dixerit*
160 *patri et matri*, non habet quod respondeat, nisi subaudiamus 'benefacit' aut aliud
simile, [D] quod nullus admonuit praeter glossam quam adducit Catena Aurea.
[C] Mirum est Lyranum sic scribere in hunc locum, quasi non legerit quenquam
veterum interpretum. Nec enim admodum refert attingere quae hoc loco aduer-
sus Lyranum disserit quidam, et rursus in hunc alius quispiam.
- 165 [8] [A] Labiis me honorat. Apud Graecos plusculum est verborum:
'Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χεῖλεσί με τιμᾶ; id est:
'Appropinquat mihi populus hic ore suo, et labiis me honorat'. Verum adiecit
nonnihili aliquis qui voluerit absolutum reddere prophetae testimonium, cum
Hieronymus enarrans hunc prophetae locum indicet euangelistam decerpisse
170 quod sibi commodum iudicabat, et neque retulisse [B] per omnia [A] vt in
Hebraeo scriptum est, neque vt a Septuaginta versum. Est autem locus apud
Esaiam capite vigesimonono. Hebraica sic reddit Hieronymus: *Pro eo quod appro-
pinquat populus iste ore suo, et labiis suis glorificat me, cor autem eius longe est a me,
et timuerunt me mandato hominum et doctrinis*. Septuaginta verterunt in hunc
175 modum: [C] 'Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς χεῖλεσιν
αὐτῶν τιμῶσι με, ἣ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· μάτην δὲ σέβονται με
διδάσκοντες ἐντάλαματα ἀνθρώπων καὶ διδασκαλίας, id est: [A] 'Appropinquat

149 tu iuuaris omni dono B-E: Tunc iuueris
omnino dono A.

155 quantum D E: quoad A-C.

166 αὐτῶν B-E: αὐτῶν A.

172 Hebraica sic reddit B-E: Hebraea sic
habent: כִּי נִגַּשׁ הָעָם הַזֶּה בְּפִי וּבְשִׁפְתָיו כְּבָדוֹנִי
וְלִבּוֹ רָחֵק מִמֶּנִּי וְתַהֲיִ יִרְאֶתֶם אֹתִי מִצְוֹת אַנְשִׁים
מִלְמַדָּה. Et sic reddit A.

- 140 *Augustinus Quaest. Ev. I*, 16, *CCSL* 44B, p. 16 sq.: “Munus quodcumque est ex me tibi proderit’, id est munus quod offers causa mei ad te iam pertinebit. In quibus verbis significant filii iam non sibi opus esse parentum pro se oblationes, quod ad eam aetatem peruenissent, ut possent iam ipsi offerre pro se. In hac ergo aetate constitutos, ut possent parentibus suis hoc dicere, cum hoc dixissent, negabant Pharisei reos esse, si parentibus suis non praestarent honorem”.
- 145 *Origenes ... vertimus* A translation of the Commentary by Orig. to *Mt.* 13–15 was published in *Fragmentum Commentariorum Origenis in Euangelium secundum Matthaeum Erasmo Roterodamo interprete* (Basel, Froben, 1527^r, p. 124 sqq. and later in *BAS* 8, p. 395 sqq.). In *Comm. in Mt.* XI, 9 sq., ad *Mt.* 15, 1–9, *GCS* 10, p. 48 sqq., Orig. gives the following explanation on the basis of what he claims to have heard from a Jew: Sometimes creditors notice that their debtors are able to pay back their debt, but are not willing to do so; they then sometimes tell them to pay the amount due into the poor relief fund dedicated to God (*Mc.* 7, 11: “corban”; p. 237, l. 125: “carbonae”); so they force their debtors to give up what they have borrowed from them. Following this example the Pharisees taught that people who told their parents that what is given to them is corban – i.e. belongs to the poor relief fund dedicated to God –, need no longer provide for the livelihood of their parents and can let them live in poverty. This means that they no longer honour them.
- 148–149 *Deinde ... iuuaris* This is an error, just like “Deinde ... honorabit” (l. 153 sq.), unless Er. takes *τιμῆσιν* as a medium.
- 156–158 *Quicquid ... matrem suam* The reading of *Nov. Test.*
- 159–160 *quicumque ... matri Mt.* 15, 5 in *Vg.*: “Quicumque dixerit patri vel matri”; this passage is omitted in *Nov. Test.*
- 161 *Catena Aurea* Thomas Aquinas, *Catena Aurea*, Guarienti, 1, p. 239, col. 1: “Glossa (ordin.). Ut sit sensus: Quod ego offero Deo, et mihi et tibi proderit; et ideo non debes sumere, scilicet res meas in tuos vsus, sed pati ut Deo offeram”.
- 162 *Lyranum Postilla* ad locum: “Honora patrem et matrem’: Honor iste non solummodo intelligitur reuerentia, sed et administratio necessariorum; hanc autem excludebat per suam doctrinam falsam, quia sacerdotes, qui erant cupidi, ut bona quae essent administranda parentibus, conuertentur in lucra eorum, dicebant, quod melius erat illa Deo offerre, tum quia esset pater principalis et spiritualis; tum quia, licet per talem oblationem parentes sustinerent detrimentum corporale, conuequebantur tamen bonum spirituale in quantum illud quod erat in eorum necessitatem conuertendum, Deo offerebatur et ex hoc sequebatur quod praeceptum de honore parentum in quantum intelligitur in hoc administratio necessariorum, euacuabatur per talem expositionem falsam. Et hoc est quod dicit Saluator”.
- 164 *quidam ... alius quispiam* As in *Enarrat. in Ps.* 38, *ASD* V, 3, p. 225, l. 47, “quidam” may here be identified with Paulus of Burgos (c. 1353–1435), who wrote c. 1100 notes, *Additiones*, to sections from the *Postilla* where, in his view, too little account had been taken of the exegesis of the Fathers (cf. l. 162 sq.: “quasi ... interpretum”). In opposition, Matthias Doering o.f.m. from Brandenburg (1400–1469) wrote c. 400 *Replicae* as *Defensorium Postillae Nic. de Lyra contra Paulum Burgensem*. Both the *Additiones* and the *Replicae* have, since 1481, been inserted into the text of editions of the *Postilla*. *LThK*, s. vv., 7, pp. 180 sq. and 992 sq. and 8, p. 230. Er. knew that Paulus of Burgos was the author of the *Additiones*; in *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *LB* IX, 155 A, he mentions Burgensis immediately after Lyranus.
- 166–167 Ἐγγίξει ... *honorat* The text and the translation in *Nov. Test.* In *Annot.*, Garin, 1, p. 815, col. 2, Valla also mentions these texts and observes that the Latin is not that of *Vg.* Modern editions of *NT* read Ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χεῖλεσιν με τιμᾷ. The Latin translation is a variation on the text of Hier. in l. 177 sqq.; cf. *infra*, n. ll. 172–180.
- 169 *Hieronymus Comm. in Is.* IX, 29, 13–14, *CCSL* 73, p. 375: “In quo notare debemus illud quod plerumque admonuimus, euangelistas non verbum interpretatos esse de verbo; nec LXX interpretum et apostolos secutos, quorum editio illo iam tempore legebatur; sed quasi Hebraeos et instructos in lege, absque damno sensuum suis vsos esse sermonibus”.
- 172 *Esaiam Is.* 29, 13.
- 172–180 *Pro eo ... doctrinas* The translations “Pro eo ... doctrinis” (ll. 172–174) and “Appropinquat ... doctrinas” (ll. 177–180) are taken from Hier. *Comm. in Is.* IX, 29, 13–14, *CCSL* 73, p. 374.

mihī populus iste ore suo, et labiis suis honorat me; cor autem eius longe est a me. Frustra [E] autem [A] colunt me, docentes hominum praecepta atque doctrinas'. Ipsa igitur res indicat hoc testimonium non ita legi a Graecis, ut est adductum ab euangelista, sed ut est restitutum a studioso quopiam qui, cum deprehendisset locum apud prophetam, quod mutilatum esse putabat, expleuit, idque non ex Hebraeorum libris, quos ignorabat, sed ex aeditione Septuaginta, quam Graeci sequuntur. Porro quod hoc loco interpres haud scio quis vertit

185 [9] Sine causa, Graece est μάτην, id est 'frustra' et 'sine fructu' potius quam *sine causa*. Atque ita legitur in translatione Septuaginta. Denique

[8] Longe est Graece est ἀπέχει, id est 'abest'. Nec est

[9] Doctrinas et mandata hominum. Apud Graecos [D] enim hoc loco [A] non additur coniunctio. Verum διδασκαλίας ἐντάλματα ἀνθρώπων, id est 'doctrinas, mandata hominum', ut appositivae legatur 'doctrinas, quae sunt mandata hominum, non Dei'. Atque ita comperi in vetustissimis illis quae iam complusculis locis adduxi, [B] Latinis [A] exemplaribus, [C] postremo in aureo codice [D] et in exemplari quod erat ad manum, quum hanc aeditionem quartam adornarem, Constantiensi. [A] Et consentiunt Hebraica, מִצְוֹת אֲנָשִׁים מְלֶמְדִים, quod ad verbum ita reddere liceat: 'mandata hominum doctrinas'. Nec tam est colunt, quam 'reuerentur', σέβονται, quod propius etiam accedit ad Hebraicam veritatem, כִּבְדוּם.

[10] Conuocatis turbis. Προσκαλεσάμενος τὸν ὄχλον, id est 'aduocata' siue 'vocata ad se turba' aut 'accersita'. Quod tamen ita ferme perpetuo transfert. Caeterum

200

LB 84

[11] Coinquinat. Graecis est κοινοῦ, id est: 'commune facit' [C] siue, ut Augustinus legit, 'communicat', libro aduersus Faustum decimosexto, capite trigessimoprimo. [A] Nam Iudaei quod sanctum purumque non sit, id commune vocant, quod Latini prophanum, impurum aut nefastum. Nam pura sancta minimeque prophana vocantur; vnde nos vertimus *impurum reddunt*, ac mox *impurum reddet hominem*. [B] Annotauit hoc Origenes, seu potius Origenis interpres, edisserens caput epistolae ad Romanos decimumquartum, indicans in nonnullis exemplaribus Latinis fuisse scriptum 'communicant', in nonnullis 'coinquinant'. [A] Sed quod procedit. Perdidit interpres gratiam προσονομασίας, atque item ἐναντιώσεως in his vocibus τὸ εἰσερχόμενον et τὸ ἐξερχόμενον, id est 'quod ingreditur' et 'quod egreditur'. Ac paulo post

205

210

[12] Οἶδας ὅτι, id est 'nosti', et quia vertendum erat in 'quod', aut certe per infinitum verbum reddendus sensus. Ad haec ἀκούσαντες τὸν λόγον τοῦτον. [D] Pro [A] 'verbum' rectius vertisset 'sermonem', cum Graeca vox sermonem significet magis quam verbum aut certe dictum. Ut ne dicam scandalizatos positum pro 'offensos'.

215

[14] Caeci sunt duces caecorum. Graecus sermo festiuor est, ὁδηγοὶ εἰσι τυφλοὶ τυφλῶν, id est: 'duces sunt caeci caecorum'. Nam ὁδηγοὶ proprie dicuntur qui commonstrant viam, ab ὁδός, via, et ἄγω, duco, [C] siue ἡγοῦμαι, praecedo. [A] Ac mox

220

- [15] Φράσον, *edissere*, de quo superius admonuimus, etiam si mihi non improbat. Nec est
- [17] Non intelligitis, sed οὐπω, id est ‘nondum’, vt respondeat ad
- [16] Ἀκμήν, id est ‘adhuc’, quod tamen vehementius quiddam est quam ἔτι.
- 225 [19] [C] Cogitationes malae, homicidia. In Graecis aliquot exemplaribus scriptum erat φθόνοι, id est ‘inuidiae’. Atque ita sane habet aeditio Aldina. Huic simillima vox est φόνοι, id est ‘caedes’ siue ‘homicidia’. Nec ex Chrysostomo nec ex Hieronymo liquet quid legerint.
- [22] [A] Male vexatur. Κακῶς δαιμονίζεται, id est ‘misere’. Quanquam et
- 230 *male* Latinis vsurpatur pro ‘misere’. Ac rursus
- [23] ‘Ο δέ – id est: ‘at ille ait’ – vertit *qui* [B] *ait* [A] velut affectata dissonantia, tametsi [B] id [A] non magni refert. Item non respondit ei verbum. Λόγον. [B] Rursus [A] cur potius *verbum* quam ‘sermonem’? Nam sensus est: non
- 187 abest. Nec est D–E: abest, non est A–C.
- 194 ⲙⲟⲩⲛⲁ B–D: ⲙⲟⲩⲛ A, ⲙⲟⲩⲛⲁ E.
- 195 doctrinas B–E: doctrina A.
- 185 *frustra* The reading of *Nov. Test.*
- 186 *Atque ... Septuaginta* V. supra, p. 238, l. 176: μάτην.
- 187 *abest Nov. Test.*: “procul abest a me”, as Valla also indicated in *Annot.*, Garin, I, p. 815, col. 2.
- 190 *doctrinas, mandata hominum* The reading of *Nov. Test. A*; B–E: “doctrinas, praecepta hominum”.
- 190 *appositue* ‘as an apposition’.
- 194 *Hebraica Is.* 29, 13.
- 198–199 *aduocata ... turba Nov. Test.*: “aduocatis ad se turbis”.
- 202 *Augustinus Contra Faust.* XVI, 31, CSEL 25, p. 479 sqq.
- 205–211 *impurum reddunt ... egreditur Nov. Test.*: “Non quod ingreditur in os, impurat hominem, sed quod egreditur ex ore, hoc impurum reddit hominem”; vs. 18: “illa impurum reddunt hominem”; vs. 20: “quae impurant hominem”.
- 206 *Origenes Comm. in Rom.* IX, 42, Migne PG 14, 1245 C (ad *Rom.* 14, 14 sq. he refers to *Mt.* 15, 20).
- 209 *προσονομασίας* V. supra, p. 47, introd., §9.
- 210 *ἐναντιώσεως* ‘opposition’; not mentioned as a figure of speech by J.J. Reiskius – T. Mitchell, *Indices Graecitatis*, 1–2 (Oxford, 1828), and L. Spengel, *Rhetores Graeci*, 1–3 (Leipzig, 1853–56). Cf. supra, p. 46, introd., §9.
- 205 impurum reddunt C–E: impurat A B.
- 213–215 Ad haec ... dictum *inter* 216 *offensos et*
- 217 *Caeci posuit A.*
- 210–211 *quod ingreditur ... quod egreditur* The readings in *Nov. Test.*
- 212–216 *nosti ... sermonem ... offensos Nov. Test.*: “Nosti pharisaeos, audito sermone isto offensos fuisse”.
- 214–215 *Pro ... dictum* Cf. supra, p. 225, n. ll. 794–795.
- 218 *duces ... caecorum Nov. Test.*: “duces sunt, caeci caecorum”.
- 221 *superius* V. supra p. 226, l. 856 sqq.
- 223 οὐπω ... *nondum* Modern editions of *NT* mention οὐπω only in app. crit.; “nondum” is the reading of *Nov. Test.*
- 224 *adhuc* The reading of both Vg. and *Nov. Test.*
- 226–227 φθόνοι ... *homicidia Nov. Test. A*: φθόνοι, as the *Aldina*, f° 358 r°, col. 1, B–E: φόνοι; A–E: “caedes”.
- 227–228 *Chrysostomo Hom. in Mt.* 51 (52), 4, Migne PG 58, 515: φόνοι. Trapezuntius, 440 D: “homicidia”.
- 228 *Hieronymo* In *Comm. in Mt.* II, 15, 19, CCSL 77, p. 131, the following is quoted from *Mt.* 15, 19: “De corde enim exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, et reliqua”, but the edition of Er. (t. 9, p. 47, col. 1) quotes: “De corde enim exeunt, etc.”.
- 230 *misere* The reading of *Nov. Test.*
- 233 *Rursus ... sermonem* Cf. supra, pp. 224 and 240, ll. 794 sq. and 214 sq.

respondit illi quicquam. [C] Nec enim est idem tropus in sermone Graeco qui est
 235 in Latino; quemadmodum dicimus: ‘non rescripsit literam’ pro eo quod erat
 ‘nihil omnino rescripsit’. [A] Praeterea ἠρώτησαν, id est ‘interrogabant’, quo
 tamen verbo nonnunquam abusus videtur pro ‘rogo’. Nam haec vox Latinis est
 anceps. Item dimitte illam. Ἀπόλυσον, id est: ‘absolve illam’, siue vt impe-
 240 trato quod petit, abeat, siue vt aliquo pacto illi satisfiat. [C] Nos vertimus *amitte*
 pro eo quod est ‘ablegato’. Sic enim Terentius vsus est amittendi verbo, vt oppo-
 natur retinendi verbo. Neque enim semper amittere idem est quod perdere.

[24] [A] Ad oues quae perierunt. Τὰ ἀπολωλότα, id est ‘perditas’, vt
 saepe citat Hieronymus. Caeterum articulus indicat non omnes oues intelligi, sed
 eas quae perissent. Et

LB 85 [25] Adiuua, βοήθει, rectius ‘succurre’. Nam adiuuamus labo|rantem, et
 246 βοηθεῖν inde dictum, quod ad vocem periclitantis et quiritantis accurritur, id
 quod et βοηδρομεῖν vocant.

[26] Non est bonum. Graece est καλόν, quod magis honestum et pul-
 chrum significat quam *bonum*, ἀγαθόν. Nam indecorum est cibum filiorum obii-
 250 cere canibus. Haec enim Iesus ex publico Iudaeorum affectu dixit qui se solos
 Deo charos et sanctos iudicabant, caeteros omneis canum habebant loco. Et ‘libe-
 rorum’ est magis quam *filiorum*, τέκνων; vt ea vox filias quoque complectatur,
 praesertim cum mulieri loquatur. Mittere canibus. Βαλεῖν τοῖς κυναρίοις, id
 est ‘abiicere catellis’. Eadem est vox quam mox vertit diminutiue.

255 [27] Nam et catelli edunt. Καὶ γὰρ τὰ κυνάρια. Ne quis in huius muta-
 tione vocis somniet subesse mysterium, [B] cum apud Graecos vtrobique sit
 eadem. [E] Tametsi diuus Hilarius videtur altero loco legisse *canibus*, nisi forte
 non consuluit exemplar Graecum. Ait enim mulierem diminutiui nominis blan-
 dimento canum opprobrium lenisse. Quod commentum non habet locum, nisi
 260 priore loco legas *κυσί*. [A] Praeterea etiam, Domine, ναί, Κύριε. Confirman-
 tis est aduerbium, non refellentis: ‘verum est quod dicis: turpe est panes filiorum
 abiici catellis; ego licet sim canis, micas peto, non panes’.

[30] Habentes secum. Ἔχοντες μεθ’ ἑαυτῶν, id est ‘adducentes secum’.
 Nam id quoque significat ἔχω. Hieronymus interpretatur *deducentes siue por-*
 265 *tantes*. Ac subinde mutos, caecos, claudos, debiles. Χωλούς, τυφλούς,
 κωφούς, κυλλούς, id est ‘claudos, caecos, mutos, mutilos’ siue ‘mancos’. Hierony-
 mus admonet quod hic vertit *debiles*, Graecis esse κυλλούς, quod ita refertur ad
 manum, quemadmodum χολός ad pedem; vt sicut qui vno pede claudicat, clau-
 dus dicitur, ita cui altera manus manca aut truncata sit, κυλλός dicatur. Nam
 270 debilitas generale malum est totius corporis. Vnde cum paulo post sanatos refe-
 rens dixisset: *mutos loquentes, caecos videntes, claudos ambulantes*, non repetit κυλ-
 λούς, quod nihil haberet quod huic nomini responderet. Ex quibus Hieronymi
 verbis constat id quod reperitur in Graecis exemplaribus κυλλούς ὑγιεῖς – id est
 275 ‘debiles sanos’ –, additum a quopiam qui id putauerit librarii vitio praetermis-
 sum. Vt dissimulem quod

[31] Ἐδόξασαν verterit *magnificabant* pro ‘glorificabant’. Nam de illis,

[32] Προσκαλεσάμενος et σπλαγχνίζομαι, non semel iam admonuimus. Ne forte deficient. Μη ποτε, id est 'ne' aut 'nequando'. Ac paulo post

[33] Vnde ergo nobis. Ergo redundat; πόθεν ἡμῖν, id est: 'vnde nobis'.

LB 86

| Panes tantos. Ἄρτοι τοσοῦτοι, id est 'tot panes' siue 'tam multi panes' aut

245–247 Et Adiuua ... vocant *inter* 239 satisfiat et 242 Ad oues *posuit* A.

248–253 Non est ... loquatur *inter* 262 non panes et 263 Habentes *posuit* A.

250 Iesus B–E: Iesu A.

251 omneis B–E; omnis A.

253 Mittere B–E: Item Mittere A.

262 sim B–E: sum A.

277 Σπλαγχνίζομαι *Nov. Test.*: σπλαγχνίσομαι A–E.

239 *amitte* The reading of *Nov. Test.*

240 *Terentius Heaut.* 480: "abs te amittas filium" (cf. Terentius, *Comoediae*, cum commentariis Donati et Calphurnii. Insuper addita est Calphurnii in *Heautontimorumenon* Terentii accurata expositio, Venetiis, 1476): "i. e. dimittas"), *Phorm.* 141: "Nunc amitte quaeso hunc" (cf. Don.: "Nunc quaeso amitte hunc", quod nos 'dimitte', vt [Verg. *Aen.* II, 148] 'amissos hinc iam obliuiscere Graios' et Sallustius [*Hist. fig. incerta*, 5 M] 'patriae amisso Publio legato'").

242 *perditas* *Nov. Test.*: "oues perditas", just as Hier., e.g. in *Comm. in Mt.* II, 15, 24, *CCSL* 77, p. 133, *Comm. in Is.* passim, *CCSL* 73 and 73A, *Comm. in Ir.* VI, 26, 8, *CCSL* 74, p. 320, *Comm. in Ion.* 1, 3, *CCSL* 76, pp. 381 and 383, and *Comm. in Hab.* I, 2, 2–4, *CCSL* 76A, p. 599.

250–251 *Haec ... ex publico Iudaeorum affectu ... loco.* Cf. Er. *Eccles.*, *ASD* V, 5, p. 274, ll. 630–636: "Quum enim dicit Chananaeae: 'Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus' sub persona vulgaris Iudaei loquitur, potius quam ex animi sui sententia; alioqui peccasset ipse, qui, quod pronunciauit non esse bonum, fecerit. Eam vero personam induit, vt mulieris fidem redderet euidentiorem simulque Iudaeis incredulis hac imagine declararet quam efficax res sit fides, quae vel ab inuito, vt ita loquar, Christo miraculum extorsit".

251 *omneis* Cf. supra, p. 40, introd., §8a.

255–262 *Nam ... panes* Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 815, col. 2, prefers to read "etiam" as an adverb rather than as a conjunction and wonders why the translator adopted a variation in the translation of *κατάρτια*.

257 *Hilarius In Mt.* 15, 2, *SC* 258, p. 36: "catellos", but *In Mt.* 15, 4, *SC* 258, p. 38: "Non

licet accipere panem filiorum et dare canibus ... Sed Chananaea iam ipsa per fidem salua et interioris certa mysterii respondit micis, quae de mensa exciderint, pasci catellos, canum opprobrio iam sub blandimento diminutiui nominis mitigato".

263 *adducentes secum* *Nov. Test.*: "ducentes secum".

264 *Hieronymus Comm. in Mt.* II, 15, 30–31, *CCSL* 77, p. 134: "Intueamur autem quod ... turbae concurrant ad eum deducentes siue portantes secum variis oppressos infirmitatibus".

265–275 *mutos ... praetermissum* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 815, col. 2 sq.: "Cum quattuor generum proposuerit morbos, cur tria refert fuisse sanata? Ergo deest in Latino quartum, id est 'debiles sanos', *καλλοῦς ὑγιεῖς*. *Nov. Test.*: "claudos, caecos, surdos, mutilos".

266–267 *Hieronymus Comm. in Mt.* II, 15, 30, *CCSL* 77, p. 134: "In eo loco vbi Latinus interpres transtulit 'debiles', in Graeco scriptum est *καλλοῦς* quod non generale debilitatis sed vnus infirmitatis est nomen, vt, quomodo claudus dicitur qui vno claudicat pede, sic *καλλός* appellatur qui vnam manum debilem habet".

271 *mutos ... ambulantes* *Mt.* 15, 31, in a different order.

276 *glorificabant* The reading of *Nov. Test.* and the translation which Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 816, col. 1, prefers.

277 Προσκαλεσάμενος Cf. supra, pp. 184 and 240, ll. 810 and 198 sqq., ad *Mt.* 10, 1, and 15, 10.

277 σπλαγχνίζομαι Cf. supra, pp. 184 and 232, ll. 788 sqq. and 984 sq., ad *Mt.* 9, 36, and 14, 14.

281 certe ‘tantum panum’. Nam Graeca vox numerum significat, non magnitudinem, hoc est ‘quantitatem discretam, non continuam’, vt loquuntur dialectici. Porro [35] Vt discumberent. Graecis est ἀναπεσεῖν, quod significat ‘humi considere’, non in lectis. Et

285 [36] Gratias agens fregit. Εὐχαριστήσας ἔκλασεν, id est: ‘cum gratias egisset’ siue ‘gratis actis fregit’. Ac rursus discipuli dederunt populo. *Dederunt* [B] interpres Latinus [A] addidit de suo. Nec est

[38] Quatuor milia hominum, sed τετρακισχίλιοι ἄνδρες, id est ‘quater mille viri’. Nam quod χωρίς vertit *extra* pro ‘praeter’, laudo copiam, etiamsi nihil opus. Deinde παίδων, pueros, vertit *paruulos*; ita solet reddere νηπίους.

290 [39] In fines Magedan. Εἰς τὰ ὄρια Μαγδαλά, id est ‘in fines Magdala’. Atque ita legit diuus Chrysostomus, addens Iesum abisse in fines Magdalarum. Sic enim vertit interpres. Nam hic, vt ante dixi, destituit nos Graecum exemplar truncum. Ac meminit quidem Hieronymus Magdali in descriptione locorum.

295 Caeterum hoc loco *Magedam* legit, non ‘Magdalam’, his quidem verbis: *Magedam, ad cuius fines Matthaeus euangelista scripsit Dominum peruenisse, sed et Marcus eiusdem recordatur. Nunc autem regio dicitur Macera, contra Iesuram.* [D] Rursus interpretans voces Hebraicas apud Matthaeum meminit Mageda. In vetustissimo codice qui habebat commentarios Theophylacti, scriptum erat ὄρη, non ὄρια, id est ‘montes’, non *fines*. Sed vni testi, vt aiunt, ne Catoni quidem creditur. [E] Marcus pro *Magedan* habet *Dalmanutha*, putantque locum fuisse binominem.

[A]

EX CAPITE DECIMOSEXTO

[2] Serenum erit. Εὐδία, id est ‘serenitas’, vt subaudias ‘erit’, sicut et in proximo,

305 [3] Hodie tempestas, subauditur ‘erit’, σήμερον χειμῶν. Ac magis exprimit certum prognostae iudicium hoc schema sermonis. Porro rutilat idem verbum est quod modo verterat *rubicundum est, πυρράζει*. Et non potestis scire. *Scire* non additur, nec in plerisque Graecis exemplaribus nec in antiquis Latinis. 310 Quanquam in nonnullis reperi scriptum οὐ δύνασθε, [B] *non potestis*, [A] in quibusdam οὐ συνίετε, [B] id est ‘non intelligitis’. [A] Item

[6] Intuemini et cauete. Ὁρᾶτε καὶ προσέχετε, id est: ‘videte et cauete’ siue, vt alibi vertit, ‘attendite’. Quis enim vnquam dixit: ‘intuemini’ pro ‘cauete’? Nam haec verborum idem significantium conduplicatio nihil aliud quam epitasin cautionis habet.

315
LB 87

[7] Inter se. Ἐν ἑαυτοῖς, ‘inter se mutuo’ siue ‘intra sese’. [C] ‘Intra se’ habet codex aureus, [D] vt intelligas tacitam cogitationem. [A] Nam διελογίζοντο quoque ambiguum est ad disputantem et ad cogitantem. Ac mox ἐν ἑαυτοῖς, id est ‘inter vos’ siue ‘intra vos’. Ac paulo post

320 [9] Quinque panum et quinque milia. Cur non potius ‘quinque milium’? Quanquam accusatiuus [B] ‘panes’ [A] erat commodior ob turbam

genitiuorum. [D] Quidam Latini codices habebant ‘quinque panum et quinque milium’, quidam ‘quinque panum in quinque milia’, quum emendatiores cum Graecis legant ‘quinque panum quinque milium’, vt non sit asyndeton, sed panes illorum dicantur qui eos comederunt, aut certe genitiuo Graeco absolute posito, quum essent quinque milia. Similis varietas est in proximo sermone, ‘septem panum et quatuor milia’, vel ‘in quatuor milia’; vetustiores habebant ‘septem panum, quatuor milium’. [A] Caeterum articulus additus facit, vt de certis panibus [D] deque certis hominibus [A] intelligamus τὸς πέντε ἄρτους et τῶν πεντακισχιλίων, ‘quinque illos panes’, ‘illorum quinque milium’. Poterat [B] fortasse [A] posterior genitius absolute verti: ‘cum essent quinque milia hominum’. Et aliquanto post

[11] Quare non intelligitis. Πῶς οὐ νοεῖτε; Id est: ‘Quomodo non intelligitis?’, vt sit obiurgantis, hoc est: ‘Qui fit, vt non intelligatis?’

[13] Caesareae Philippi. Καισαρείας τῆς Φιλίππου. Dilucidius erat ‘Caesareae eius quae cognominatur Philippi’. Siquidem articulus additus distinguit hanc Caesaream, quae Philippi cognomen habet, ab ea quae citra cognomen Ca-

291 fines C–E: confinia A B.

320–321 Cur non ... Quanquam B–E: Cur vtrumque eodem vertit casu? Quanquam A.

330 panes ... Poterat B–E: panes et quinque illa milia. Poterat A.

282 *quantitatem ... continuam* Thomas Aquinas, *In octo libros Physicorum Aristotelis*, III, c. 5, lect. 7, 10, *Opera omnia*, 2, Rome, 1884, p. 122, col. 2: “quantitatem (scilicet continuam quae est magnitudo, aut discretam quae est multitudo)” (*Lexicon of St. Thomas*, p. 925, col. 1: “the continuous quantity”, ‘the detached’ or ‘separated quantity’).

285–286 *cum gratias egisset* The translation which Valla also gives in *Annot.*, Garin, 1, p. 816, col. 1. *Nov. Test.*: “postquam gratias egisset”.

288–289 *quater mille viri ... praeter* The readings of *Nov. Test.*

290 παιδίων The reading in all editions of *Annot.*, but *Nov. Test.* reads παιδιών, just as the *Aldina*, f° 358 r°, col. 2, the *Complut.* and modern editions of *NT*.

291 *in fines Magdala* The reading of *Nov. Test.*

292 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 53 (54), 2, Migne *PG* 58, 528: εἰς τὰ ἔθνη Μαγδαλά. Trapezuntius, 453 C: “ad Magdalarum terminos”.

294 *Hieronymus Sit. et nom. loc. Hebr.*, Migne *PL* 23, 912 BC: “Magedan, ad cuius fines Matthaeus euangelista scribit Dominum peruenisse; sed et Marcus eiusdem nominis recordatur; nunc autem regio dicitur Magedana, circa Gerasam”, and *Interpret. Hebr.*

nom., *CCSL* 72, p. 137: “Magedda poma eius vel nuntia”. Cf. *infra*, p. 398, l. 236 sqq., and n. l. 238.

300–301 *vni testi ... creditur* Cf. *Hier. Apolog. c. Ruf.* II, 24, *CCSL* 79, p. 60: “Et quia ‘in ore duorum et trium testium stat omne verbum’ vniue testi nec Catoni creditum est” (Otto, p. 78). Whereas it is a part of the prose text in *Hier.*, Walther (2, 5, p. 478, No. 32.203F) quotes it from Janus Gruter, *Florilegii magni seu Polyanthaeae Tomus secundus*, (Strassburg, 1624, vol. 2, p. 796, col. 2) as an iambic verse.

301 *Marcus Mc.* 8, 10.

304–312 *serenitas ... videte et caute* The readings of *Nov. Test.*

314–315 *conduplicatio* and *epitasin* V. *supra*, p. 45 sq., introd., §9. Cf. *infra*, p. 523, l. 57 sq.

316–319 *Inter ... vos Nov. Test.*: “intra sese ... intra vosipsos”.

318 *max Mt.* 16, 8.

334 *Qui fit ... intelligatis* The reading of *Nov. Test.*

335–343 *Caesareae ... Hieronymo* Taken from *Comm. in Mt.* III, 16, 13, *CCSL* 77, p. 139. Cf. *Plin. Nat.* V, 13, 14: “Stratonis Turris”. “Caesareae ... Philippi” (Il. 335–336) is also the text in *Nov. Test.*

sarea dicitur. Ea est quam maior ille Herodes Iudaeorum rex instaurauit in honorem Augusti Caesaris, quae prius Turris Stratonis vocabatur. Caeterum Caesarea Philippi ea est quam extruxit eius filius Philippus tetrarcha Itureae et Trachonitidis in honorem Tiberii Caesaris, quae mutato nomine deinde Paneas dicta est, in prouincia Phoenices ad radices Libani, vbi Iordanis e duobus oritur fontibus, Ior et Dan, autore Hieronymo. Quem dicunt homines? *Τίνα με λέγουσιν;* Id est: ‘Quem me dicunt?’; atque ita scriptum deprehendi et in vetustissimis codicibus Latinis, [B] nominatim in exemplari Paulino. [D] Vetustissimus omnium Irenaeus lib. 3., cap. 2., pronomem addidit: *Quem me dicunt.* [B] In nonnullis Graecis tantum erat ‘Quem me dicunt esse?’ [C] Quanquam Hieronymus in Commentariis negat Christum velut arroganter de se percontantem dixisse: ‘Quem me dicunt esse’, sed ‘Quem dicunt esse Filium hominis’, [D] etiamsi potest intelligi modestiae argumentum non esse in omisso pronomine, sed in addita particula ‘Filius hominis’. [C] Nec ex Origene nec ex Chrysostomo satis liquet additum fuisse ‘me’. [D] Apud Theophylactum addi constat. [A] Et Filium hominis. *Τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου.* Neutrum expressit articulum, cum neuter sit ociosus. Nam certum filium ac certum hominem significat, nempe Adae, qui apud Hebraeos *אָדָם* – id est ‘homo’ – dicitur. Proinde friuolum est istorum commentum qui putant Christum ob id dici Filium hominis, quod ex matre duntaxat sit progenitus, cum hic homini praeponatur articulus masculinus *τοῦ*. Itidem in eo quod sequitur,

[16] Tu es Christus, ‘*Ὁ Χριστός*, id est: ‘tu es ille Christus’ [B] et ‘tu es ille Filius Dei’. Quin etiam participio *ζῶντος* articulus additus est apud Graecos, idque non abs re, quod subindicat Origenes adducens illud *Viuo ego, dicit Dominus: Filius*, non cuiuslibet dei – nam erant et gentibus sui dii –, sed Filius illius Dei qui *solus habet immortalitatem* quique *fons* est et parens omnis *vitae*. [C] Leuciculum est quod paulo ante,

[15] Dicit illis Iesus, *Iesus* additum est, cum absit in Graecis atque aureo codice.

[17] [A] Simon Bariona. Mirum cur id vterque interpres alia lingua | maluerit quam Graece aut Latine. Nam alibi vertit [B], vt apud Ioannem cap. primo: *Tu es Simon filius Ioannis*, et rursus cap. xxi. [A]: *Simon Ioannis, diligis me plus his?* Nisi forte allusit ad mysterium reuelationis. Bar *בַּר* enim filium sonat et *יְהוּדִי* columbam. Addito elemento *יְהוֹנָן* sonat Ioannem. Porro Ioanna interpretantur ‘Domini gratiam’. [B] Hieronymus putat deprauatum esse Bar Iohanna in Bariona.

[18] [A] Quia tu es. “*Ὅτι*, ‘quod’, non *quia*, id est: ‘dico te esse Petrum’. Petrus autem Graecis saxum significat, *πέτρος*, quemadmodum et Cephas Syro sermone, [B] vt testis est Hieronymus, [A] non Hebraico, soliditatem sonat.

338 quam ... instaurauit E: quam Herodes pater Herodis tetrarcha Trachonitidis instaurauit A–D.

340 Philippi ea est B–E: Philippi est ea est A. 340–341 extruxit ... honorem E: extruxit Herodes filius in honorem A–D.

- 357 praeponatur *E*: praefatur *A-D*.
367-368 id vterque ... maluerit *B-E*: id
344 *Quem me dicunt Nov. Test.*: "quem me dicunt esse filium illum hominis?"
345-346 *Irenaeus Haer.* III, 18, 4, *SC* 211, p. 352: "Quem me homines dicunt".
347 *Hieronymus Comm. in Mt.* III, 16, 13, *CCSL* 77, p. 139: "Non dixit: 'quem' me 'dicunt esse homines', sed 'filium hominis', ne iactanter de se quaerere videretur".
351 *Origene Comm. in Mt.* XII, 9, *GCS* 10, p. 80, reads 'τίνα λέγουσιν' ἀπὸν 'οἱ ἄνθρωποι εἶναι'; so τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου is not quoted in the Greek text, but the Latin translation reads: "quem dicunt homines esse filium hominis?"
351 *Chrysostomo Hom. in Mt.* 54 (55), 1, Migne *PG* 58, 531: Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι, τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Trapezuntius, 458 D: "Quem dicunt homines esse filium hominis".
352 *Theophylactum Enarr. in Mt.* 16, 13, Migne *PG* 123, 317 B.
354-355 *Nam certum ... dicitur* Derived from *Hier. Comm. in Mt.* III, 16, 13, *CCSL* 77, p. 139: "Et nota quod vbiicumque scriptum est in Veteri Testamento filius hominis, in Hebraeo positum sit filius Adam illudque quod in Psalmo [4, 3] legimus, 'Filii hominum, vsquequo graui corde?', in Hebraeo dicitur filii Adam".
356-357 *qui putant ... progenitus* Tert. (*Adv. Marcion.* IV, 10, 6, *CCSL* 1, p. 563) thinks that by 'Man' in 'Son of Man' the Virgin Mary is meant; Greg. Naz. (*Or.* 30, 21, *SC* 250, p. 272) that both Adam, Jesus' ancestor, and Mary, Jesus' mother, are meant; according to Iust. Jesus called himself Son of Man either because he was born of the Virgin Mary or because Abraham was his ancestor (*Dialogus cum Tryphone*, 100, ed. G. Archambault, Paris, 1909, 2, p. 122). Cf. *ThWNT* 8, p. 480 sq.
359-360 *tu es ille Christus ... Dei Nov. Test.*: "tu es Christus ille filius Dei viuentis".
361 *Origenes Comm. in Mt.* XII, 9, *GCS* 10, p. 82 sq.: "Et non solum confessus est: 'tu es Christus', sed etiam quod maius est: 'filius dei viui', qui et per prophetas dixerat: 'vivo ego, dicit Dominus' [*Is.* 49, 18, *Ier.* 22, 24, *Ez.* passim]. Et forsitan ideo dicebatur viuus, ... quoniam et 'solus habet immortalitatem' [*1. Tim.* 6, 16] et est fons vitae".
367-373 *Simon ... Bariona* Borrowed from *Hier. Comm. in Mt.* III, 16, 17, *CCSL* 77, p. 141.
hebraice maluerit *A*.
370 בַּר *scripsi*: בַּר *A*, בָּר *B-E* *BAS LB*.
367 *vterque interpret* Er. probably means those who have translated the Gospel into Greek and Latin.
368 *Ioannem Vg. Ioh.* 1, 42: "Tu es Simon, filius Iona" or "Ioanna" or "Iohanna", and *Ioh.* 21, 15, 16 and 17: "Simon Ioannis".
374-412 *Quia tu es ... fundamentum* Cf. Er. in Rummel, *Manifesta mendacia*, NAKG 70 (1990), p. 220: "Nescio vtrum vanius sit an stultius quod dicit scripserim 'quod ecclesia Catholica Spiritu Sancto autore instituit sic accipiendum quasi Deus instituerit'. Et obiicit, quod alicubi disputem pontificem posse labi, quasi pontifex sit ecclesia. Et hinc impudentissime colligit me dixisse Catholicam ecclesiam errare posse in his quae sunt fidei atque pietatis, quum legamus Petrum 'non recte ambulasse' in Euangelio [*Gal.* 2, 11-14] et ob id reprehensum a Paulo, quid prodigii sit si Romanus pontifex ... fide. Citat hic annotationem meam in <capite> Matth. 19, quum illic nihil simile dicam". Stun. expressed criticism of ll. 392 sq. and 396 sqq. in *Er. blasph. et imp.* (1522), and supported his views with reference to *Hier. Comm. in Mt.* (III, 16, 18 and 23, *CCSL* 77, p. 141: "Sicut ipse lumen ... super te", and p. 144 sq.: "Prudens lector ... locum") and *Epist.* 15 (cf. infra, p. 249, n. l. 407) in order to argue in favour of the view that the primacy of Peter had been transferred to the Popes. On the subject of the primacy of Peter Stun. had previously criticised *Annot. in Mt.* 10, 2 (v. supra, p. 185 sqq., l. 823 sqq. and n. ll. 831-833). Er. reacts to this criticism in *Apolog. adv. Stun. Blasph. et imp.*, *LB* IX, 361 E - 362 B, and in *Apolog. ad Stun. Concl.*, *LB* IX, 385 F - 389 A. In the first named passage he writes broadly the same as in l. 393 sqq., viz. in *LB* IX, 362 A: "fateor haec verba Christi potissimum competere in Romanum pontificem; et eum appello christianae fidei principem". In *Apolog. adv. monach. hisp.*, *LB* IX, 1066 E - 1068 D and 1087 B-E, he also defends himself against objections raised in the 'Valladolid Articles'. A German translation of this note in the 1519 version appeared 11 times in 1521 and the following years, under the title "Du bist Petrus, ein Fels". H. Holeczek, *Erasmus deutsch*, 1, p. 81 sqq. Cf. supra, p. 205, n. ll. 303-449.
376 *Hieronymus Interpret. Hebr. nom.*, *CCSL* 72, p. 142: "Cephas Petrus. Syrum est".

Saxum enim illum appellat, quod solidus sit in confessione fidei et non vulgarium opinionum leuitate huc et illuc vacillet; ‘et super istam petram – hoc est ‘solidam istam fidei professionem’ – extruam ecclesiam meam, in quo fundamento si constiterit, nec inferi quicquam aduersus illam poterunt, [B] nedum homines’. [D] In eam sententiam Theophylactus et Chrysostomus, quem citat Catena Aurea. [A] Etiam si diuus Augustinus in homilia huius loci haec verba *super hanc petram* ipsi accommodat Christo, non Petro: *Tu es, inquit, Petrus, et super hanc petram quam confessus es, super hanc petram quam cognouisti, dicens: Tu es Christus Filius Dei viui, aedificabo ecclesiam meam, id est: super meipsum Filium Dei viui aedificabo ecclesiam meam, super me aedificabo te, non me super te. Nam volentes homines aedificari super homines dicebant: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephae, ipse est Petrus. Et alii qui volebant aedificari super Petrum, sed super petram: Ego autem sum Christi.* [D] Idem libro Retractationum priore, cap. 21., recenset vtranque sententiam, propensior tamen in hanc, vt Petrus profitens Christum Filium Dei viui typum gerat ecclesiae, cui traditae sint claues. Caeterum lectori liberum facit eligere vtram voluerit. [A] Proinde miror esse qui locum hunc detorqueant ad Romanum pontificem, [B] in quem haud dubie competunt in primis velut in christianae fidei principem. At non in hunc vnum, sed in omnes Christianos, quod eleganter indicat Origenes homilia prima harum quas habemus. [A] Verum sunt quibus nihil satis est, nisi quod sit immodicum. Ita quidam ad inuidiam vsque Franciscum prodigiosis efferunt laudibus, quem exprimere magis oportebat quam in immensum attollere. Nam Deiparae virgini et Christo fortasse non potest ascribi nimium. Quanquam hic quoque optarim omnes tam ad imitandi studium inflammatos quam quosdam videmus sedulos in exaggerandis laudibus. [B] Diuus Cyprianus in epistola primi libri tertia videtur accipere super Petrum esse fundatam ecclesiam, *Petrus tamen, inquit, super quem ab eodem Domino fundata fuerat ecclesia.* Nisi forte sic excusandus est Cyprianus, quod Petrum hic non pro homine illo, sed pro typo accipit, quod propemodum indicant quae sequuntur: *Vnus pro omnibus loquens et ecclesiae voce respondens ait: ‘Domine, quo ibimus?’* [D] Similiter excusari possunt loca in quibus S. Hieronymus in epistolis videtur dicere super Petrum fundatam ecclesiam Christi. [B] Itaque Petrus saxeus solidam ecclesiae fidem repraesentat. [A] Caeterum nostra interpretatio verbis duntaxat dissidet ab Augustiniana, quam ideo induximus, quod illius videretur coactor, ad quam tamen maluit deflectere quam in alterum incurrere scopulum, videlicet vt in homine poneret ecclesiae fundamentum. [B] Non praeualebunt aduersus eam. Notauit huius sermonis amphibologiam Origenes, quod pronomen *eam* vel *petram* referre potest vel *ecclesiam*. Verum id ad sententiam perparui refert. [A] Porro inferi posuit pro ‘inferno’. Quanquam ne id quidem satis Latinum. Graecis est ᾗδου, id est ‘Tartari’ siue ‘Orci’, Lactantius tamen in carmine sic vsus est:

Inferus insatiabiliter caua guttura pandens.

Item

LB 89 | [19] Erit ligatum et in coelis. *Et* coniunctio redundat, nec apud Graecos additur nec in vetustis exemplaribus. Ad eundem modum solutum in
420 coelis [E] legendum [A] pro *solutum et in coelis*. Ac paulo post

[20] Mandavit discipulis suis. Διεστειλάτο. Quod verbum in Psalmis vertit *distinxit*. Rectius erat ‘edixit’. [D] Nam hinc dictum videtur, quod edictum ad omnes mitti solet. [A] Ac rursus quia ipse esset Iesus Christus. “Ὅτι
425 vertendum erat per ‘quod’. Et *Iesus* non additur, nec in Graecis exemplaribus nec in emendatis nostratibus. [B] Quanquam in Paulino scriptum erat ‘Iesus Christus’, in altero ‘quoniam ipse esset Christus Iesus’. Origenes homilia in Matthaeum prima frequenter adducit hunc locum iuxta nostram sententiam. *Videamus ergo*, inquit, *si iam opera apostolatus facientes eos volebat etiam praedicare quoniam ipse erat Christus. Et si volebat, dignum est quaerere quid est quod nunc praecipit discipulis suis, ut nemini dicant quoniam ipse est Christus*. Item aliquanto post *Ideo et Saluator mittens apostolos volebat ut nemini dicerent manifeste quoniam ipse erat Christus*. Ad eundem modum semel atque iterum repetit in sequentibus, distinguens tempus quo satis erat praedicare Iesum et tempus quo praedicandus
435 erat Christus. [A] Et obstat sensui, [B] si ‘Iesum’ addas. [A] Nihil enim magni

388 aedificari B–E: aedificare A.
400 tam B–E: sic A.

413–414 vel ... vel C–E: seu petram referre potest seu B.

381 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 16, 18, Migne PG 123, 320 AB.

382 *Catena Aurea* Thomas Aquinas, *Catena Aurea*, Guarienti, I, p. 251, col. 2: “Chrysostomus In Matth. (hom. 55) Idest in hac fide et confessione aedificabo ecclesiam meam”. Cf. Chrys. *Hom. in Mt.* 54 (55), Migne PG 58, 534: ‘Καὶ ἐγὼ σοὶ λέγω, σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν’ τουτέστι, τῇ πίστει τῆς ἁποστολικῆς. Trapezuntius, 460 C: “super hanc petram aedificabo ecclesiam meam”, id est fidem atque confessionem.”

382–389 *Augustinus ... Christi Serm.* 76, I sq., Migne PL 38, 479 sq.

389 *Retractationum* Aug. *Retract.* I, 21, I, CCSL 57, p. 62.

395 *Origenes Comm. in Mt.* XII, 10, GCS 10, p. 84.

397 *Franciscum* St. Francis of Assisi (Chomarat, *Érasme. Oeuvres choisies*, p. 472, n. 1).

401–406 *Cyprianus ... ibimus Epist.* 59, 7, 3, CCSL 3C, p. 348 (*Epist.* I, 3, in the edition by Er.): “Petrus tamen ... ecclesia vnus pro ... Domine, ad quem imus?”; cf. *Iob.* 6, 68 (Vg.): “Domine, ad quem ibimus”.

407 *Hieronymus Epist.* 15, 2, 1, and 41, 2, CSEL 54, pp. 64 and 312. Er. may have added “Similiter ... Christi” (l. 406 sqq.) in 1527

under the influence of Stun.; cf. supra, p. 247, n. ll. 374–412.

413 *Origenes Comm. in Mt.* XII, 11, GCS 10, p. 86.

416 *Lactantius* Ven. Fort. *Carmina*, III, 9: *De Pascha*, 79, MGH (auctorum antiquissimorum) 4, 1, p. 61. A number of verses from this poem, wrongly ascribed to Lact., are sung in cloisters by meditative orders at Easter, under the name ‘Salve feste dies’.

420–421 *solutum in coelis* The reading of *Nov. Test.* and some manuscripts of *Vg.*; others read “solutum et in caelis”.

422–423 *Mandavit ... edixit* Modern editions of *Vg.* read “praecepit”; *Nov. Test. A*: “mandavit”; B–E: “edixit”. *Ps.* 105 (106), 33: “distinxit” (*Ps.* 65 (66), 14: “distinxerunt”).

424 “Ὅτι” Cf. supra, p. 110, n. ll. 41–43.

426–446 *Quanquam ... denominatum est* The additions from 1519 may be explained by criticism from Lee; cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei*, LB IX, 137 sq. Rummel, *Catholic Critics*, I, p. 226, n. 51.

427 *Origenes In Comm. in Mt.* XII, 15–19, GCS 10, pp. 100–112, “quoniam ipse est Christus” (ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός) occurs 6 times, “quoniam ipse erat Christus” 3 times, and “quia ipse esset Christus” (ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός) once.

erat esse Iesum, quod vocabulum erat hominis haud dubium quin id temporis sexcentis commune. At Messiam esse magnum erat. [B] Alioqui perinde fuerit ac si legas ‘vt nemini dicerent se esse Iesum Christum’. Etenim quo minus huc confugiamus, vt dicamus accipi posse, ne cui dicerent quod Iesus esset Christus, obstat primum pronomen *ipse*, deinde etiam ipse sermonis ordo. Neque enim quisquam ita loquitur: ‘Nemo credit quod fuit Plato Christianus’. [D] Sed nemo credit quod Plato fuit Christianus. [B] Quanquam hoc sane mollius est aliquanto quam quod hoc loco legimus. Nescio an hic *Iesus* non pro vocabulo hominis proprio, sed pro Seruatore sit positum, vt intelligamus illum vetuisse, ne se dicerent esse Seruatorem Messiam. Neque enim, opinor, Iesus siue Iosuah simpliciter seruatoresonat Hebraeis, sed a salute denominatum est. [A] Ac mox

[21] Quia oportet ire. Ὅτι. ‘Quod oporteret se abire’ aut ‘quod sibi esset abundum’. A senioribus. Πρεσβυτέρων. Haud scio an rectius fuerit Graecam vocem relinquere: ‘a presbyteris’, quemadmodum ante fecit. Quandoquidem hic honoris vocabulum est potius quam aetatis. Ac paulo inferius

[22] Et assumens eum. Καὶ προσλαβόμενος, ‘et apprehensum eum’, nimirum vt solent familiarius aliquid dicturi. Increpare eum. Idem verbum quod aliquoties vertit *comminari*, [B] nimirum ἐπιτιμᾶν. [A] Absit a te, Domine. Hieronymus annotauit significantius esse quod legitur a Graecis, Ἰλεώς σοι, Κύριε, id est: ‘propitius tibi, Domine’, vt subaudias ‘esto’ aut ‘sis’. [B] Ad hunc modum legisse Origenem homilia in Matthaeum prima declarat interpres et hunc secutus Chrysostomus, homilia quinquagesimaquinta ac rursus octogesimatercia. [D] Nec dissonat Theophylactus. [A] Atque ipsa verbi omissio facit ad affectum Petri, [B] vehementer quod dictum erat, abominantis. [A] Est autem sermo abominantis peculiaris Hebraeis. Mihi magis videtur subaudiendum ‘sit tibi Deus’ quam ‘sis’; quanquam ita visum est Hieronymo. [B] Augustinus in Psalmum trigesimum quartum legit *Propitius tibi esto, non fiet istud*. Item sermone de verbis Domini ex Matthaeo xiii. Rursum libro aduersus Faustum xvi., capite decimoseptimo. [A] Ac mox

[23] Vade retro Satana. Ὑπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, id est: ‘abito post tergum meum, Satana’. Ἰϥϣ Hebraeis sonat aduersarium. Vnde Petrum Satanam vocat, non diabolum intelligens, sed quod humano affectu aduersaretur consilio diuino. Ac totidem pene verbis nunc repellit Petrum quibus ante tentantem diabolium. [B] Illud indicauit Origenes, hoc loco dici Petro: ‘vade post me’. Caeterum apud hunc ipsum Matthaeum capite quarto diabolo tantum dici: Ὑπαγε – id est ‘abi’ –, nec addi ‘post me’, quod obedientiae sit ire post Christum. Id autem in apostolos quadrat, non in diabolium, quemadmodum et illic admonuimus; licet haec differentia nec in Graecis codicibus nec in nostris satis constanter obseruatur, haud scio an incuria scriptorum. [A] Scandalum es mihi. Mirum quam haec quoque Graeca vox placuerit Christianis, quae nobis obstaculum seu impedimentum sonat, vt testatur et Hieronymus in Dialogo aduersus Pelagianos, σκῶλον et σκάνδαλον, a ruina dictum, quod occasio sit cadendi, si quid obstat eunti, et σκάζω, ‘claudico’, quod claudus inflectens se videatur tendere ad rui-

nam. Vertere poterat 'obstaculo mihi es', etiam si Graece est μου, non μοι, id est 'meum', non 'mihi'.

[26] Quam dabit homo commutationem? Ἡ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; Hic ἀντάλλαγμα vocat id quo dato redimitur aliquid, iuxta priscorum commercia, quae non moneta, quemadmodum hodie, sed mutua rerum permutatione constabant. Est igitur sensus omnium rerum iacturam esse faciendam citius quam vitae. Quae si semel pereat, nihil est tam charum, cuius permutatione possis illam redimere, quicquid dederis. Proinde nos vertimus *Aut quid dabit homo, quo redimat animam suam?* Sane animam vitam appellat; quemadmodum et Horatius: *animaeque magnae prodigium Paulum*. [B] Et in hunc certe sensum interpretatur Origenes. [C] Sumitur enim similitudo a vita corporis, quae cuique charissima est, ad vitam animi, quam oportet esse multo chariorem.

[28] [A] De hic stantibus. Nonnulli Graeci codices habebant τῶν ὧδε ἐστῶτες, id est: 'sunt quidam inter hos qui hic sunt, stantes' siue 'sunt aliquot praesentium stantes'. [B] Vt articulus τῶν referatur ad aduerbium ὧδε, quemad-

466 ἰψῷ C-E: ἰψῷ A B.
482 αὐτοῦ B-E: αὐτοῦ A.

486 cuius permutatione B-E: quo A.

444-445 *Seruatore ... Seruatorem* Cf. infra, p. 465, n. ll. 514-515.
447-448 Ὅτι ... *abeundum* Cf. supra, p. 110, n. ll. 41-43. *Nov. Test.*: "quod oporteret ipsum abire Hierosolymam".
448-449 *Haud ... fecit* In modern editions of Vg. πρεσβύτερος is translated with forms of "presbyter" in *Act.* 14, 23, and 15, 2, 1. *Tim.* 5, 17 and 19, *Tit.* 1, 5 and *Iac.* 5, 14, but nowhere in the Gospels.
453 ἐπιτιμᾶν Cf. supra, p. 176, l. 613, ad *Mt.* 8, 26.
454 *Hieronymus Comm. in Mt.* III, 16, 22, *CCSL* 77, p. 144: "Absit a te Domine", vel vt melius habetur in Graeco, Ἰλεώς σοι κύριε, hoc est: propitius sis, Domine".
455 *propitius ... sis* *Nov. Test.*: "propitius tibi sis, Domine".
455-456 *Ad hunc ... interpres* *Orig. Comm. in Mt.* XII, 21, *GCS* 10, p. 116: "propitius esto tibi, Domine".
457 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 54 (55), 3, and 82 (83), 3, *Migne PG* 58, 536 and 741, *Trapezuntius*, 462 C and 667 A.
458 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 16, 22, *Migne PG* 123, 321 B.
461 *Hieronymo* Cf. supra, n. l. 454.
461 *Augustinus Enarr. in Ps.* 34, 1, 8, *CCSL* 38, p. 306, *Serm.* 76 (former numbering: *De ver-*

bis Domini, 13), 2, 3, *Migne PL* 38, 480, and *Contra Faust.* XVI, 17, *CSEL* 25, p. 459.
465-466 *abito ... Satana* *Nov. Test.*: "Abi post me, satana".
468 *ante Mt.* 4, 10; cf. supra, p. 126, l. 420 sqq.
469-474 *Illud ... scriptorum* Added under the influence of Lee; cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *LB IX*, 136 A-F, where Er. also refers to *Orig. Rummel, Catholic Critics*, 1, p. 105 sq.
469 *Origenes Comm. in Mt.* XII, 22, *GCS* 10, p. 118.
473 *licet* Construed with an indicative; v. supra, p. 43, introd., §8b.
476 *Hieronymus Dialog. adu. Pelag.* II, 15, *CCSL* 80, p. 74: "nisi fallor, enim, σκῶλον et σκάνδαλον apud Graecos ex 'offensione' et 'ruina' nomen accepit".
486 *nos* *Nov. Test. A; B-E*: "Aut quid dabit homo, cuius permutatione redimat animam suam?"
488 *Horatius Carm.* I, 12, 37 sq.
489 *Et in hunc ... Origenes* Added in 1519 following criticism by Lee; cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *LB IX*, 136F-137F sqq. *Rummel, Catholic Critics*, 1, p. 226, n. 51.
489 *Origenes Comm. in Mt.* XII, 28, *GCS* 10, p. 131.
493-494 *sunt ... stantes* *Nov. Test.*: "sunt quidam hic stantes".

495 modum dicimus: τοὺς νῦν, τοὺς πάλαι. Origenes homilia tertia nonnihil philosophatur de *stantibus*, quasi non omnes steterint, sed ii duntaxat qui affixi essent Christo, quasique non omnes essent visuri regnum Dei.

[A]

EX CAPITE DECIMOSEPTIMO.

[1] [B] Et post dies sex. De numero dierum consentit Marcus cum Mat-
500 thaeo, cum Lucas tradat octo ferme dies intercessisse; id ita explicat Chrysostomus, vt dicat Matthaenum ac Marcum eos tantum dies supputasse qui medii intercesserant inter sermonem habitum et montem aditum, Lucam vero duos etiam extremos imputasse, nempe eum quo prior habitus est sermo, et eum quo montem conscenderunt. [A] Assumpsit Iesus. Παραλαμβάνει, id est 'assumit', praesentis temporis. Item paulo post duxit illos, ἀναφέρει αὐτούς, id est: 'subducit illos' siue 'abducit eos'. Nec est

[2] Resplenduit, sed ἔλαμψεν, id est 'fulsit' siue 'splenduit', non ἀπέλαμψεν. Ad haec in omnibus, quae quidem ego viderim, Graecis exemplaribus scriptum erat non sicut nix, sed ὡς τὸ φῶς – id est 'sicut lux' –, [D] consentiente etiam
510 aeditione Hispaniensi. [A] Vnde videri poterat errore scribae 'lux' mutatum in
LB 91 nix, nisi tantus esset Latinorum codicum consensu, praesertim cum alius euangelista meminerit fullonis, cuius ars est candidare vestes. [D] Apud Theophylactum contextus habet 'sicut lux', ex commentariis non liquet quid legerit, ne ex Chrysostomi quidem aut Hieronymi. Inter colores plurimum lucis habet albus,
515 et quae lucent, candida dicuntur, veluti luna. Faciem Domini comparauit soli, qui solus aureus est, vestimenta lumini reliquo, quod candorem habet, quam obscuratur a sole. [A] Quanquam Valla de his verbosius argutatur; quae si quis cupiat cognoscere, [B] et si quid videbuntur ad Euangelii sensum facere, [A] sunt in promptu. [B] Dubium non est quin Origenes legerit *sicut lumen*, homilia
520 tertia, non dissimulans interim apud Marcum non luminis, sed niuis fieri comparisonem. Itidem citat homilia xxx. [A] Et

[3] Cum eo loquentes. Συλλαλοῦντες magis sonat confabulantes, vt familiare colloquium intelligamus. [C] Et hoc loco rabula quispiam publicitus apud populum detulit Erasmi nomen, qui scripsisset Euangelia nihil aliud esse quam
525 fabulas aniles, cum ego nihil aliud annotassem quam Graecae vocis proprietatem neque mutarim in vertendo verbum colloquendi. Et hic tamen erat insignis cultu dominicali, baccalaureus sacrosanctae theologiae, doctrinae euangelicae praeco. Non miror inter tot huius ordinis milia existere talia portenta; illud miror, non compesci a caeteris huiusmodi labes ac dedecora, non solum ordinis sui, verum
530 etiam totius populi christiani. [A] Pauloque post

[4] Respondens autem Petrus. Ἀποκριθεὶς. Abutitur et alias hoc verbo, cum nihil praecesserit ad quod respondeat.

[5] [D] In quo mihi complacui. Ἐν ᾧ εὐδόκησα. Quod Cyprianus ita reddit: *in quo bene sensi*; itidem Irenaeus. [B] Ipsum audite. Iam iterum ea
535 vox audita summam auctoritatem arrogat Christo, vnum hunc doctorem creauit

ipse Deus Pater. Hoc autoritatis nulli theologorum, nulli episcoporum, nulli pontificum aut principum tributum est. Non quod his non sit parendum, sed quod Christo praecipue, et ob Christum illis, si modo Christo digna praecipient, et si sequentur eorum vestigia de quibus dictum est: *qui vos spernit, me spernit et qui vos audit, me audit*. At nunc videmus dormitari passim ad Christi doctrinam, ceu

540

511 nisi ... praesertim *D E*: nisi secus et legeret et interpretaretur Hieronymus atque item

Chrysostomus, praesertim *A-C*.

495 *Origenes Comm. in Mt.* XII, 32, *GCS* 10, p. 139.

499-500 *Marcus ... Lucas Mc.* 9, 2, *Lc.* 9, 28.

500-501 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 56 (57), 1, Migne *PG* 58, 549.

504-506 *Assumpsit ... eos* Modern editions of *Vg.* read "assumpsit" or "assumit ... ducit illos"; *Nov. Test.*: "assumit ... subducit illos".

507-510 *Resplenduit ... Hispaniensi* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 816, col. 1: "Graece est 'splenduit' siue 'fulsit', quod mihi videtur maius quiddam esse quam 'splenduit' aut 'refulsit'; nam 'splendere' aut 'fulgere' est splendorem ac fulgorem in se habentis, 'resplendere' vero ac 'refulgere' est aliunde accipientis splendorem atque fulgorem, ἔλαμψε; neque legendum est 'nix', sed 'lux, ὡς τὸ φῶς". *Nov. Test.*: "splenduit facies eius sicut sol". The *Complut.*: ὡς τὸ φῶς, "sicut nix".

511-512 *alius ... fullonis Mc.* 9, 3.

512-513 *Theophylactum* Theophyl. quotes in *Enarr. in Mt.* 17, 2, Migne *PG* 123, 325 B: Καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς.

514 *Chrysostomi Hom. in Mt.* 56 (57), 1, Migne *PG* 58, 549, contains ὡς τὸ φῶς as a quotation from the text of *NT*, Trapezuntius, 476 A, writes "sicut nix".

514 *Hieronymi Hier. Comm. in Mt.* III, 17, 2, *CCSL* 77, p. 147, quotes "Et resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix".

517 *Valla* V. supra, n. ll. 507-510.

519-521 *Dubium ... homilia xxx* Addition from 1519 under the influence of Lee; cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 138 DE.

519 *Origenes Comm. in Mt.* XII, 38, *GCS* 10, p. 154 sq. reads four times: "vestimenta sicut lumen"; XII, 39, *GCS* 10, p. 156: "tunc secundum Marcum 'vestimenta eius splendida et candida fiunt sicut nix ...'"; *Comm. in Mt. series*, 100, ad *Mt.* 26, 48-50, *GCS* 11,

p. 218: "resplenduit facies eius tamquam sol".

523-530 *Et hoc loco ... christiani* As is apparent from Ep. 948, ll. 73-79, a reaction to criticism by someone who according to Allen, n. l. 73, was a Dominican of Leipzig. In the marginal notes of a copy of Mosellanus' *Oratio de variarum linguarum cognitione paranda* (Leipzig, 1518) he is identified as Johannes Löblein, who thought that 'confabulari' meant "to tell tales" (Rummel, *Catholic Critics*, 1, p. 129).

525 *proprietatem* V. supra, p. 48, introd., §10.

531 *alias* Cf. supra p. 204 sq., n. ll. 272-274.

533 *In quo mihi complacui* V. infra, p. 479, n. ll. 901-902.

533 *Cyprianus* Cf. supra, p. 122, l. 346.

534 *Irenaeus* Cf. supra, p. 122, l. 349.

534-549 *Ipsum audite ... haberetur* Cf. *Loca*, p. 240: "pag. 70. circa medium, *Ipsum audite* subitico. Iam iterum ea vox audita etc. sonant mea verba quasi ante in baptismo audita sit eadem vox, ipsum audite, quum apud nullum euangelistam addatur haec particula vbi describitur Dominus baptizatus a Ioanne, sed in monte vbi transfiguratus est. Licet ecclesia in epiphaniis publice canat in Responsorio. In columbae specie Spiritus Sanctus visus est, paterna vox audita est, hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui, ipsum audite. Quin et diuus Bernardus in sermone quodam de epiphania Domini philosophatur in his verbis, ipsum audite, agens de baptismo Christi. Itaque credendum apparet, hanc particulam etiam tum additam a patre, licet euangelistae non expresserint: aut si non fuit addita, tamen ipse sensus eam includit. In hoc enim Pater manifesto testimonio commendat filium suum, vt illius doctrinae fides haberetur".

536 *Hoc autoritatis* Cf. supra, p. 42, introd., §8b.

539-540 *qui vos spernit ... audit* *Lc.* 10, 16.

crassam ac rudem, et concionis auribus inculcari quid dixerit Scotus, quid Thomas, quid Durandus, et pluris fieri inter monachos quid statuerit Benedictus aut Bernardus aut Franciscus, quam quid is docuerit de quo vno vox Patris audita est: *ipsum audite*. Illi ferre non possunt, si quis verbulo eleuet Dominici aut Francisci autoritatem, et nos feremus aequo animo seruulos anteponi Domino? [E] Illud obiter admonendum, vbi narratur vox haec Patris audita iam baptizato Domino, non additur ab euangelistis *ipsum audite*, probabile tamen et hanc partem non abfuisse, et si non fuisset prolata, sensus eam includit. In hoc enim manifesto testimonio commendat Filium suum, vt illi fides haberetur. Vnde cultus ecclesiasticus in Epiphaniis canit publicitus: *Spiritus Sanctus visus est, paterna vox audita est, hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite*. [A] Caeterum quod aiunt sese ex scribis audisse, id legitur in calce Malachiae: *Ecce mittam vobis Heliam prophetam, antequam veniet dies Domini magnus et horribilis, et conuertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum; ne forte veniam et percutiam terram anathemate*. [B] Porro quod hic scribarum fit mentio, non sic est accipiendum, quasi quorumlibet scribarum partes fuerint ex prophetarum oraculis respondere, sed erat hominum genus quos Hebraei suo quodam nomine vocant, quorum haec erat professio, vt quemadmodum olim apud Romanos in rebus dubiis ex Sibyllae libris per aruspices responsa petebantur, ita isti consulti ex prophetarum libris responderent, quos et Herodes consuluisse narratur.

[10] [A] Heliam oportet primum venire. Ἐλθεῖν πρῶτον, id est ‘venire prius’. Hic certe faciendum erat quod alias facit, vt superlatiuum verteret per comparatiuum. Sentiunt enim Heliam venturum, antequam veniret Christus.

[14] Genibus prouolutus. Γονυπετῶν. Graecis vnica dictio est, perinde sonans quasi dicas: ‘accidens ad genua’. Et aliquanto post

[17] Incredula et peruersa. Διεστραμμένη, id est ‘distorta’; ac recte sane vertit, modo recte intelligatur. [B] Peruersum enim proprie dicitur quod a rectitudine deflexum est. [A] Quousque ero. Ἔως πότε ἔσομαι, id est ‘quousque tandem’. Nec enim ociosa est expletia coniunctio, sed impatientiam quandam taedii indicat. Rursus aliquanto post

[18] Et increpauit eum. Ambigit et Hieronymus vtro referendum sit *eum*, ad hominem an ad daemonium. [E] Quum enim ait: *siue*, subindicat variam sententiam. [A] Mihi magis videtur ad daemonium pertinere. Vnde vertendum erat ‘illud’, non *illum*; [E] certe ad daemonium refert Chrysostomus in Cathena Aurea, et hunc sequutus Remigius. Theophylactus ad puerum refert. Ex Origene et caeteris parum liquet. Illud constat, Christum nusquam increpare daemonicos, daemones frequenter. [A] Nam in eo quod sequitur,

[19] Quare nos non potuimus eiicere illum? apparet librariorum errore factum, vt *illum* scriptum sit pro ‘illud’. Est enim Graece αὐτό, et daemonium praecessit.

[20] Transi hinc. Omissa est apud nos vna vox, μετάβηθι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, id est: ‘transi hinc illuc’, [B] licet alterum aduerbium non reperiam apud Chryso-

stomum; [D] omissum arbitror ab interprete; certe apud Theophylactum est, [E] quemadmodum et apud Origenem. [A] Nec est

552–555 Caeterum ... anathemate *inter* 564
Christus et 565 Genibus *posuit* A.
552 ex scribis audisse E: ex pharisaeis accidisse
A, ex pharisaeis audisse B–D.

541–542 Scotus ... Durandus Cf. supra, p. 9 sq.,
introd., §4, infra, p. 303, l. 808 sq., and
Rummel, *Annotations*, p. 76 sqq.

543 Bernardus In Epiphania Domini sermo 1,
Opera (Rome, 1955–1977), 4, p. 299; cf.
supra, p. 253, n. l. 534.

550–552 Spiritus ... *audite* This text occurs in
the *Missale Romanum* in the celebration of
the Transfiguration on the second Sunday of
Lent; so “Epiphaniis” refers to the Transfigu-
ration, not January 6th.

552–553 Malachiae *Ml.* 4, 5 sq. (3, 23 sq.):
“veniat” – just as supra, p. 200, l. 209 –
instead of “veniet”.

560–561 isti ... *narratur* *Mt.* 2, 4–6.

562–570 venire prius, *distorta* and *quousque tan-*
dem The readings in *Nov. Test.*

570 *expletiva coniunctio* V. supra, p. 45, introd.,
§9.

572 Hieronymus *Comm. in Mt.* III, 17, 18,
CCSL 77, p. 152.

575–576 *Cathena Aurea* Thomas Aquinas,
Catena Aurea, Guarienti, I, p. 263, col. 1:
“Chrysostomus in Matth. (hom. 58). Post-
quam enim discipulos excusauerat, ducit
patrem pueri ad spem benignam credendi,
quod ab hoc malo eripietur; et ut inducatur
pater ad fidem futuri miraculi, videns dae-
monem tumultum pati ex hoc solum quod
vocabatur, increpauit eum; vnde sequitur ‘Et
increpauit eum Iesus’. Non ille qui patiebatur,
sed daemon increpatur. Remigius. In
quo facto reliquit exemplum praedicatoribus,
vt vitia persequantur, homines vero
subleuent”. This text of Thomas is more of a
paraphrase (cf. supra, p. 161, n. l. 202) than
a translation of Chrys. *Hom. in Mt.* 57 (58),
3, *Migne PG* 58, 561: καὶ ὑπὲρ τῶν μαθητῶν
ἀπολογούμενος, ἀκείνον ἄγων εἰς ἐπίδα
χρηστὴν, καὶ τοῦ πιστεῦσαι, ὅτι ἔσται αὐτῷ
ἀπαλλαγὴ τοῦ κακοῦ. Καὶ ἀφίησιν αὐτὸν
σπαράττεσθαι, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν (ἐπειδὴ γοῦν
ὄχλος συνήγετο, καὶ ἐπετίμησεν αὐτῷ) ἀλλὰ
δι’ αὐτὸν τὸν πατέρα· ἵν’ ὅταν ἴδῃ θορυβούμε-
νον τὸ δαιμόνιον ἀπὸ τοῦ κληθῆναι μόνον, κἂν
οὕτως ἐναχθῆ εἰς τὴν πίστιν τοῦ ἐσομένου
θαύματος.

576 Remigius Remigius of Auxerre (c. 841 – c.

553 veniet B–E: veniat A.

569 πότε LB: ποτὲ A–E BAS.

572 increpauit B–E: increpuit A.

580 illud B–E: illo A.

908). 12 *Homiliae in Mt.* by him are to be
found in Migne *PL* 131, 865–892, but the
others have only come down in manuscript
(*LThK* 8, p. 1224). “In quo facto ...
subleuent” (v. the preceding note) is a
somewhat free quotation by Thomas Aquinas;
the earliest MS., Einsiedeln 181 (188; s.
XI inc.), reads on p. 467 (recte, p. 408): “Et
sciendum quia Dominus non hominem, sed
daemonium increpauit; in quo facto reliquit
exemplum suis praedicatoribus, vt indi-
gnando et irascendo vitia persequantur,
homines vero amando et docendo
subleuent”. This quotation was kindly pro-
vided to me by Mr. P.W. Tax (Chapel Hill,
N. C., U.S.A.), who is preparing an edition
of the *Comm. in Mt.* for *CCCM* and thinks
that it is wrongly attributed to Remigius
(Remigius of Auxerre’s *Psalms Commentary* and
the *Matthew Commentary* attributed to him.
*Questions of Authenticity in L’École carolin-
gienne d’Auxerre de Murethach à Remi,
830–908, 7èmes Entretiens d’Auxerre 1989,*
publiés par D. Iognat-Prat et autres, Paris,
1991, pp. 413–424).

576 Theophylactus *Enarr. in Mt.* 17, 15–17,
Migne PG 123, 333 A.

576 Origene Orig. does not discuss *Mt.* 17, 18,
in *Comm. in Mt.* XIII, 7, *GCS* 10, p. 196 sqq.

580 and 583 illud and *transi hinc illuc* The read-
ings in *Nov. Test.* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1,
p. 816, col. 2: “‘Transi hinc illuc’ dicendum
est”.

583–584 Chrysostomus Chrys. *Hom. in Mt.* 57
(58), 3, *Migne PG* 58, 562, quotes *Mt.* 17,
20b, as follows: Μετάβηθι, καὶ μεταβήσεται.
Thus Trapezuntius (487 D: “dicetis monti
huic: Transi hinc, et transibit”) could not
omit anything and Er. did not know the
Greek text when he added this.

584 Theophylactus *Enarr. in Mt.* 17, 18–20,
Migne PG 123, 333 A.

585 Origenem *Comm. in Mt.* XIII, 7, *GCS* 10,
p. 198: μετάβα ἐνθεν (δηλονότι ἀπὸ τοῦ
πάσχοντος ἀνθρώπου) <ἐκεῖ> (ἐπὶ τάχα τὴν
ἄβυσσον) καὶ μεταβήσεται (ἐκεῖ is a con-
jecture by Klostermann).

LB 93 | [21] Non eiicitur, sed οὐκ ἐκπορεύεται, id est: ‘non egreditur’. [B] Interpres
legisse videtur ἐκβάλλεται et ad sensum haud magni refert. [A] Porro quod ἐν
προσευχῇ καὶ νηστείᾳ – id est ‘in oratione et ieiunio’ – transtulit *per oratio-*
nem et ieiunium, bene mutauit Hebraicam figuram. Nam Hebraei כַּחַשׁ – id est
590 ‘in’ –, vt חַשְׁתְּ בַיַּד, ‘in manu forti’, בַּיהוָה, ‘in Domino’, vtuntur pro ‘per’, vt iam
admonui.

[24] Qui didragmam accipiunt. Bis in vnica dictione peccamus, et quod
per g scribimus, cum sit per ch scribenda, et quod singulari numero ac genere
foeminino proferimus quae est neutri et pluralis; quae vox emendate legitur in
595 aureo codice atque etiam in Donatiani voluminibus atque etiam Constantiensi.
Siquidem est Graecis τὰ δίδραχμα. Ait enim: *accipiunt*, vt intelligas eos solitos a
singulari accipere, et idcirco absolute dixit multitudinis numero. Est enim Graecis
δραχμή – id est ‘drachma’ –, nomismatis genus, nempe sex continens obolos,
minae Atticae centesima pars. Inde didrachmum nomismatis vocabulum duplum
600 drachmae, et tridrachmum et tetradrachmum. Quorum omnium meminit Iulius
Pollux libro De rerum vocabulis nono. Et quod continenter sequitur, non
soluit didrachma, *soluit* praesentis est temporis, τελεῖ, vt intelligamus exac-
torem illum non hoc percontari, num Iesus iam soluisset vectigal, sed deberetne
soluere, et an illius esset soluere. Alioqui mentitus erat Petrus, qui responderit
605 Ναί, id est ‘etiam’. Caeterum quae Lyranus nugatur hoc loco de didrachma ex Isi-
doro et Papia, quis posset absque risu legere?

[25] Praeuenit illum Iesus. Προέφθασεν, id est ‘occupauit’ siue ‘anteuertit’.
Indicat enim Petrum ea de re Iesu locuturum fuisse, sed ille non expectata
oratione Petri anteuertit. Nec est tributum, sed ‘tributa’, τέλη. Nam quod
610 addit κῆνος, Latinam vocem Matthaeus, aut huius interpres, vsurpauit, nimi-
rum quod res esset Latinorum, et solent plerunque res peregrinae et aliunde
inuectae suae gentis vocabula secum adducere. Porro

[27] Στατήρ, tametsi ponderis quoque modus est, quem Hebraei שֶׁקֶל
vocant, hoc sane loco nummum significat qui quatuor continebat drachmas.
615 Nam cum didrachmum exigeretur a singulis, Iesus *staterem* reddi iussit, duorum
nomine, suo ac Petri. Qua quidem ex re mox nata est inter discipulos disceptatio
quis primas teneret in regno coelorum, quod Petrus aequatus Christo, caeteris
antepositus videretur. [B] Illud obiter annotare visum est, etiamsi ad hoc institu-
tum proprie non pertinet, non satis intelligi mihi quid sibi velit quod in hunc
620 locum scribit Hieronymus: *Dominus noster et secundum carnem et secundum spiri-*
tum filius regis erat, vel ex Dauid stirpe generatus vel omnipotentis verbum Patris.
Ergo tributa quasi regum filius non debebat; sed qui humilitatem carnis assumpserat,
debeuit adimplere omnem iustitiam. Nos infelices, qui Christi censemur nomine et
nihil dignum tanta facimus maiestate. Ille [D] propter eximiam charitatem [B] pro
625 *nobis et crucem sustinuit et tributa reddidit, nos pro illius honore tributa non reddi-*
mus et quasi filii regis a vectigalibus immunes sumus. Siquidem videtur Hierony-
mus hoc arrogantiae tribuere, quod ecclesiastici grauentur tributum pendere
principibus, cum hodie summa pietas habeatur pro immunitate clericorum

630 modis omnibus digladiari. Christus testatus se non debere, soluit tamen, at non
 pro suis omnibus, sed pro se duntaxat ac Petro, [D] simul et detrectans solutio-
 nem et obsequens illorum rapacitati. Fortassis illud docens, non dandum quod
 LB 94 non debetur, et tamen, vbi res poscit, aliqua pecuniae iactura redimendam
 ma|gnatum offensam. Possunt et sic accipi Hieronymi dicta: Christus tantus pro
 nobis se submitit, et nos, qui Christi nomine gloriamur et fruimur immunes a
 635 vectigalibus, non respondemus illius erga nos charitati. [B] Augustinus Quaes-
 tione in Matthaeum vicesimatertia ex hoc loco colligit immunitatem Christiano-
 rum, *Quod dixit*, inquit, ‘ergo liberi sunt filii’, in omni regno intelligendum est
 liberos esse filios, id est: non esse vectigales; multo ergo magis liberi esse debent in quo-
 libet regno terreno filii regni illius sub quo sunt omnia regna terrae. Hactenus

589 ב B–E: א A.

592 didragmam D E: didrachmam A–C.

594–596 pluralis ... Graecis D E: pluralis. Est enim Graecis A B. pluralis ... voluminibus. Siquidem est Graecis C.

610 Matthaeus ... interpres D E: Matthaeus A,

Matthaei interpres B C.

611–612 plerunque ... vocabula D E: plerunque peregrina, et aliunde inuecta suae gentis vocabula A–C.

614 drachmas B–E: drachmis A.

623 Nos D E: nosque B C.

586 non egreditur The reading of *Nov. Test.* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 816, col. 2: “Graece est ‘procedit’ siue ‘exit’ siue ‘egreditur’, non ‘eiicitur’”.

587–591 ἐν ... admonui Cf. supra, p. 120, l. 283 sqq.

588 in oratione et ieiunio Included in *Nov. Test.* A, but *Nov. Test.* B–E: “per deprecationem et ieiunium”.

590 בִּיד חֲזָקָה, in manu forti Ez. 20, 33; in Ex. 6, 1 it is translated by “per manum fortem” (cf. LXX: ἐν χειρὶ κραταιᾷ).

590 בַּיהוָה, in Domino 1. Rg. 1, 30 and 2, 8, and 2. Rg. 18, 5.

592 didragmam accipiunt Modern editions of Vg. read “didrachma accipiebant”.

594 neutri Cf. supra, p. 39 sq., introd., §8a. 600–601 Iulius Pollux *Onomasticon*, IX, 60 and 86.

605 Lyranus *Postilla* ad locum: “Capharnaum erat ciuitas principalis in Galilaea: et ideo ibi manebant qui tributum colligebant ex parte Romanorum quibus Iudaea erat subiecta: et quilibet Capitaneus domus soluebat didrachma: et valebat didrachma duplex drachma: Drachma autem est octaua pars vnciae, et valet sex obolos: obolus autem valet quantum vnus parvus turonensis, et sic quilibet Capitaneus soluebat annuatim quasi duodecim turonenses: ista autem possunt colligi ex his quae dicuntur Papias et Isidorus

de ponderibus”. Lyranus refers here to Isid. *Orig.* XVI, 25, 13 (“Dragma octaua pars vnciae est et denarii, pondus argenti tribus constans scripulis”) and to Papias, *Elementarium doctrinae rudimentum* (“Drachma δραχμή, octaua pars vnciae scrupulis tribus constat. haec drachma huius drachmae. Drachma denarii genus vel certum pondus argenti. Didrachina duae drachinae vel mensurae sex scrupuli”). Papias may possibly be a pseudonym for an Italian lexicographer from the 11th century; his *Elementarium doctrinae rudimentum* is an alphabetical, encyclopedic glossary, much used for centuries (it appeared around 1053, first printing Milan, 1476), that drew mainly on the *Liber glossarum* from the 8th century and also on Isid., Boëth. and Prisc. *LThK* 8, 36.

609 tributa The reading of *Nov. Test.*

618–619 institutum V. supra, p. 48, introd., §10.

619 intelligi mihi V. supra, p. 42, introd., §8b.

620–626 Dominus ... sumus Hier. *Comm. in Mt.* III, 17, 26, *CCSL* 77, p. 155; “propter ... charitatem” (l. 624) was added by Er. In *Resp. ad ep. Alb. Pii*, LB IX, 1178 D, Er. objects to Albertus Pius’ criticism of Er.’s reflections on this passage by Hier.

637–639 Quod ... terrae Aug. *Quaest. Ev.* I, 23, *CCSL* 44B, p. 20 (“regna terrena” instead of “regna terrae” in l. 639).

640 Augustinus. Quod si recipimus, nulli Christiani debent vectigal suis principibus, cum omnes sint illius regni filii. Atque haud scio an mutato regno vectigalis quoque genus fuerit mutandum et num Augustinus de hoc agat tributo quod nos principi Christo debemus.

[A]

EX CAPITE DECIMO OCTAVO

645 [1] Quis, putas. Τίς ἄρα μείζων. *Putas* interpres posuit loco coniunctionis expletivae. Et μείζων comparativum superlativi vice positum apparet, cum de pluribus fiat sermo. Certe sic legit Augustinus in homiliis quas aedit in Matthaeum. Ac mox

[2] *Aduocans* paruulum. Προσκαλεσάμενος. Quod toties iam vertit *conuocans*, vt ne quid interim causer de mutato participii tempore. Nec est *paruulum*, sed παιδίον, id est 'puellum', diminutiuum a puero. Etsi non sim nescius alicubi diminutiuum hoc vsurpari pro grandi puero, tamen hoc sane loco non fuerat ociosa diminutio. Facit enim ad emphasim, dum non solum inuitat illos ad imitationem cuiuscunque pueri, sed pueri admodum pusilli. [D] Nec video cur nonnullis puelli vocabulum mollius videatur, cum Prudentius non veritus sit Christum appellare pusionem nec Hieronymus abhorruerit a vocabulo puelli. Cur autem obscoenius sit puellus quam puella? [A] Ac rursum

655 [3] Sicut paruuli. Ὡς παιδία, id est 'sicut puelli'. Atque ita citat diuus Hieronymus enarrans Esaiam. Et iterum

660 [4] Sicut paruulus iste. Ὡς τὸ παιδίον, id est 'vt puellus' [D] siue 'puerulus'. Nam et hoc est apud probatos autores. [A] Illud mirum, interpretem, qui soleat copiam affectare, hoc loco non mutasse 'paruulum'. Praesertim cum paruuli vocabulum non admodum faciat ad sensum Christi. Siquidem paruulus esse potest et qui natu sit grandis, cuiusmodi sunt pumiliones et Pygmaei, quibus a cubitali proceritate nomen est inditum. At hic innocentiam ac simplicitatem intelligi voluit, qua prima puericiae aetas praedita est. [C] Sed huiusmodi quaedam voces illa tempestate fuerant receptae. [A] Nec additur *iste* in plerisque Graecorum exemplaribus, nisi quod articulus τὸ ferme tantundem efficit. Dilucidius autem vertisset in hunc modum: 'Nisi quis se reddiderit humilem, vt est puellus

670 hic – hoc est: 'tantulum quantulus hic puer est' –, et deiiciat semetipsum ad huius modulum'. Caeterum Iesus per humilitatem corporis innuit ταπεινοφροσύνην – hoc est 'animi modestiam' –, et per corporis proceritatem significat animum elatum. Hic maior est in regno. Μείζων, id est 'maximus', vt paulo superius indicauimus. Nam sunt, quorum est Origenes, qui haec ad ipsum Christum pertinere putant, quo vt nihil humiliter fuit, ita nihil maius. Nec ociose videtur additus articulus ὁ μείζων, quasi dicas: 'ille maximus'; ad quem quo quisque propius accesserit, hoc maior erit in regno coelorum. [C] Quanquam et alioqui articulus reddit maximum illum de quo disputabant apostoli.

680 [6] [A] De pusillis istis. Τῶν μικρῶν. Non est eadem vox Graecis quae modo fuit paruulorum, παιδίον. [B] Atque hoc duntaxat loco Origenes, vel huius

potius interpres, legit *pusillis* siue ‘paruulis’, cum in superioribus legat *puerum*.
 [A] Ac paulo post mola asinaria. Μύλος ὄνικος. Significat ingens saxum.
 LB 95 Si|quidem in molis saxum quod substernitur, vt alterum quod circumagitur, sus-
 685 tineat, Graecis ὄνος – id est ‘asinus’ – dicitur, vnde et prouerbium ἀντρονίος ὄνος,
 sicut in Chiliadibus annotauimus. [B] Nec absurdum est tamen quod secutus est
 Hilarius, vt molam asinariam accipiamus quam asellus circumagat. Siquidem
 molae leuiiores, quas trusatiles vocant, hominis manu circumferuntur. Caeterum
 grauiiores a iumentis, quibus occluduntur oculi, aguntur in gyrum. [A] Expressit
 autem supplicii genus peculiare Palaestinis, [D] vt indicat Hieronymus, quod ob
 690 enormia crimina solet exigi. Igitur ex atrocitate poenae crasso populo demonstrat
 culpae magnitudinem. [A] Caeterum in profundum maris. Graece est ἐν τῷ

650 causer C-E: cauller A B.

662 soleat copiam C-E: soleat vel cum sententiae detrimento copiam A B.

662 mutasse paruulum C-E: mutasse suum paruulum A B.

664-665 Pygmaei ... At E: Pygmaei, poeticus

645-646 *Putas ...coniunctionis expletiuae* For “putas”, cf. infra, pp. 315, 470, 551 sq. and 569, l. 123, ad *Mt.* 24, 45, l. 686 sq., ad *Lc.* 1, 66, l. 831 sq., ad *Lc.* 12, 42, and l. 319, ad *Lc.* 18, 8. For “coniunctio expletiva”, v. supra, p. 45, introd., §9.

647 *Augustinus Cons. euang.* II, 61, 119, CSEL 43, p. 221.

650 *conuocans* In *NT* only in *Mc.* 12, 43 and *Lc.* 18, 16. Also *Act.* 5, 40 and 6, 2: “conuocantes”, *Mt.* 10, 1 and 15, 10 and 32, *Mc.* 3, 23 and 8, 1, and *Lc.* 16, 5: “conuocatis”, *Mc.* 12, 43: “conuocata”, and *Lc.* 7, 18: “conuocauit”. Cf. supra, pp. 184 and 240, ll. 810 sqq. and 198 sq., and infra, pp. 384, 418 and 562, ll. 833 sqq., 744 sq. and 126 sq.

651 *puellum* Cf. infra, n. ll. 658-659.

653 *emphasim* V. supra, p. 45 sq., introd., §9.

655 *Prudentius Cathemerinon*, 11, 13.

658-659 *puelli ... Hieronymus* The *Thes. Hier.*, *CLCLT* and *PLD* do not mention any form of “puellus” in Hier.; In *Comm. in Is.* III, 8, 18, *CCSL* 73, p. 118, Hier. quotes *Mt.* 18, 3: “Nisi conuersi fueritis quasi vnus de pueris, non intrabitis in regnum caelorum”. Fest., p. 249 M, and Non. II, 158 M, mention forms of “puellus” in Enn. (*Ann.* 221 = VII, frgm. 4), Lucil. (173), Fest. likewise in Plaut. (frgm. 92), Non. in Lucr. (IV, 1252), and Varro (3 times). It also occurs in Suet. *Cal.* 8, 3. In *Nov. Test.* Er. replaced “puellus” by “puer” since 1522. *Mt.* 18, 1 reads in *Nov. Test.*

populus. At A-D.

673-674 Hic maior ... maius B-E: Hic maior ... 673 Nam sunt qui haec ... 675 quo ... nihil maius inter 696 profunditate maris et 697 Vae homini *posuit* A.

A and C-E: “accersitum puerum”, in B: “accersitum ad se puellum”; 18, 3 in A-E: “sicut pueri”; 18, 4 in AB: “sicut est puellus iste”, in C-E: “sicut est puer iste”; 19, 13 (cf. infra, p. 268, l. 927) in AB: “puelli”, in C-E: “pueri”.

664 *cuiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b. 664 *pumiliones* ‘dwarfs’.

664 *Pygmaei* “A legendary race of dwarfs, usually located in Ethiopia” (*OLD*, s.v.), as Er. writes here, named after the πύγμα, “the distance from the elbow to the knuckles, a measure of length” (Liddell-Scott, s.v.) (c. 46 cm.; Lat. “cubitus”); cf. infra p. 393, l. 109 sqq.

671-673 *Caeterum ... elatum* Cf. infra, p. 464 sqq., l. 516 sqq.

674 *paulo superius* V. supra, p. 258, l. 646 sq.

674 *Origenes Comm. in Mt.* XIII, 18, *GCS* 10, p. 229.

680-681 *Origenes ... pusillis ... puerum* *Comm. in Mt.* XIII, 14-19, *GCS* 10, p. 213-234.

685 *Chiliadibus Adag.* 1468, LB II, 571 E - 572 A.

686 *Hilarius In Mt.* 18, 2, *SC* 258, p. 76.

689 *Hieronymus Comm. in Mt.* III, 18, 6, *CCSL* 77, p. 158.

691-692 *Graece ... mari* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 816, 2: “Ita est Graece ad literam: ‘et demergatur in pelago maris’, hoc est, vt sentio, in alto mari, ἐν τῷ πελάγει τῆς θαλάσσης.”

πελάγει τῆς θαλάσσης, id est ‘in pelago maris’, pro eo quod est ‘in medio mari’. Nam longius a litore solet esse profundius. Quandoquidem qui Graecas tradunt etymologias, pelagus dictum putant, quod sit τῆλε τῆς γῆς, id est ‘procul a terra’, quasi telagus. Certum igitur exitium duabus rebus significat, magnitudine saxi et profunditate maris.

[7] Vae homini per quem. Plerique Graecorum codices addunt ἐκείνω, id est ‘illi’. Et

[8] Abcide eum. Nonnulli codices habebant αὐτά – id est ‘ea’ –, vt ad vtrunque quod praecessit, referatur. Et debilem est κυλλόν, de quo iam dictum est. Significat enim non quouis modo debilem, sed cui altera manus sit detruncata aut alioqui manca. Et rursus

[9] Cum vno oculo Graecis vox est composita, μονόφθαλμον, quod ‘vno-oculum’ dicere poterat siue ‘luscum’, quemadmodum vertit alibi.

[11] Venit enim Filius hominis seruare quod perierat. In nonnullis Graecis exemplaribus haec verba non ascribuntur nec apud Hieronymum [B] in Commentariis [A] horum vlla [D] est [A] mentio. [E] Ne Origenes quidem hanc particulam attingit. [A] In nonnullis contra reperiuntur, velut apud Chrysostomum, Theophylactum et Hilarium. Et

[12] Quae errauit Graecis est τὸ πλανώμενον, id est ‘errantem’. Nec est

[13] Quia gaudebit, sed ὅτι χαίρει, id est ‘quod gaudet’ siue ‘gaudeat’. Ac paulo post

[14] Vt pereat vnus de pusillis istis. Ἐν neutro genere, vt referat παιδίον. Vnde recte vertisset ‘vnus puellus’. Nec est

[15] Lucratus eris, sed ἐκέρδησας, id est ‘lucrifecisti’ aut ‘lucratus fueris’. Quandoquidem peculiaris est huius temporis vsus.

[17] Quod si non audierit. Ἐὰν δὲ παρακούσῃ, id est: ‘quod si auditum neglexerit’, atque idem verbum mox repetitur. [B] Quanquam in nonnullis priore loco erat μὴ ἀκούσῃ, posteriori παρακούσῃ. [A] Ac mox

[18] Erunt soluta et in coelo. Coniunctionem addidit de suo, vt superius indicatum est. [B] In hoc autem mire philosophatur Origenes, quod hic dictum sit: *in coelo*, cum Petro tradantur claves regni coelorum, vt quicquid ille soluerit aut alligauerit in terris, id solutum aut alligatum dicatur in coelis, non in coelo. Et

[19] [A] Iterum dico vobis. Πάλιν, ἀμήν, id est: ‘rursus amen dico’. Neque enim bis dixit idem, sed est initium alterius parabola. ‘Rursus’ autem apud Latinos anceps est, vt apud Graecos πάλιν. At *iterum* [B] apud nos [A] non item.

[22] Vsque septuagesiessepties. Ἐως ἐβδομηκοντάκις ἑπτὰ, id est ‘vsque septuagesiesseptem’; sic enim Graeca ad verbum reddi possunt, vt subaudias peccata aut vitia aut simile quippiam. Nec accipiendus est numerus septuagintasettem duntaxat, sed quadringentorum nonaginta; quandoquidem hanc summam efficiunt septuagesiesseptem, interprete Theophylacto et item Hieronymo. Nam ingentem numerum posuit pro infinito, quem tropum euidenter indicauit Chry-

- 735 *sostomus, quod probabile non sit quenquam toties offensam repetiturum. Ita loquimur: 'trecentos inserte' pro innumeris, et: 'milies audiui'. In eadem sententia fuisse videtur Hilarius, quum ait: Quanto magis oportere ostendit sine modo ac numero veniam a nobis esse reddendam etc. Atqui 'septuagintaseptem' non est numerus infinitus. Allusit autem Dominus ad locum qui est Geneseos quarto.*
- 740 *Vbi Deus comminatur ei qui occiderit Cain, poenam septuplam, Lamech autem ait qui ipsum occidisset, daturum poenas septuagiessepties. Quem numerum Hebraei putant non excedere septuagintaseptem. Itidem Origenes, aut certe*
- 708–709 reperiuntur ... Et *E*: reperiuntur. Et *A*, reperiuntur, velut apud Chrysostomum. Et *B C*, reperiuntur, velut apud Chrysostomum ac Theophylactum. Et *D*.
- 713 vnus *B–E*: vnum *A*.
- 717 quod si auditum *D E*: quod si obaudierit, hoc est auditum *A–C*.
- 719 Ac *B–E*: At *A*.
- 722 vt *D E*: et *B C*.
- 729 septuagiessepties *E*: septuagies septies *A–D*.
- 730 septuagiesseptem *B–E*: septuagies septem *A*.
- 732 quadringentorum *B–E*: trecentorum *A*.
- 733 septuagiesseptem *B–E*: septuagies septem *A*.
- 733 Theophylacto *C–E*: Vulgario *A B*.
- 734–746 infinito ... Rationem ponere *E*: infinito. Ponere rationem. *A*, infinito. Licet 742 Origenes ... 743–744 septuaginta septem. Ponere rationem *B C*, infinito ... 736 audiui. Licet 742 Origenes ... 743–744 septuaginta septem. Ponere rationem *D*.
- 693–694 *qui Graecas ... etymologias Etym. mag.* 659, l. 5 sq.: Πέλαγος: Τὸ μὴ πέλας τῆς γῆς. Ἡ παρὰ τὸ τῆλε καὶ τὸ γῆ, τήλαγός τι ὄν, τὸ πῶρω τῆς γῆς ὄν.
- 697 *Vae homini per quem* The version of *Nov. Test.*; some versions of *Vg.* add "illi".
- 700–701 *de quo ... est* V. supra, p. 242, l. 265 sqq.
- 703–704 *Cum vno ... alibi Nov. Test. A*: "vno-oculus"; *B–E*: "luscus". Er. borrowed from Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 816, col. 2 sq.: "Graeca vox significat vnum haberi oculum, quod possit transferri 'vnooculum', quo vocabulo quidam magni vtuntur, sed vsitatus est dicere: 'luscum'. Melius ergo apud Marcum [*Mc.* 9, 47]: 'Bonum est tibi luscum intrare in regnum Dei. 'Monoculus' an vsquam legerim non memini, 'vnooculum' Varro antiquitus etiam coclitem dictum esse demonstrat".
- 706 *Hieronymum* Hier. says nothing about *Mt.* 18, 11 in *Comm. in Mt.*
- 707 *Origenes* Orig. is silent about *Mt.* 18, 11–13 in *Comm. in Mt.* XIII, 29, *GCS* 10, p. 259 sqq.
- 708–709 *Chrysostomum Hom. in Mt.* 59 (60), 4, *Migne PG* 58, 579.
- 709 *Theophylactum Enarr. in Mt.* 18, 10–11, *Migne PG* 123, 340 C.
- 709 *Hilarium* In *In Mt.* 18, 5, *SC* 258, p. 78, Hil. does not quote *Mt.* 18, 11, but writes:
- "Pusillorum enim angeli quotidie Deum vident, quia Filius hominis venit saluare quae perdita sunt".
- 711 *Quia gaudebit* The reading of *Nov. Test.*, "gaudet", is not preceded by "quia" or "quod".
- 718 *idem ... repetitur Mt.* 18, 16: μὴ ἀκούσῃ.
- 721 *Origenes Comm. in Mt.* XIII, 31, *GCS* 10, p. 270: Οὐ γὰρ ὀλίγη διαφορὰ τὸν Πέτρον εἰληφέναι 'τάς κλειῖδας' οὐχ ἑνὸς οὐρανοῦ ἀλλὰ πλειόνων, [καὶ] ἕνα, ὅσα ἐὰν δήσῃ 'ἐπὶ τῆς γῆς', ἧ δεδεμένα οὐκ ἐν ἐνὶ <μόνον> οὐρανῶ, ἀλλ' ἐν πᾶσιν οὐρανοῖς ("Non ergo modica differentia est, quod Petro quidem datae sunt 'claves' non vnus caeli, sed multorum 'caelorum', vt quaecumque ligauerit 'super terram', sint ligata non tantum in vno caelo, sed in omnibus 'caelis'").
- 733 *Theophylacto Enarr. in Mt.* 18, 21–22, *Migne PG* 123, 344 D – 345 A.
- 733 *Hieronymo Comm. in Mt.* III, 18, 22, *CCSL* 77, p. 163.
- 734–735 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 61 (62), 1, *Migne PG* 58, 589.
- 736 *trecentos inserte* Hor. *Serm.* I, 5, 12: "trecentos inseris".
- 736 *milies audiui* Ter. *Eun.* 422.
- 737 *Hilarius* In *Mt.* 8, 10, *SC* 258, p. 86.
- 739 *Geneseos Gn.* 4, 15 and 24.
- 742 *Origenes Comm. in Mt.* XIV, 5, *GCS* 10, p. 281 sqq.

huius interpres, in calce homiliae sextae videtur accipere simpliciter errata septuagintaseptem. Maior numerus bene conuenit in condonando, at in vlciscendo non item.

745

[23] Rationem ponere. Συνᾶραι, id est ‘conferre’ ac simul ‘subducere’ aut ‘suscipere computum’. Nam id hoc loco significat ratio. Ea tollendis calculis conficiebatur, aut certe explicandis aut complicandis digitis. Vnde et Terentius *subducta ratione* dixit. Nam quod

LB 97

| [24] Decem milia talenta, dixit pro ‘talentorum’, Latinitatis duntaxat iniuria factum est sensu incolumi. Et mox

751

[25] Non haberet vnde redderet. Μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, id est: ‘cum non posset autem soluere’. Siquidem ἔχω additum verbis infinitis plerunque significat ‘possum’. Latinissime dixisset: ‘cum non esset soluendo’. Pauloque post

755

[26] Rogabat eum dicens. Vetustissimi codices Latini scriptum habebant ‘orabat’; plerique Graeci προσεκύνει, ‘adorabat’, [B] pro eo quod est ‘supplicabat’; quod supplices contacta gena et genu velut adorabant, obtestantes per numen cui supplices curae sunt; [A] nonnulli παρεκάλει, id est ‘obsecrabat’. Et patientiam habe Graece est μακροθύμησον, id est ‘longanimis esto’ [B] siue ‘leni animo’; [D] pro quo multi legunt ‘magnanimus’, et pro μακροθυμία ‘magnanimitas’. Nam inter se natura cohaerent ‘magno esse animo’ et ‘leni’, quod vindictae cupiditas arguat pusillum animum.

760

[27] [A] Et debitum dimisit. Τὸ δάνειον ἀφῆκεν, id est: ‘mutuum remisit’ siue ‘aes alienum remisit’. Ac paulo post

765

[28] Et suffocabat eum. Et dilucidius et fidelius erat κρατήσας αὐτὸν ἐπνίγειν, id est: ‘iniecta illi manu, obtorto collo trahebat’. Id enim est κρατεῖν et πνίγειν hoc loco. Nam κρατεῖν pro ‘iniicere manum’ et alias vtuntur euangelistae. Porro quod addit πνίγειν, pertinet ad vi trahentem, vel in carcerem vel ad iudicem. Item

770

[31] Narrarunt. Διεσάφησαν, id est ‘indicarunt’ siue ‘aperuerunt’ aut ‘prodiderunt’. Rursus

[32] Serue nequam. Πονηρέ, id est ‘male’ siue ‘sceleste’. Verum huiusmodi permulta praetereo sciens, ne [B] morosiore diligentia [A] molestus sim lectori. Ac mox omne debitum remisi tibi. Πᾶσαν τὴν ὀφειλὴν ἐκείνην ἀφῆκα, id est: ‘totum illud debitum remisi’. Ac subinde

775

[35] De cordibus vestris. Hic addunt Graeci τὰ παραπτώματα αὐτῶν, id est ‘errata ipsorum’, quod haud scio an explicandi causa sit additum, quandoquidem apud Hieronymum non additur. Etiam additur apud Chrysostomum ac Theophylactum.

780

EX CAPITE DECIMONONO

[3] Si licet. Pro ‘licetne’; Graece dixit magis quam Latine. Et ἀπολύσαι. ‘Repudiare’ siue ‘abiicere’. [B] Quacunq; ex causa. Κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, id

est 'ex quavis causa'. Nimirum illud sentientes, esse causas aliquas iustas diuortii, quemadmodum indicat Origenes. Siquidem Moses tantum iuris permisit maritis, vt iniqua videatur lex aduersus vxores, quibus nulla de causa licebat a marito diuertere, cum his esset potestas ob quamlibet leuem foeditatem abiicere vxores, tantum scripto libello repudii. Sic enim legimus Deuteronomii cap. xxiii.: *Si acceperit homo vxorem, et habuerit eam, et illa non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam foeditatem, scribet libellum repudii, et dabit in manu illius, et dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritum duxerit, et ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudii, et dimiserit de domo sua, vel certe mor-*

743 videtur E: videatur B–D.

746 Συνάραι NT: συνάραι A–E.

749–751 Nam quod Decem ... incolumi inter 728 item et 729 Vsque posuit A.

764–772 Et debitum ... prodiderunt C–E: Et debitum ... 768 hoc loco. 770 Item narra-

746 conferre *Nov. Test.*: "conferre rationem".

748 *Terentius Ad.* 855.

750 *talentorum* The reading of *Nov. Test.* Valla too corrects this text in *Annot.*, Garin, I, p. 817, col. I.

754 *cum* ... *soluendo Nov. Test.*: "cum is non esset soluendo".

757 *adorabat* The reading of *Nov. Test.* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 817, col. I: "Adorabat' legendum est".

758 *contacta* ... *genu* Cf. Hom. *Il.* VIII, 371.

760 *longanimis esto Nov. Test. A.*: "Esto longanimis", B–E: "Esto patiens erga me".

765 *aes alienum remisit* The reading of *Nov. Instr.*

767 *iniecta* ... *traherat* The reading of *Nov. Test.* Cf. *infra*, n. I. 768.

768–770 *Nam* ... *iudicem* Added in 1522 under the influence of Stun.; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, ASD IX, 2, p. 102. Cf. Rummel, *Catholic Critics*, I, p. 152.

768 *alias* Especially *Mt.* and *Mc.*; *Lc.* only 24, 16. Er. devotes attention to it, apart from h.l., supra, pp. 212 and 230, ll. 478 sqq. and 946 sq., ad *Mt.* 12, II and 14, 3, and *infra*, pp. 291, 371, 420 and 426, ll. 510, 505 sqq., 806 sqq., 959 sqq., ad *Mt.* 21, 46 and *Mc.* 3, 21; 14, I and 14, 51.

771–773 *aperuerunt* and *scelesti* Both readings of *Nov. Test.*

773 *huiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.

776 *totum* ... *remisi Nov. Test.*: "totum debitum illud remisi tibi".

777–778 *Hic addunt* ... *ipsorum* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 817, col. I: "Deest 'delicta

runt ... prodiderunt A B, inter 774 lectori et 775 Ac mox posuit A.

767 obtorto B–E: oborto A.

780 Theophylactum C–E: Vulgarium A B.

788 Deuteronomii B C: Deutero. D E.

eorum". Modern editions of *NT* mention τὰ παραπτώματα αὐτῶν in app. crit. In *Nov. Test.* these words are added, just as "delicta illorum".

779 *Hieronymum Comm. in Mt.* III, 18, 25, CCSL 77, p. 164 sq.

779 *Chrysostomum Hom. in Mt.* 61 (62), 4, Migne PG 58, 594.

780 *Theophylactum Enarr. in Mt.* 18, 35, Migne PG 123, 348 C.

782 *licetne* The reading of *Nov. Test.*

783–896 *Quacunque* ... *exemplo* Initially, Jacob Hoogstraten (*Destructio Cabale*, Cologne, April 1519) and Ed. Lee criticised Er.'s views about marriage and divorce; cf. Ep. 1006, introd., ll. 214 sqq. and ll. 270–300, and *Resp. ad annot. Ed. Lei*, LB IX, 138 EF, 249 C–E and 262 F – 269 E. Cf. Asso, p. 136 sqq. Further criticism followed at a later stage from N. Beda (cf. *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, LB IX, 464 F – 465 B), and from Stun. and Spanish monks (cf. *Apolog. ad Prodr. Stun.*, *Apolog. ad Stun. Concl.*, and *Apolog. adv. monach. hisp.*, LB IX, 375 F–378 F, 381 F–382 A, 389 E – 390 C and 1068 D – 1069 A). In the *Apolog. adv. Stun. Blasph. et imp.* Er. did not react to criticism from Stun. in *Er. blasph. et imp.* Er. discusses marriage and divorce extensively in *Annot. in 1. Cor.* 7, 39, LB VI, 692 D – 703 D; this annotation consists mainly of additions from 1519, 1522, 1527 and 1535.

785 *Origenes Comm. in Mt.* XIV, 16, GCS 10, p. 318 sq.

788–793 *Si acceperit* ... *vxorem Dt.* 24, 1–3.

tuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in uxorem. Proinde Christum
tentant Pharisei, vt si probasset Iudaeorum repudia tam licentiosa, videretur
LB 98 aduersus naturalem aequitatem pronunciare, quae ethnicis quoque fauora|bilis
796 est, apud quos ius erat mutui diuortii, neque quauis tamen ex causa; sin secus,
videretur in Mosaicam legem contumeliosus. Illi putabant sibi [D] licere [B]
quauis de causa, quoties libuisset, vxorem abiicere. Id Christus astringit, vnica
duntaxat causam excipiens, nempe stupri. Annotauit huius dictionis ἐμφρασις is,
800 quisquis fuit, cuius extat homilia xxxviii. inter mixtas Chrysostomi titulo. Ori-
genes hunc edisserens locum putat et alia crimina vel paria adulterio vel etiam
grauiora, veluti veneficium, parricidium, dirimere matrimonium. Augustinus in
causa diuortii idololatriam aequat adulterio, quod cultus idolorum sit adulterio
misceri cum immundis spiritibus. Sed ad hanc rationem omne peccatum quod
805 nos alienat a Deo, dirimet matrimonium. Ego puto ob id exceptum adulterium,
quod hoc ex diametro pugnet cum natura matrimonii. Neque protinus tollitur
matrimonii sacramentum, si in paucis coniugium male initum bene dirimatur;
non profecto magis quam adulteriis, quae nunc passim crebra sunt, aut diuortio,
quod nos indulsumus male cohaerentibus. Quanquam hanc rationem de sacra-
810 mento nullus veterum, quod sciam, adduxit, cum tamen super his crebra pro-
lixaque sit disputatio, praesertim Augustino ac Hieronymo. Neque statim homo
disingit quod Deus coniunxit, imo quod per lenas ac lenones, per vinolentiam,
per stulticiam et incogitantiam male coniungit diabolus, id per [C] autores ac [B]
ministros ecclesiae suae bene disingit Deus. Atque vtinam sic coirent inter
815 Christianos omnia matrimonia, vt autore Deo iure dici debeant inita; aut tales
essemus omnes, vt non opus foret aliquo diuortio; nec esset in nobis ea σκληρο-
καρδία ob quam olim Iudaeis permissum est vxorem abiicere. Augustinus ad Pol-
lentium exceptionem torquet ad partem duntaxat priorem: *Facit eam moechari*, vt
ad hoc tantum valeat exceptio, non quo liber sit a matrimonio qui repudiat vxor-
820 rem, sed ne videatur illam facere moecham, cum moecham repudiet. Caeterum
quicumque eam duxerit, siue causa adulterii repudiatam siue alia quauis de causa,
committit adulterium. Quod [E] Augustini commentum [B] an perinde cum ipsa
veritate naturaque consentiat, vt est argutum, eruditis expendendum relinquo.
Certe locus hic difficultatum plenus est, vt de quo non eadem senserint eccle-
825 siastici doctores, cum Ambrosius exponens epistolam ad Corinthios priorem tri-
buat marito ius repudiandi, neque secus sentiat Origenes. Vnde coacti sumus
aliud quoddam diuortii genus inducere, quod ita dirimat consuetudinem domes-
ticam, vt nihilo secius maneat coniugii vinculum. Quod quidem diuortii genus,
[D] imo [B] nomen duntaxat diuortii cum a nobis sit repertum, de hoc non per-
830 contatos fuisse Iudaeos per se liquet, quibus [D] hoc [B] prorsus erat incognitum.
Porro quod hodie passim in scholis dictitant, solo consensu contrahi matrimo-
nium, vtinam tam probatum esset quam receptum est. Neque postulo, vt hic
quicumque de pristina patrum constitutione demutet ecclesia, si id antehac nun-
quam est factum. Quod si factum est aliis aliquot in rebus, optarim et hic fieri,
835 si id pertineat ad salutem hominum. Si fieri non potest, certe votum a pietate

proficiscitur; et optat saepenumero charitas, non quod fieri possit, sed quod fieri velit. Sed hisce de rebus, vt [D] antehac [B] attigimus nonnihl, ita copiosius dicitur in Paulinis epistolis, [E] 1. Corinth. 7. [B] Quanquam haec ipsa sic dicta velim accipi, non quasi asseram, sed qui proponam eruditiss excutienda. [A] Ac

840
LB 99

mox
| [4] Masculum et foeminam. Ἄρρεν καὶ θῆλυ, neutri generis apud Graecos.

845

[5] Et dixit: Propter hoc dimittet homo. Incertum erat an Deus ille creator olim hoc dixerit an Christus haec locutus illud adiecerit: *Propter hoc relinquet homo patrem et matrem*. Augustinus libro De nuptiis et concupiscentiis secundo, capite quarto, sic accipit, quasi dixerit Deus: *Quod tamen*, inquit, *Dominus Iesus in Euangelio Deum dixisse commemorat, quia Deus utique per hominem dixit quod homo prophetando praedixit*. Quanquam et Genesis capite secundo, vnde haec desumpta sunt, ita referuntur haec verba, vt vel ab Adam

807 dirimatur D E: dirimitur B C.

820 videatur B–D: videat E.

834 Quod si factum ... optarim C–E: Quod si factum in Eucharistia, et in diuertiis, optarim B.

841 Masculum A C–E: Masculam B.

841 generis apud B–E: generis sunt apud A.
843–852 Et dixit: Propter hoc dimittet homo ... quam dimittet E: Et καταλείψει deseret rectius erat quam dimittet A, Et dixit propter hoc relinquet homo.) ... quam dimittet B–D.

799 *Annotauit* ... ἐμφασιν Cf. infra p. 266, l. 855 sq.

799 ἐμφασιν V. supra, p. 45 sq., introd., §9.

800 *homilia xxxviii*. The sermon "In inuentione sanctae crucis", Basel (Froben), 1517, vol. 5, f° 42 v°–43 v°, ed. Er., Basel, 1530, vol. 2, 131–133, ed. S. Gelenius, Basel, 1547, vol. 2, 1211–1217. The text has been taken from Ps. Chrys. *Opus imperfectum in Mt.*, Migne PG 56, 801, l. 12–803, l. 13. Cf. supra, p. 133, n. l. 536.

800–801 *Origenes Comm. in Mt.* XIV, 24, GCS 10, p. 342 sq.

802 *Augustinus De serm. Dom.* I, 16, 45 sq. CCSL 35, p. 51 sqq.

806 *ex diametro* Does not occur in Latin in antiquity. Cf. *Adag.* 163, ASD II, 1, p. 278, l. 544, and *Adag.* 945, ASD II, 2, p. 450, l. 736 sq.: "Ἐκ διαμέτρου. i.e. Ex diametro. De vehementer inter se pugnantibus olim dicebatur"; reference is made there to, among others, Lucian. *Cataphus*, 14.

811 *Augustino ac Hieronymo* Aug. *De adulterinis coniugiis*, CSEL 41, p. 345 sqq., *De bono coniugali*, CSEL 41, p. 185 sqq., and *De serm. Dom.* (v. supra, n. l. 802) and Hier. *Comm. in Mt.* III, 19, 9, CCSL 77, p. 167, and *Epist.*

1, 3, CSEL 54, p. 2 sq., 77, 3, CSEL 55, p. 38 sqq., and 123, 2 sq., CSEL 56, p. 73 sqq.

816–817 *σκληροκαρδία* V. Mt. 19, 8.

817 *Augustinus De adulterinis coniugiis*, I, 10, 11 sq., CSEL 41, p. 358 sqq.

825 *Ambrosius Ambrosiaster, Comm. in 1. Cor.* 7, 10 sq., CSEL 81, 2, p. 74 sq.

826 *Origenes* V. supra, p. 263, n. l. 785.

831–832 *Porro ... est* Er. quotes this sentence in *Resp. ad annot. Ed. Lei*, LB IX, 249 C. *Apolog. adu. monach. hisp.* LB IX, 1068 sq., makes clear what the objections of Spanish monks were to this passage. Er. refers there, as he does h.l., to their objections to *Annot. in 1. Cor.* 7, 39; the minor additions from 1535 are therefore a reaction to their criticism.

831–832 *solo ... matrimonium* Cf. Petr. Lomb. *Sent.* IV, dist. 27, 3, 1: "De consensu qui efficit coniugium", SB 5, p. 422 sq.

838 *1. Corinth. 7 V. Annot. in 1. Cor.* 7, 39, LB VI, 692D–703D.

841 *neutri* Cf. supra, p. 39 sq., introd., §8a.

846–848 *Quod ... praedixit* Aug. *De nuptiis et concupiscentia*, II, 4, 12, CSEL 42, p. 264.

848 *Genesis Gn.* 2, 23 sq.

- 850 dicta videri possint vel ab eo qui texuit orbis conditi historiam, vel ab ipso Deo. Dimittet patrem et matrem. Καὶ καταλείψει. ‘Relinquet’ seu ‘deseret’ potius quam *dimittet*. [D] Dimittimus discedentem, deserimus cui periclitanti desumus. [B] Et adhaerebit vxori suae. Προσκολληθήσεται, id est ‘adglutinabitur’. Metaphora sumpta ab his quae glutino sic committuntur, vt putes
- 855 vnum esse. Annotauit emphasin verbi Chrysostomus homilia sexagesimatertia. [A] Ac mox duo in carne vna. Δύο εἰς σάρκα μίαν, id est ‘in carnem vnam’, hoc est: ‘e duobus fiet vnus’ siue ‘vnum’; quandoquidem masculus et foemina [D] Graecis [A] neutri generis sunt. [B] Annotauit hanc sermonis Hebraici formam Augustinus libro huius argumenti septimo. Quod genus sunt et illa libro
- 860 Iudicum: *Et eris nobis in caput omnibus habitantibus Galaad*. Item in Psalmis: *Esto mihi in Deum protectorem*. [A] Ne articulus quidem videtur ociosus, καὶ ἔσσονται οἱ δύο, hoc est: ‘erunt qui duo fuerant, in carnem vnam’. Nam totum hominem ‘carnem’ vocat, vt et alias scriptura diuina totum hominem ‘animam’ appellat, astipulante nobis et diuo Augustino libro De ciuitate Dei decimoquarto. Quod
- 865 genus et illud est Pauli ad Romanos: *Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro*. Quid enim est *omnis caro* nisi omnes homines? *Et verbum caro factum est*, id est: ‘sermo diuinus homo factus est’. Porro ‘in carnem’ legendum esse, non *in carne*, demonstrauius ex Hieronymo in scholiis nostris, quibus illum illustrauius, [B] vbi sic explicat Matthaei verba: *in vnam*, dixit, *non in duas*. Et Cyprianus epistola libri secundi octaua: *Erunt*, inquit, *duo in vnam carnem*. [D] Et Tertullianus libro Aduersus Marcionem tertio: *et suggerens Ephesiis quod in primordio de homine praedicatum est, relicturo patrem et matrem, et futuris duobus in vnam carnem, id est in Christum et ecclesiam*. Rursum libro De monogamia: *et erunt duo in vnam carnem, non tres neque plures*. Haec admonere visum est, [B] ne quis hic frustra obsceni quippiam imaginetur aut illud somniet quod est in tabulis Graecorum, ἄρθρα ἐν ἄρθροις ἔχων. [A] Tametsi in Genesi, vnde locus hic sumptus est, non est ‘erunt duo’, sed tantum ‘erunt’: דְּוָיִן לְבָשָׂר אֶחָד. Duo addidit euangelista explicandi gratia, [E] aut certe interpres Graecus adiecit, si Matthaeus scripsit Hebraice, quod mihi non fit verisimile. [A] Ac mox itaque iam non sunt
- 870 duo. Οὐκ ἔτι, id est: ‘post hac non sunt duo’, nempe post initum coniugium. Creati fuerant duo, non vnus, nimirum masculus ac foemina. Rursus copula matrimonii e duobus reddidit vnum. Non abludit prorsus ab hac sententia fabula Aristophanis quam apud Platonem adducit in Conuiuio. Quanquam obscenior est.
- 875 [6] Quod Deus coniunxit. Συνέζευξεν, id est: ‘coniugauit’ et ‘eodem iunxit iugo’. Translatum a bubus simul ducentibus idem iugum. Nos vertimus *copulauit*. Et

[8] Ad duriciem cordis. Graecis vnica dictio est, σκληροκαρδίαν.

852 discedentem *E*: discentem *D*.

863–867 appellat ... Porro *B–E*: appellat. Est autem hic sermonis color Hebraeis familiaris. Erit mihi in patrem, pro eo quod est erit mihi pater, seu vice patris. Porro *A*.

877 לְבָשָׂר *B C*: לְבָשָׂר *A*, לְבָשָׂר *D*, לְבָשָׂר *E*.

881 Creati fuerant *B–E*: Creati fuerunt *A*.

884–885 est. Quod *B–E*: est Item (quod *A*).

888–889 σκληροκαρδίαν. Non *B–E*: σκληροκαρδίαν. Ex hoc potissimum loco lex inducta

apud Christianos ne dirimantur matrimonia, cum caetera Christi dogmata, de non iurando, de non resistendo, de in diem viuendo, de iuandis ac diligendis inimicis, atque id genus per multa vel antiquare videamur, vt interpretatione commoda prorsus abrogemus, solum vrgemus de matrimonio. Atqui si id Iudaeis concessit Moses ob duri-

ciem cordis, et par pene duricies sit in nobis, cur non idem conceditur, quibus conceduntur et lupanaria? Christus fornicationem excepit, at apud nos nullum tam obscouum fornicationis genus, quod liberet alterutrum, cum olim post diuortium vtrique liberum fuerit nouum inire matrimonium. Non *A.*

- 851 *deseret* The reading of *Nov. Test.*
- 853–855 *Et adhaerebit ... sexagesimatertia Nov. Test. A:* “adhaerebit”; *B–E:* “adglutinabitur”. Cf. *Annot. in Eph.* 5, 31, *LB VI*, 854 F–855 A: “Et adhaerebit. Καὶ προσκολληθήσεται, id est adglutinabitur, quae vox non caret emphasi”.
- 855 *Annotauit emphasin* Cf. supra, p. 264, l. 799. On *emphasin* v. supra, p. 45 sq., introd., §9.
- 855 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 62 (63), 1, Migne *PG* 58, 597.
- 856–879 *duo in carne vna ... verisimile Nov. Test.:* “in carnem vnam”, as Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 827, col. 1, ad *Mc.* 10, 8. In connection with *Mc.* 10, 8 (cf. infra p. 408, l. 491 sqq.) Er. reacted to Lee’s criticism in *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 144 C – 145 F; the addition and the alteration from 1519 (ll. 858–861 and 864–867 “astipulante ... factus est”) may be connected to this. Cf. Coogan, p. 483 sqq.
- 857–858 *masculus ... neutri generis τὸ ἄρσεν, τὸ θῆλυ.* For “neutri”, cf. supra, p. 39 sq., introd., §8a.
- 859 *Augustinus Locut. in Hept.* VII, 45, *CCSL* 33, p. 463, ad *Iudic.* 11, 8, where also the quotes from *Iudic.* 11, 8 (*Vg.*: “sisque dux omnium qui habitant in Galaad”) and *Ps.* 30 (31), 3, or *Ps.* 70 (71), 3, occur.
- 862–863 *totum hominem carnem vocat* Cf. infra, p. 308, l. 966 sq., ad *Mt* 24, 22, and *Annot. in Ioh.* 1, 14, *LB VI*, 340 E: “idioma sermonis Hebraici, qui totum hominem nunc ‘animae’, nunc ‘carnis’ appellatione notat”.
- 864 *Augustino Civ.* XIV, 2.
- 865 *Pauli Rom.* 3, 20.
- 866 *Et verbum ... est Ioh.* 1, 14.
- 868 *Hieronymo ... in scholiis nostris Epist.* 123 (ad Geruchiam de monogamia), 11, 1, *CSEL* 56, p. 84: “dicente scriptura: ‘erunt duo in carne vna’ – non in duas nec in tres; propter quod relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit vxori suae’, certe non vxoribus”. Er. gives in *Epist. de monogamia ad Geron-tiam* (*Omnes quae extant D. Hieronymi Stridonensis lucubrationes*, Basel, 1516; in the *Opera omnia*, Basel, 1553, vol. 1, p. 90) the reading “carnem vnam”, the only source of which is the Casinensis 91 (10th or 11th century), and writes in his ‘scholion’, p. 96: “‘Erunt duo in carnem vnam.’ Vides Hieronymum non ita citare hunc locum, vt haberetur in vulgatis exemplaribus: Erunt duo in carne vna, sed in carnem vnam. Sic enim scribendum esse, satis declarat quod sequitur, Et non in duas, nec in tres. Et Graeca respondent, καὶ ἕσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. vt intelligas, e duobus velut vnum hominem fieri matrimonio”.
- 869–870 *Cyprianus Epist.* II, 8, in Er.’s edition; *Epist.* 52, 1, 3, *CCSL* 3B, p. 245.
- 870–874 *Tertullianus ... plures Adv. Marcion.* III, 5, 4, *CCSL* 1, p. 513 sq.: “et suggerens ... carnem, id se in Christum et ecclesiam agnoscere”; *De monogamia*, 4, 2, *CCSL* 2, p. 1233: “Adiecit et legem de futuro, siquidem propheticè dictum est: ‘et erunt duo in vnam carnem’; non tres neque plures: ceterum iam non duo, si plures”.
- 874–876 *ne quis ... ἔχων* Er. refers to the coition; cf. infra, p. 408, l. 492 sq., ad *Mc.* 10, 8. He has quoted the Greek text from the tables of the law in Athens via Lucian. *Eun.* 10; cf. Er. *Lucian.*, *ASD* I, 1, p. 597, ll. 1–2. Budé also had quoted this text in *Annot. in Pandectas, Omnia opera*, 3, p. 313.
- 883 *Platonem Symp.* 189c – 193d.
- 886 *Nos Nov. Test.;* Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 827, col. 1, gives the translation “coniugauit” ad *Mc.* 10, 9.
- 888 *σκληροκαρδιαν* Er. omitted the passage which followed this in *A* (v. app. crit.), from *B* (March 1519) onwards. It was heavily criticised, especially by Lee (cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 138 EF) and Jacob Hoogstraten in the *Destructio Cabale*, which appeared in April 1519 and “publicly attacked the views on divorce expressed in the *Nouum Testamentum*, 1516” (Ep. 1006, introd. and ll. 270–300). Hoogstraten criticised among other things the use of the word “concessit” instead of “permisit”. In the addition from 1519 Er. had already replaced the word “concessit” of the omitted passage from 1516 by “permisit” (supra, p. 263, l. 785). Stun. later criticised this passage in *Er. blasph. et imp.* Cf. Rummel, *Catholic Critics*, 1, p. 135.

LB 100 | [10] Non expedit nubere. Γαμῆσαι, id est 'ducere vxorem' aut certe
 890 'contrahere matrimonium' siue 'contraxisse'. Nam apud Latinos vir non dicitur nubere, nisi qui seruit vxori, velut illa potius vir sit quam ille. Etiam si Festus Pompeius indicat olim nubere Latinis etiam [D] viris [A] commune fuisse verbum, quemadmodum Graecis γαμεῖν. At apud Hebraeos, [E] vt dictum est, [A] non erat mutuuum repudiandi ius, quemadmodum apud Romanos, sed soli
 895 marito phas erat repudiare. Cuius etiam zelotypiae mederi cogebatur vxor, foedo horrendoque exemplo.

[11] Non omnes capiunt. Χωροῦσιν. Hoc loco *capiunt* non pollet idem quod 'intelligunt' siue 'apprehendunt', vt Lyra videtur sensisse, qui commenti vice addidit: *Quia altus est status ad quem infirmi non possunt ascendere*, sed
 900 *capiunt*, id est 'capaces sunt'; quomodo locum capacem vocamus qui tam est spaciosus, vt possit recipere quod infertur. Ita Paulus vult dilatari Corinthios, quo se capiant. Procliue est enim intelligere quod dictum est, verum id dictum non descendit in animos omnium, quod sint aliis affectibus occupati, vt illic non sit locus diuino consilio. Atque idem verbum legis in eo quod sequitur,

905 [12] Qui potest capere, capiat. Ὁ δυνάμενος χωρεῖν χωρεῖτω. Qui facti sunt. Οἵτινες εὐνοχίσθησαν, 'qui castrati sunt' siue 'qui facti sunt eunuchi'. Nam *eunuchi* repetendum erat. Atque idem verbum mox ipse vertit 'castrati sunt'. Porro εὐνοῦχος Graece sonat cubilis custos, quod barbari huiusmodi portentis suas vxores seruandas committere soleant. Porro vi execi spadones dicuntur. [B] Petrus Comestor eunuchos interpretatur beneuincentes, ab eu, bene, et nuche, victoria, quod sit summa victoria; quasi non sit durius vincere inanem gloriam aut etiam pecuniae studium aut iram. [D] Eunuchus autem dicitur ab εὐνη, cubile, et ἔχω, sicut δαδοῦχος et σκηπτοῦχος. [B] Idem spadones interpretatur a spata dictos; ad quam etymologiam omnes Germani spadones dici
 915 possint. [D] Et hoc commentum sequitur Hugo Cardinalis. Quum tales scriptores olim sint amplexi theologi, nunc quidam Erasmus ferre non possunt. Quin Hugoni castrati dicuntur quasi casti nati. Dominus tria eunuchorum genera distinxerat; vnum eorum qui natura non possunt aut non appetunt congregari cum muliere; alterum eorum qui vi execantur; tertium qui volentes ob
 920 regnum Dei sese continent; in qua classe ponemus eorum genus qui vel arte vel metu detruduntur in coelibatum, vt scortari liceat, vxorem ducere non liceat, adeo vt si profiteantur concubinam, sint catholici sacerdotes, sin vxorem dici malint, coniiiciantur in ignem. Mea sententia clementius tractarent suos liberos parentes, si quos coelibatui destinassent, pueros etiamnum curarent execandos quam si integros nolentes aut inscios coniiicerent in hoc incendium libidinis. [A] Ac rursus

[13] Oblati sunt ei paruuli. Τὰ παιδία, id est 'puelli'.

[17] Quid me interrogas de bono. Plerique Graeci codices habent Τί με λέγεις ἀγαθόν, id est: 'quare me vocas bonum', sed perperam, ni fallor, ex alio
 930 Euangelio verbis huc translatis. Quanquam ad eum modum legit Theophylactus [B] et Hilarius. [A] At secus Hieronymus, Origenes [D] homilia viii. [A] et Chry-

sostomus [D] lxxiii. [A] Apparet offensum lectorem parum attentum, quod non perinde videretur quadrare Christi responsum *Solus Deus bonus est*. Atqui belle

890 dicitur *A–C E Loca*: ducitur *D*.

907 Nam eunuchi *B–E*: Nam eunuchus *A*.

926–927 rursus, Oblati sunt ei *E*: rursus occurrunt nobis *A B Loca*; rursus, Occurrunt

nobis *C D*.

930 Theophylactus *C–E*: Vulgarius *A B*.

931 Origenes *E*: Hilarius *A–D*.

890 *contrahere matrimonium* The reading of *Nov. Test.*

890–891 *vir non dicitur nubere ... uxori* Mart. VIII, 12, 2 (mockingly); cf. infra, p. 295, n. ll. 594–606. The printing error “ducitur” in *D* (v. app. crit.) has already been corrected in *Loca*, p. 241: “pag. 75. Non expedit nubere. vers. annotationis 2. lege, Vir non dicitur nubere”.

891–892 *Festus Pompeius* Not Fest., but Non. 143, ll. 22–24 M: “Nubere veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, ita vt nunc Itali dicunt”.

899 *Quia ... ascendere Postilla*, ad locum.

900 *capaces sunt* The reading of *Nov. Test.*

901 *Paulus 2. Cor. 6, 13*.

906–907 *qui ... eunuchi* The reading of *Nov. Test.*

907–908 *max ipse ... castrati sunt* Both modern editions of *Vg.* and *Nov. Test.* read “seipsos castrauerunt” in *Mt.* 19, 12.

910–915 *Petrus Comestor ... possint Hist. Schol., In Ev. 93, Migne PL 198, 1585 C*: “Ne autem omnem continentiam meritoriam putarent, distinxit Dominus eunuchos, quia quidam sic nascuntur, qui proprie dicuntur castrati, id est caste nati. Alii facti sunt ab hominibus, qui proprie dicuntur spadones a spata. Alii se castrant propter regnum Dei, qui proprie dicuntur eunuchi, id est bene vincentes, ab eu, quod est ‘bonum’, et nuche, quod est ‘victoria’. Et haec vltima meritoria est”.

915–917 *Hugo Cardinalis ... Hugoni* Hugo de Sancto Caro, *Postilla*, ad locum: “Sunt enim eunuchi”. Quorum sunt multa genera. Quidam sunt sine instrumentis nati: hi proprie castrati dicuntur, quasi casti nati; horum nullum est meritum vel demeritum. Item facti propter captiuitatem vel propter matronarum delitias. Sunt spadones a spatha genere ferri. *Eccl. xxx.c. [Sir. 30, 18]*: ‘Bona abscondita in ore clauso’; sic spado complexens virginem et suspirans. Et xx.a. [*Sir. 20, 2*]: ‘Concupiscentia spadonis deuirginauit iuenculam’. Item frigidae naturae vel senes vel pueri. Item abstinentes tantum propter politicam iusticiam vel culturam idolorum vel detestantes omnem concubitum: vt qui-

dam haeretici. i. *Timoth. iii.a. [4, 1–3]*: ‘In nouissimis temporibus discedent quidam a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum in hypocrisi loquentium mendacium et cauteriatam habentium suam conscientiam prohibentium nubere et abstinere a cibis quos Deus creauit’. Et abstinentes etiam tantum pro fauore humano. Item continentibus solo intuitu mercedis aeternae quasi bene vincentes. Eunuchus enim dicitur ab eu bonum et nichos victoria. *Esa. lvi.b. [Is. 56,3]*: ‘Non dicat eunuchus: ego lignum aridum’ etc. *Ibidem [56,4 sq.]*: ‘Haec dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea et elegerint quod volui, dabo eis in domo mea et in muris meis locum et nomen melius a filiis et a filiabus’.

920–923 *in qua classe ... in ignem* Et. argues in *Annot. in 1. Tim. 3, 2, LB VI, 993 F – 994 C*, and *Paraphr. in 1. Tim. 3, 2, LB VII, 1043 E – 1044 B*, cautiously in favour of allowing priests to marry; the criticism which this aroused (cf. *Supputat. error. in cens. N. Bedae, LB IX, 696 BC*), could have given rise to the addition of ll. 915–925, “Et hoc ... libidinis”.

927 *Oblati sunt* Cf. *Loca*, p. 241: “pag. 76, vers. 6. Ac rursus occurrunt nobis, lege, coniunctum”.

927 *puelli* V. supra, p. 259, n. ll. 658–659.

929 *quare ... bonum Nov. Test.*: “cur me vocas bonum?”

929–930 *alio Euangelio Mc. 10, 18 and Lc. 18, 19*.

930 *Theophylactus Enarr. in Mt. 19, 15–17, Migne PG 123, 353 CD*.

931 *Hilarius In Mt. 19, 4, SC 258, p. 94*: “Quid me vocas bonum”.

931 *Hieronymus Comm. in Mt. III, 19, 17, CCSL 77, p. 169*: “quid me interrogas de bono?”

931 *Origenes Comm. in Mt. XV, 10, GCS 10, p. 374 sqq.*: “quid me dicis bonum?”, and XV, 11, p. 377 sq.: “quid me interrogas de bono?”; cf. frgm. 392, *GCS 12, p. 163*.

931–932 *Chrysostomus Hom. in Mt. 63 (64), 1, Migne PG 58, 603*: Τί με λέγεις ἀγαθόν;

935 quadrat. Non enim hic obiurgat eum, quod ipsum bonum diceret – quanquam
 ‘bone’ apud Hilarium non additur –, sed quod, homo cum esset, de bono per-
 contaretur, cum in hominibus nihil sit boni. [B] Porro bonus est qui bene facit.
 Quod si nihil est vere boni in humanis factis, nec bonus dicitur quisquam. [C]
 Quicquid enim in nobis boni est, diuini muneris est. [B] Quod si maxime lega-
 mus: ‘Quid me dicis bonum’, nihil est necesse, vt haereticorum interpretationem
 LB 101 recipiamus qui putant boni cognomen | in vnum Patrem proprie competere. Imo
 941 Christus subindicat se esse Deum et ob id [D] iuxta quorundam interpretatio-
 nem [B] obiurgat hominem, quod ei tribueret cognomen boni, quem nondum
 crederet Deum, quod haud scio an quisquam apostolorum adhuc perfecte credi-
 derat. [D] Hoc loco caute legendus est Origenes. Alioqui sermo illius respicit Aria-
 num quiddam, quasi ne Filius quidem dicatur proprie bonus nec aliter Filii boni-
 945 tas differat ab hominum bonitate, nisi quod Filius in omnibus bonis vicinior est
 Patri quam caeteri Filio. Quemadmodum autem fatetur nullum hominem pro-
 prie dici bonum ad comparationem diuinae bonitatis, ita putat nullum hominis
 opus dici bonum, si ad diuinam iustitiam conferatur. [A] Et perturbate vertit
 vnus est bonus Deus. Οὐδεις ἀγαθός, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός, id est: ‘nullus est
 950 bonus, nisi vnus, nempe Deus’, vt ὁ sit articulus explicantis.

[19] [B] Diliges proximum tuum sicut teipsum. Origenes hunc enar-
 rans locum homilia inter aeditas octaua testatur sibi videri haec verba addita nec
 esse scripta ab ipso Matthaeo, idque duobus colligit argumentis. Primum quod
 955 apud Marcum et Lucam nihil addatur huiusmodi, cum res alioqui eadem referat-
 ur. Deinde, cum Paulus in epistola ad Romanos capite decimotertio testetur his
 verbis, *diliges proximum tuum sicut teipsum*, summam totius legis contineri, qui
 conuenit, vt dicatur adhuc aliquid deesse qui se praedicet haec omnia praestitisse?
 Atque illic deplorat librariorum incuria et castigatorum vitio sic fuisse deprauata
 960 Noui Testamenti exemplaria, vt difficillimum sit restituere. Quanquam ob
 contentiosos explicuit vtcunque nodum hunc ex Euangelio apocrypho quod in-
 scriptione Hebraeorum. In quo de iuvene haec res exponitur hunc ad modum:
Dixit ad eum alter diuitum: ‘Magister, quid bonum faciens viuam?’ Dixit ei:
‘Homo, leges et prophetas fac’. Respondit ad eum: ‘Feci’. Dixit ei: ‘Vade, vende omnia
 965 *quae possides, et diuide pauperibus, et veni, sequere me’. Coepit autem diues scalpere*
caput suum, et non placuit ei. Et dixit ad eum Dominus: ‘Quomodo dicis: Legem
feci et prophetas? Quoniam scriptum est in lege: Diliges proximum tuum sicut teip-
sum. Et ecce multi fratres tui, filii Abrahae, amicti sunt stercore, morientes prae fame,
et domus tua plena est multis bonis, et non egreditur omnino aliquid ex ea ad eos. Et
 970 *conuersus dixit Simoni discipulo suo sedenti apud se: ‘Simon filius Ioannae, facilius*
est camelum intrare per foramen acus quam diuitem in regnum coelorum’. Ex his
 ratiocinatur Origenes, vt donemus sic fuisse scriptum ab euangelista, quemad-
 modum nos legimus, tamen difficultatem quaestionis sic explicari posse, vt acci-
 975 piamus Christum redarguisse iuuenem credentem se legem implisse, cum id
 quod est caput legis, praeterisset sinens pauperes inopia perire, cum ipse diues
 esset. [D] Chrysostomus illud etiam addit, quod elatus esset, quod mendax, quod

tentandi animo percontaretur. Verum ad haec non quadrat id quod legimus apud Marcum: *Et Iesus dilexit* – siue osculatus est – *eum*. Mihi simplicius videtur, vt accipiamus adolescentem in suo genere bonum ob imbecillitatem nondum fuisse

980 capace[m] euangelicae perfectionis. [A] Nec est

[21] *Vende omnia quae habes*, sed *πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα*, id est: ‘vende tua’ siue ‘facultates tuas’. Nec apud Hieronymum additur *omnia* [C] nec in aureo codice nec additur [D] apud Graecos [C] coniunctio *et*. Tantum est

LB 102 *vade, vende*, [D] nec sua gratia caret ἀσύνδετον. | Et

985 [22] [A] *Abiit tristis*. Magis est ‘dolens’ siue ‘moestus’, λυπούμενος. Et nonnulli codices habebant

[24] Καὶ πάλιν. At in emendationibus scriptum est *πάλιν δέ*, ‘rursus autem’ siue ‘imo iterum dico vobis’. Corrigit enim quod ante, licet mollius dictum, offenderat discipulos, idque durius repetit. Facilius est camelum. Diuus Hieronymus haud dubie camelum accepit pro animante [B] secutus, opinor, Ori-

990

934 ipsum *D E*: se *A–C*.

956 capite *B–D*: cap. *E*.

935 *bone ... additur* Hil. In *Mt.* 19, 4, *SC* 258, p. 92: “Magister, quid boni faciam vt habeam vitam aeternam?”

939 *haereticorum* Probably a reference to the Arians; cf. infra, l. 944 sq., “Arianum”.

944–949 *Hoc loco ... conferatur* *Comm. in Mt.* XV, 10, *GCS* 10, pp. 374–377.

944–945 *Arianum* *Mt.* 19, 17 (“Vnus est bonus, Deus”), and especially *Mc.* 10, 18 (“Nemo bonus, nisi vnus Deus”) and *Lc.* 18, 19 (“Nemo bonus nisi solus Deus”) were texts which the Arians referred to; cf. Ambr. *De fide*, II, 1, 15–19, *CSEL* 78, p. 62 sqq.

950–951 *nullus ... Deus* The text of *Nov. Test.*

952 *Origenes* *Comm. in Mt.* XV, 14, *GCS* 10, p. 385 sqq.

955 *Marcum et Lucam* *Mc.* 10, 9 and *Lc.* 18, 20.

956 *Paulus* *Rom.* 13, 9.

961–962 *Euangelio ... Hebraeorum* This gospel, from which Er. quotes the following passage, derived from Orig., must have originated in the first half of the second century, probably in Egypt, and was used in circles of Greek-speaking Jewish Christians. It differs greatly in content and style not only from the canonical gospels, but also from those of the Nazarenes and the Ebionites. Schneemelcher, I, p. 142 sqq.

963–971 *Dixit ... caelorum* Orig. *Comm. in Mt.* XV, 14, *GCS* 10, p. 389: “Dixit, inquit, ad eum ... ‘Homo, legem et prophetas fac’ ... ‘Quomodo dicis: Feci legem et prophetas ... filii Ionae, facilius ... caelorum’”.

976–977 *quod elatus ... percontaretur* Chrys. *Hom. in Mt.* 63 (64), I, Migne *PG* 58, 603, refers to this as the opinion of others, which

he does not share.

978 *Et Iesus dilexit ... eum* *Mc.* 10, 21.

981–984 *Vende ... vende* *Nov. Test.*, as modern editions of *Vg.* and *Hier. Comm. in Mt.* III, 19, 21, *CCSL* 77, p. 170: “vade, vende quae habes”. The conjunction “et” is to be found e.g. in the Bible edition by Amerbach (Basel, 1504).

990 *Hieronymus* *Comm. in Mt.* III, 19, 23 sq., *CCSL* 77, p. 171 sq.: “Et tamen quia difficulter diuitiae contemnantur non dixit: Impossibile est diuites intrare in regna caelorum, sed ‘difficile’. Vbi difficile ponitur non impossibilitas praetenditur, sed raritas demonstratur. ‘Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regna caelorum’. Hoc dicto ostenditur non difficile esse sed impossibile. Si enim quomodo camelus non potest intrare per foramen acus, sic diues introire non potest in regna caelorum, nullus diuitum saluus erit. Sed si legamus *Esaiam* [*Is.* 60, 6] quomodo cameli Madian et Ephra veniant ad Hierusalem cum donis atque muneribus et qui prius curui erant et vitiorum prauitate distorti ingredientur portas Hierusalem, videbimus quomodo et isti cameli quibus diuites comparantur, cum deposuerint grauem sarcinam peccatorum et totius corporis prauitatem, intrare possint per angustam et artam viam quae ducit ad vitam”.

990–991 *secutus ... Origenem* In Orig. *Comm. in Mt.* XV, 20, *GCS* 10, p. 405 sq., the association with *Is.* 60, 6 (v. supra, n. ll. 963–971) does not occur.

genem. [A] Theophylactus dissentit volens hoc loco significare rudentem nauticum, atque id sane magis quadrat ad foramen acus. Et apud vnum Suidam κάμιλον eo reperio significatu. [E] Post hunc Camers κάμηλον ait esse rudentem, sed nullum citat autorem. [A] Iulius Pollux inter instrumenta nautica non meminit.

995 Atque hac quidem in re magis assentior Hieronymo. Nam quod istos offendit qui ex camelo funem faciunt nauticum, nempe quod absurdum videatur camelum duci per foramen acus, hoc ipsum pro nobis facit; siquidem Christus hoc exemplum velut ἀδύνατον proposuit. Vult enim omnino videri impossibile, vt camelus, ingens animal ac tortuosum, per foramen acus transeat. [E] Quod si videtur sub-

1000 absurda collatio, meminerit alibi reprehensum a Domino qui paret eicere festucam ex oculo fratris, quum ipse trabem in oculo suo non videat. Quid absurdius quam hominem gestare trabem in oculo? Verum haec sermonis absurditas ad emphasim facit. [A] Nec est, quod hic *fabulas aniles* comminiscantur Hierosolymis fuisse portam cui nomen fuerit acus, aut quod *impossibile* pro *difficile* positum interpretentur. Imo si diuitem interpretentur fidentem suis diuitiis, id quod fere diuitum vulgus facit, ita demum poterunt hunc explicare nodum. [D] Atque hunc sensum aperuit nobis Marcus capite decimo. *Filii, quam difficile*, inquit, *est confidentes in pecuniis in regnum Dei introire*. [A] Quod si verum est ingentes funes nauticos camelos vocari Graecis, apparet ab animantis et ingentis et distorti

10 similitudine dictos, [E] nisi forte ob id, quod apud illos nautici funes e camelorum pilis texerentur. [B] Neque vero meo animo per omnia satis facit quod Hieronymus annotauit non esse dictum a Christo: *‘Impossibile est diuitem intrare’*, sed *‘difficile’*. *Vbi ‘difficile’ ponitur*, inquit, *non impossibilitas praetenditur, sed raritas demonstratur*, cum mox fateatur idem ab eodem dictum impossibile. Siquidem

15 allata comparatione cameli per foramen acus euntis, *Hoc dicto*, inquit, *ostenditur non difficile esse, sed impossibile*. [D] In Dialogo aduersus Pelagianos primo diuersa ratione explicat sese, negans eos esse diuites qui aliis diuites fuerunt potius quam sibi. [A] Quin et illud, per foramen acus, bifariam accipi potest, siue pro foramine quod habet acus, siue pro foramine acu facto. Postremo

20 non est in regnum coelorum, sed ‘in regnum Dei’, εἰς βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Quanquam mihi magis probatur quod lego apud Chrysostomum et Hieronymum, *regnum coelorum*. [B] Sentit enim diuites non esse accommodos euangelicae doctrinae, [C] quam fere vocat regnum coelorum.

[25] [A] Quis ergo poterit. Τίς ἄρα δύναται, id est ‘quis nam potest’, id

25 quod supra vertit *quis, putas*. Et aliquanto post

[28] In sede maiestatis. Ἐπὶ θρόνου δόξης, id est ‘in throno gloriae’.

[29] [C] Centuplum accipiet. Ἐκατονταπλασίονα, quasi dicas singula centuplicata. Est enim numerus multitudinis. [A] Et vitam aeternam possidebit. Κληρονομήσει, quod ad verbum | vertit aliquoties *haereditabit*. Nos circumlocuti sumus: *et vitae aeternae sortietur haereditatem*.

LB 103
30

EX CAPITE VIGESIMO

[1] Simile est regnum. Ὁμοία γὰρ ἐστίν, id est 'simile est enim'. Cohaeret enim cum superiori sententia. Et primo mane. Ἄμα πρώτῃ, id est 'ipso statim diluculo' seu 'primo statim diluculo' siue 'mox vt diluxit'. Pauloque post

35 [2] Ex denario diurno. Ἐκ δηναρίου τὴν ἡμέραν. Primum nihil opus erat addere Graecam praepositionem *ex*, [D] quum Latini dicant: 'conductum denario'. [A] Deinde denarius hic nummi Romani genus est, valens treis solidos et semissem, vt autumat Gulielmus Budaeus homo nusquam non diligentissimus, non solum eruditissimus. Nec est *diurno*, sed 'in singulos dies' siue 'dietim'.
40 Vnde verti poterat: 'pactus cum operis in singulos dies denario'.

[4] [C] Ite et vos in vineam meam. *Meam* nec est apud Graecos nec in aureo codice. [A] Rursum quod iustum fuerit. Καὶ ὁ ἕάν, id est 'quodcunque' [D] siue 'quicquid'. [A] Ac mox de vndecima conductis hora

991 Theophylactus C–E: Vulgarius A B.
4 difficile D E: difficili A–C.
24 poterit E: potest A–D.

37 solidos D E: obolos A–C.
38 Gulielmus Budaeus B–E: Gulielmus Budeus A.

991 *Theophylactus ... acus* This is not correct. Theophyl. sees in *Enarr. in Mt.* 19, 23–24, Migne PG 123, 356 D, κάμηλον as a camel, but notes that some regard it as a fat mooring-cable.
992 *Suidam* Suid., Adler, 3, p. 24: Κάμιλος δὲ τὸ παχὺ σχοινίον.
993 *Camers* I have found nothing about this in the *Thesaurus Cornucopiae* of Camers, but I have in the *Dictionarium* of Calepinus (v. supra, p. 115, n.l. 140, and infra, p. 630, in the List of Abbreviations): "Chamelus κάμηλος, vero pro fune nautico, quo nautae marinas anchoras ligant, generis masculini est, vt apud Euangelium, Facilius est chameleon per foramen acus intrare".
994 *Iulius Pollux Onomasticon*, I, 85 sqq.
995 *Hieronimo* Cf. supra, p. 271 sq., l. 990 sq.
997–998 *siquidem ... proposuit* Cf. *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 268, ll. 12–16.
3 *emphasim* V. supra, p. 45 sq., introd., §9.
3 *fabulas aniles* i. *Tim.* 4, 7 ("aniles fabulas").
3–4 *Hierosolymis ... acus* Hier. may have been the source of inspiration for this fabula anilis.
4 *impossibile ... difficile* Mt. 19, 26, resp. 23.
7 *Marcus Mc.* 10, 24 (Vg.: "Filioli" instead of "Fili").
11–14 *Hieronimus ... demonstratur* V. supra,

p. 271, n. l. 990.
16 *Dialogo aduersus Pelagianos* I, 10 sq., CCSL 80, p. 13.
20–22 *in regnum ... coelorum* Mt. 19, 24: εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, with the (possibly derived from Mt. 19, 14) variation τῶν οὐρανῶν, which Chrys. *Hom. in Mt.* 63 (64), 2, Migne PG 58, 605, quotes and Hier. translates with "in regna caelorum" (cf. supra, p. 271, n. l. 990).
29 *haereditabit* In *Pt.* 24 (25), 13, translation of κληρονομήσει. Otherwise only other forms of 'haereditare' occur in Vg. as translations of forms of κληρονομεῖν or κατακληρονομεῖν.
29 *Nos Nov. Test.*
34 *primo statim diluculo* The reading of *Nov. Test.*
37 *treis* Cf. supra, p. 40, introd., §8a.
38 *Budaeus* Does not make a connection in *De asse et partibus eius* (*Omnia opera*, 2) between the values of the denarius and the solidus. The solidus, a golden coin from the time of the emperors, was initially worth about 25 denarii, later about the half of this (Lewis-Short).
41 and 45 *meam* NT: ὑπάγετε καὶ ὑμεῖς εἰς τὸν ἀμπελῶνα.
42–43 *quodcunque ... quicquid* V. infra, p. 275, n. l. 49.

[7] Ite et vos in vineam. [B] In vulgatis Graecorum exemplaribus non additur *meam* [D] nec apud Theophylactum [B] nec apparet Hieronymum addidisse. [D] Nec additum comperi in exemplari Constantiensi, nisi quod pronomen explicat vim articuli, τὸν ἀμπελῶνα. [B] Praeterea [A] hoc loco addunt Graeci quod in nostris exemplaribus non habetur, καὶ ὁ ἐὰν ᾗ δίκαιον, λήψεσθε, id est: 'quodcunque [D] siue 'quicquid [A] iustum fuerit, accipietis'. [B] Verum id quoniam apud Hieronymum non additur, videri potest ex superiori loco repetitum. [A] Item

[9] Acceperunt singulos denarios. Ἀνὰ δηνάριον, id est 'denariatim', vt ita loquar, et 'singuli' potius quam *singulos*.

[12] [B] Hi nouissimi vna hora fecerunt. Μίαν ὥραν ἐποίησαν, id est: 'vnam horam fecerunt'. Incertum an 'vnam horam' sit accusatiuus transitiuus an temporis, hoc est, vt accipiamus eos fecisse horam qui spacium horae peregerint in opere, an eos fecisse opus horae spacio. [A] Diei et aestus. Non est *aestus*, sed 'aestum', βάρος τῆς ἡμέρας καὶ τὸν καύσωνα, id est 'pondus diei et aestum'. Siquidem in Graecorum exemplaribus magno consensu non solum habetur καύσωνα, sed etiam additur articulus, τὸν καύσωνα, vt intelligas diuersum esse sensum, quod prior particula referatur ad diuturnitatem laboris, posterior ad difficultatem temporis. Siue enim | allegoriam accommodes ad Iudaeos prius vocatos et ad gentes posterius, siue ad eos qui iuuenes vocantur et ad eos qui senes, congruet *pondus diei*, quod Iudaei post diutinam legis obseruationem vocati sunt ad euangelium, gentes subito ad eandem gratiam admissae sunt. Caeterum *diei aestus* est, quod sub lege magis feruebat concupiscentia et in iuuenibus grauius est incendium libidinis et irae, quum haec in senectute, quae vespera est vitae, remissiora sint. Non igitur est ociosa distinctio, vtcunque in Latinos codices irrepsit error. Certe Augustinus sermone 59. de verbis Domini in Euangelium Ioannis legit *aestum*, non *aestus*. Deinde

[14] Volo autem et huic. *Et* redundat; θέλω δὲ τούτῳ, 'volo autem huic'. Rursum

[15] Aut non licet mihi quod volo facere. Graeci addunt ἐν τοῖς ἐμοῖς, id est 'in rebus meis', [D] tametsi potest et ad personas referri. [E] Augustinus loco quem mox indicaui, legit iuxta Graecos *de meo*. [A] Et mox an oculus tuus nequam est etc. Apparet aurium errore variatam scripturam, quod εἰ, 'si', et ἢ, 'vel', eadem voce sint apud Graecos. Si leges 'si', pendere potest a superioribus oratio, vt sit sensus: 'Num ideo mihi minus licet [D] benigniter [A] facere de bonis meis, vt volo, si tu oculum habeas maliciosum et inuidum? Cum ego certe non possim non esse bonus'. Si legis ἢ, 'an' vertendum erat, non 'aut', vt sit sensus: 'Num mea benignitas in caeteros cruciat tuos oculos?' Quandoquidem ex huius beneficentia nata est illius inuidentia, non ex iniuria dantis id quod erat in pactis. [C] Certe 'an' habet codex aureus [D] et Constantiensi. [C] Etiam si neque nescio neque inficias eo εἰ quoque Graecis nonnunquam habere vim percontandi; neque reclamo, si cui vetus translatio magis arridet.

[16] [A] Multi sunt vocati. Πολλοὶ γάρ, id est ‘multi enim’. Et *vocati* et *electi* hoc loco nomina sunt, non participia, κλητοί, ἐκλεκτοί, quae tamen prope modum vice participiorum videntur vsurpari. Et aliquanto post

[17] Secreto, et dixit. Desunt [D] in nostris [A] aliquot verba: κατ’ ἰδίαν, ἐν τῇ ὁδῷ, id est ‘seorsim, in itinere’. Quanquam hic magis quadrabat ‘solos’,

58–70 aestum ... Deinde *E*: aestum, velut exponentes quid dixerit onus diei. Deinde *A*, aestum, velut exponentes quid dixerint onus diei. Deinde *B C*, aestum ... 69 error. Deinde *D*.

72–73 Rursum. Aut *E*: Rursus. An *A B*, Rursum, An *C D*.

77 pendere potest *C–E*: pendebit *A B*.

79 vt volo *D E*: quod volo *A–C*.

45 *Theophylactum Enarr. in Mt.* 20, 1–7, Migne PG 123, 360 B.

45 *Hieronymum In Comm. in Mt.* III, 20, 1 and 2, CCSL 77, p. 173 sq., Hier. only quotes *Mt.* 20, 1 and 2, and paraphrases *Mt.* 20, 7 in the indirect discourse without a possessive pronoun.

49 *quodcumque ... accipietis Nov. Test.*: “quodcumque iustum fuerit, dabo vobis”.

53 *singuli Nov. Test.*: “acceperunt singuli denarium”.

55 *vnam horam fecerunt* The reading of *Nov. Test. B–E. A*: “vna hora fecerunt”.

55 *accusatiuus transitivus* Accusative of the object. Referring to verbs that take an object. Prisc. (among other places Keil, *Gr. Lat.* 3, p. 15, l. 6 sqq.) speaks about ‘transitio’, translation of μεταβασις or διάβασις, ‘transition’. He uses the term *accusatiuus transitivus* only once, in a passage about prepositions (XIII, 15, Keil, *Gr. Lat.* IV, p. 32, l. 26 sq.).

57–58 *Diei ... aestum* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 817, col. 1: “Non ‘aestus’ legendum est, sed ‘aestum’, τὸν καύσωνα”. *Nov. Test.*: “pondus diei et aestum”.

62 *allegoriam* Cf. Hier. *Comm. in Mt.* III, CCSL 77, p. 174 sq.: “Mihi videtur primae horae esse operarios Samuhel et Hieremiam et baptistam Iohannem Tertia vero horae operarii sunt qui a pubertate Deo seruire coeperunt; sextae horae qui matura aetate susceperunt iugum Christi; nonae qui iam declinante ad senium; porro vndecimae qui vltima senectute ... Sunt qui hanc parabolam aliter disserant. Prima hora voluit missum esse in vineam Adam et reliquos patriarchas vsque ad Noe; tertia ipsum Noe vsque ad Abraham et circumcisionem ei datam; sextam ab Abraham vsque ad Moysen quando lex data est; nona ipsum Moysen et prophetas; vndecima apostolos et gentium

populum quibus omnes inuident”.

66–68 *in iuuenibus ... sint* Cf. the personal outpouring in *Resp. adv. febricit. lib.*, LB X, 1681 AB: “haud scio an homo Franciscanae simplicitatis subindicet in me iam frigere Venerem. At ego non alio nomine magis amo senectutem quam quod eam molestiam mihi vel ademit vel certe mitigavit”.

69 *Augustinus Serm.* 87 (new numbering), 3, 4, Migne PL 38, 532: “Ecce nos qui sustinuumus ardorem diei et aestum, acquasti et pares fecisti illis qui vnam horam operati sunt in vinea”.

71 and 74 *volo autem huic* and *in rebus meis* The translations of *Nov. Test.*

74 and 75 *Augustinus V. supra*, n. l. 69: “Non licet mihi facere quod volo de meo?”.

75 *mox* [prius] ‘shortly before’; cf. supra p. 105, n. l. 898.

75–85 *an ... arridet* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 817, col. 1 sq.: “Vereor ne similitudo literarum deceperit interpretem, nisi alia de causa scriptura deprauata est, imo etiam decurtata. Nam multo melior fit sententia, si ita transferatur: ‘An non licet mihi facere quod volo in rebus meis, si oculus tuus malus est, quia ego bonus sum?’ Similitudo literarum est Graece inter ‘si’ et ‘an’ siue ‘aut’”. *Nov. Test. A B*: “si oculus tuus malus est”; *C–E*: “an oculus tuus malus est”. Cf. also *Mt.* 6, 23.

77 *voce* The ‘pronunciation’ of both εἰ and ἦ, due to iotacism. Cf. supra, p. 201, n.l. 221.

86–87 *Et vocati ... ἐκλεκτοί* Cf. infra, p. 292, l. 544 sq.

89–90 *Desunt ... solos* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 817, col. 2: “Desunt duo verba; sic enim Graece legitur: ‘secreto in via’, ἐν τῇ ὁδῷ”. *Nov. Test.*: “solos in via”. Cf. supra, p. 234, l. 28 sq.

quod ita vertit nonnunquam. Noluit enim vltos itineris comites praeter discipulos. Et aliquanto inferius

[21] Et vnus ad sinistram. Vt ne commemorem interim Latinius fuisse futurum ‘a dextris mihi’ quam ‘meis’. Hoc loco ‘a | sinistris’ est εὐωνύμων. Sic enim Graeci ominis causa dicunt sinistram corporis partem εὐώνυμα, hoc est ‘boni ominis’; sicut poetae Furias vocant Eumenidas, vt apud Iob ‘benedicere’ positum est pro ‘maledicere’.

[22] Potestis bibere calicem. Ποτήριον, id est ‘poculum’, quod tamen semper *calicem* vertit, cum poculum ad vnguem exprimat Graecam vocem. Poculum enim quoduis vas vnde bibitur, vt ποτήριον, et ipsum a potando dictum. At calix poculi species est, quae Graecis sua voce κύλιξ dicitur. Est autem sermo prouerbialis, ‘de eodem bibere poculo’, pro eo quod est ‘participem esse mali’; quemadmodum fusius in Chiliadibus explicuimus. Et in emendatioribus Graecorum exemplaribus non legitur μέλλω πίνειν – id est ‘bibiturus sum’ –, sed πίνω – id est ‘bibō’ –, [D] vt praesens narratur quod instabat. [A] Atque ita legit Chrysostomus. Insuper post haec additur apud Graecos καὶ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι, id est: ‘baptismate quo ego baptizor, baptizari’. Nam et apud Marcum haec adduntur. Atque ad hunc modum eadem mox reperiuntur: *Calicem quidem meum bibetis, et baptismo quo ego baptizor, baptizabimini*. Verum haud scio an haec in hunc locum ex Marco traducta sint; id quod saepe numero solet accidere, praesertim cum apud Hieronymum addita non comperiam. Quanquam adduntur apud Origenem et Chrysostomum ac Theophylactum. Deinde

[23] Non est meum dare vobis. *Vobis* addidit aliquis de suo; apud Graecos tantum est οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, id est: ‘non est meum dare’, vt sit absolutum et intelligas totum hoc reiici in Patrem, atque ita legit Chrysostomus consentiente Theophylacto. Verum vt adderent *vobis*, in causa fuit quod sequitur, *sed quibus paratum est*. Verum ea oratio ἀκέφαλος est; subaudiendum enim: ‘id iis continget quibus praeparatum est a Patre meo’. [B] Neque tamen dissimularim Hieronymum sic interpretari, vt propemodum suspicari possis eum legisse, vt nos vulgo legimus, licet Patris quoque mentionem admisceat.

[25] [A] Principes gentium dominantur eorum. Ἄρχοντες τῶν ἔθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν. Cum praecesserit *gentium*, cur non repetit ‘earum’, imo cur non ‘eis’? Ac mox ‘in eas’ magis quam *in eos*? Nam ἔθνος neutri generis est. Nec est simpliciter *dominantur*, sed κατακυριεύουσι, ‘dominantur in eas’ siue ‘aduersus eas’. [B] Frequenter enim ea praepositio in malum sonat, quod tyranni populi malo gerant principatum. [A] Nec est qui maiores sunt, sed οἱ μεγάλοι, id est ‘magni’ siue ‘magnates’. Siquidem id erat proprium cognomentum regis Persarum, vnde Alexander magnus est dictus. Ac rursum potestatem exercent. Κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν, id est ‘ius’ siue ‘autoritatem exercent’. Et praepositio similiter in partem malam sonat indicans eam potestatem esse tyrannicam et cum malo parentium esse coniunctam. [C] Vnde in quibusdam [D] codicibus [C] perperam mutatum est ‘inter eos’ pro *in eos*. [D] Porro quod hic

- 93 ad sinistram *E*: a sinistris *A–D*.
 97 est pro maledicere *B–E*: est maledicere *A*.
 106 post haec *D E*: sub haec *A–C*.
 112–113 ac Theophylactum *C–E*: ac Vulgarium *B*, *om. A*.
 117 consentiente Theophylacto *C–E*: consen-
 96 *Iob* Cf. *Iob*, 1, 5 and 2, 5.
 98–113 *Potestis ... Theophylactum* Ep. 1247 from Conrad and Margarita Peutingger to Er., 9 dec. 1521, ll. 19–37, contains a reaction to this passage.
 99 *ad vnguem* ‘to a hair’, ‘perfectly’ (Lewis-Short, s.v.); cf. *Adag.* 491, *ASD* II, 1, p. 562, where reference is made to Hor. *Serm.* I, 5, 32, and *Ars*, 294. Cf. Otto, p. 357, No. 1827.
 103 *Chiliadibus Adag.* 781, *ASD* II, 2, p. 302, l. 392 sq.: “Eodem bibere poculo” est iisdem affici incommodis malisque communibus obnoxium esse”; Er. refers there to Aristoph. *Equ.* 1289 and Plaut. *Cas.* 933, and also to this passage and *Mc.* 10, 38.
 105–106 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 65 (66), 2, Migne *PG* 58, 619: Δύνασθε πεινὸν τὸ ποτήριον, ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; Trapezuntius, 546 C: “Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? et baptismo quo ego baptizor, baptizari?”
 106–109 *Insuper ... baptizabimini* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 817, col. 2: “Non solum in Marco, sed etiam hic legitur ‘aut baptismo quo ego baptizor, baptizari’, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι βαπτισθῆναι, et ‘baptismo quo ego baptizor baptizabimini’, καὶ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι βαπτισθῆσθε”. Er. too includes these texts in *Nov. Test.*, both in Greek and in Latin; he later denies adding them, in reaction to an opponent who remains nameless, in Ep. 2516, ll. 65–70. They occur in *Mc.* 10, 38 sq.; in *Mt.* 20, 22 sq. they do not occur in *Vg.* and in modern editions of *NT* they occur only in app. crit. Cf. Chomarat, 1, p. 498, n. 149.
 111 *Hieronymum Comm. in Mt.* III, 20, 23, *CCSL* 77, p. 178.
 112 *Origenem Comm. in Mt.* XVI, 5, *GCS* 10, p. 481: ἀποκριθεὶς εἶπε· μετὰ τὸ ὅτι οἶδατε τί αἰτεῖσθε τὸ δύνασθε πεινὸν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν (ἢ ὡς ὁ Μᾶρκος ἀνέγραψε· δύνασθε τὸ ποτήριον πεινὸν ὃ ἐγὼ πίνω ἢ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι βαπτισθῆναι;), in the Latin translation: “respondit” postquam ‘dixerat: nescitis quid petatis’: potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum aut baptismum baptizari quod ego baptizor?”
 112 *Chrysostomum* V. supra, n. ll. 105–106.
 112–113 *Theophylactum Enarr. in Mt.* 20, 22, Migne *PG* 123, 364 A.
 114 *vobis* Is also omitted in *Nov. Test.*
 116 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 65 (66), 2, Migne *PG* 58, 620. Trapezuntius, 546 D, without “vobis”.
 117 *Theophylacto Enarr. in Mt.* 20, 23, Migne *PG* 123, 364 C.
 118 ἀκέφαλος “without beginning” (Liddell-Scott, s.v.; also Ep. 1875, l. 11).
 120 *Hieronymum Comm. in Mt.* III, 20, 23, *CCSL* 77, p. 178: “Quod autem dicit: ‘sedere ad dexteram meam et sinistrum non est meum dare vobis sed quibus paratum est a patre meo’, sic intelligendum: Regnum caelorum non est dantis sed accipientis; non est enim personarum acceptio apud Deum’ [*Act.* 10, 34], sed quicumque talem se praebuerit ut regno caelorum dignus fiat, hic accipiet quod non personae sed vitae paratum est; si itaque tales estis qui consequamini regnum caelorum quod Pater meus triumphantibus et victoribus praeparavit, vos quoque accipietis illud”.
 122–126 *Principes ... aduersus eas* Cf. infra, p. 584, l. 679 sqq., ad *Lc.* 22, 25. Er. here takes from Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 817, col. 2: “‘Earum’ dicendum fuit. Sed quia Graecae ‘gens’ neutri generis est, genitius ‘eorum’ generis omnis, ideo interpres non animadvertit transferendum fuisse genere foeminino, τῶν ἐθνῶν κατακυριεύουσιν αὐτῶν.” In *Epist. apolog. adv. Stun.*, *LB* IX, 394 DE, he reacts to criticism by Stun. of this passage.
 124 *mox Mt.* 20, 25.
 124 *neutri* Cf. supra, p. 39 sq., introd., §8a.
 126 *praepositio* I. q. ‘prefix’, since Cic. *Or.* 47, 158 (*OLD*, s.v.); cf. infra, l. 131.
 128–137 *magni ... magnates ... magnus fieri* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 817, col. 2: “Graecae est ‘magni’ et ‘magnus’, non ‘maiores’ et ‘maior’, μεγάλοι, μέγας”. *Nov. Test.*: “magni” and “magnus fieri”. Cf. infra, p. 410 and 530, ll. 556 sqq. and 265 sqq.
 129 *regis Persarum* The king of the Persians was called by the Greeks ὁ μέγας βασιλεύς.
 131 *praepositio* Cf. supra, l. 126.
 112 Er. therefore follows the translation.

LB 106 in|terpres Graecam vocem expressit periphrasi, poterat et in priore parte facere:
135 'dominium exercent in eos'. Ac paulo post

[26] Quicumque voluerit maior fieri. Μέγας γενέσθαι, id est 'magnus fieri'. Atque ita citat Hieronymus edisserens caput Ezechielis xlv. Ne quis causifictur Graecam scripturam esse viciatam.

[28] Non venit ministrari. Quis vnquam dixit hominem ministrari cui
140 ministerium exhibetur? Non hercle magis quam benedici de quo quis bene loquatur, aut annunciari cui nunciatur aliquid. Atqui sic loquuntur Graeci, [B] sed [A] Latinorum auribus prorsus inauditum. Vertere commode poterat ad hunc modum: 'non venit, vt sibi ministraretur, sed vt aliis ipse ministraret', οὐ δια-
145 κονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. Rursum hic a n i m a m vitam appellat, non eam partem quae est altera hominis. Rursum pro multis. Ἀντὶ πολλῶν aliud quiddam sonat Graecis quam Latinis; apud nos tantum opponitur paucis, apud illos populi multitudinem sonat atque id ferme quod Latinis sonat vulgus. Et redemptionem Graece est λύτρον, quod proprie precium significat quo redimuntur captiui aut serui – [B] quod Galli vocant ransonam –, [A] a verbo λύω,
150 quod est 'soluo'. Deinde

[34] Et confestim viderunt. Graeci nonnihil addunt verborum, ἀνέβλεψαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί, id est: 'visum receperunt illorum oculi', quod antea mentio facta sit oculorum.

EX CAPITE VIGESIMOPRIMO

155 [1] Ad montem Oliueti. Ἐλαιῶν est, id est 'oliuarum'. Semel duntaxat in Actis Apostolorum legimus 'montem qui dictus est ἐλαιῶν', id est 'oliuetum', si modo scriptura non fallit. Etenim eadem dictio si vltima sit acuta, significat 'oliuetum', sin circumflexa, 'oliuarum'. Hic certe est 'oliuarum', propter additum articulum τῶν. Pauloque post

160 [2] In castellum. Εἰς τὴν κώμην. Vicum aut oppidum sonat, [B] ne quis putet arcem esse aut magnatis palatium, quod opinari videtur Carrensis.

[3] [A] Et confestim dimittit. In nonnullis Graecis codicibus habetur ἀποστέλλει, praesentis temporis, vt pertineat ad discipulos. Verum quid opus erat repetere *et dimittet eos*, cum iam dixerit: *Ite in castellum*. Vnde mihi legendum
165 videtur ἀποστελεῖ, id est 'emittet', vt referatur ad iumenta, [E] quemadmodum legitur apud Marcum capite vndecimo. [A] Atque ita legit Chrysostomus, [D] Theophylactus [A] ac Hieronymus, [B] consentientibus Latinis exemplaribus vetustis; neque secus interpretatur Hilarius. [E] Potest tamen fieri, vt Matthaeus, aut huius interpres, maluerit tempus praesens ad significandam celeritatem. [A]
170 Deinde quidam habebant

[4] Hoc factum est, quidam *Hoc totum factum est*. Neque magni refert. Chrysostomus non addit 'totum', [D] si credimus interpreti. Nam Theophylactus addit.

[5] Dicite filiae Sion. Testimonium hoc sumptum est ex Zachariae capite
175 nono. Quanquam euangelista nec vsquequaque conuenit cum Hebraica veritate

LB 107

neque cum Septuaginta. Nam *dicite* nec est apud Hebraeos nec apud Septuaginta. Rursum quod hic dicit: | Venit tibi mansuetus. Hebraeis est **וְנִי**, id est ‘pauper’. Nam eadem dictio, si scribatur per **י**, pauperem sonat, si per **י**, mansuetum. Hebraea sic reddidit Hieronymus: *Exulta satis, filia Sion. Iubila, filia*

180

Hierusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus et Saluator, ipse pauper et ascendens super asinam, et super pullum filium asinae. Iuxta Septuaginta sic legimus: [C] Χαῖρε

185

σφόδρα θύγατερ Σιών, κήρυσσε, θύγατερ Ἱερουσαλήμ· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται σοι δίκαιος καὶ σφόδρον αὐτούς, πραῦς καὶ ἐπιβεβηκώς ἐπὶ ὑποζύγιον, καὶ πῶλον νέον, id est: [A] ‘Gaude vehementer, filia Sion; praedica, filia Hierusalem. Ecce rex tuus veniet tibi iustus et saluans ipsos, mansuetus et ascendens super subiu-

137–138 causificetur C–E: cauilletur A B.

151 confestim E: continuo A–D.

167 Hieronymus B–E: Hiero. A.

174 Sion B–E: Zion A.

178–179 mansuetum ... reddidit B–E: mansuetum. Adhuc quaedam prorsus omisit.

137 *Hieronymus Comm. in Ez.* XIII, 45, 9, *CCSL* 75, p. 676, quotes *Mt.* 20, 26: “sed qui voluerit in vobis magnus esse fiet vester minister”. Cf. infra, p. 410, l. 556 sq.

139–143 *Non venit ... ministraret* ‘Ministrari’ with passive personal subject only h.l., in *Colum.* XII, 1, 6, and in Christian writers (*ThLL* 8, 1019, l. 58 sqq.; cf. Löfstedt, *Synactica*, 1, Lund-Leipzig-London-Oxford, 1942², p. 243, n. 3). In *Epist. apolog. adv. Stun.*, LB IX, 394 E, Er. maintains his view in opposition to *Stun.*’s opinion that “recte dicitur ministrari cui ministerium exhibetur”. *Nov. Test.*: “non venit, vt sibi ministraretur, sed vt ipse ministraret”.

144 *Rursum ... appellat* Cf. supra, p. 164, l. 313 sq., where also *Mt.* 10, 39 is quoted, and p. 165 sq., l. 321 sq.

149 *ransonam* ‘rançon’ (*LB* VI, 106 E).

152 *visum ... oculi* *Nov. Test.*: “visum receperunt oculi illorum”.

155 *oliuarum* *Nov. Test.*: “montem oliuarum”. *Act.* 1, 12: ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου ἑλαιῶνος; *Vg.* and *Nov. Test.*: “a monte qui vocatur Oliueti”.

160 *In castellum ... sonat* Cf. infra p. 400, l. 279 sq.

161 *Carrensis* Hugo de Sancto Caro, *Postilla*, does not write this ad locum, but: “In castellum’. id est mundum diminutum: quia diminutae sunt veritates a filiis hominum siue veritas vitae/iusticiae/doctrinae”.

162 *dimittit* Modern editions of *Vg.* read “dimittet”, *Nov. Test.* A and C–E “emittet”, B

Hebraea sic habent **גִּיל מְאֹד בַּת צִיּוֹן הִרְיָעִי בַּת יְרוּשָׁלַם הִנֵּן מֶלֶכָּה יְבוֹא לָךְ צְדִיק וְנוֹשֵׁעַ הוּא עֲנִי וְרֹכֵב עַל חֲמֹר וְעַל עִיר בֶּן-אֲתֻנֹת**. Ea sic reddidit A.

185 ipsos E: ipse A–D.

“emittit”.

166 *Marcum* Modern editions of *NT* contain in *Mc.* 11, 3: ἀποστέλλει, and note the variation ἀποστελεῖ in app. crit.; *Vg.*: “continuo illum dimittet huc”. *Nov. Test.*: ἀποστελεῖ, “Et continuo illum mittet huc”.

166 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 66 (67), 1, *Migne PG* 58, 627, reads: ἀποστέλλει, but *Trapezuntius*, 554 A, translates “confestim dimittet”.

167 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 21, 1–5, *Migne PG* 123, 368 B, reads: ἀποστέλλει, but *Oecolampadius*, f° 34 v°, translates: “emittet”.

167 *Hieronymus Comm. in Mt.* III, 21, 3, *CCSL* 77, p. 182 (“dimittet”).

168 *Hilarius* No contrasting interpretation can indeed be derived from *In Mt.* 21, 1, *SC* 258, p. 120 sqq.

171 *Hoc ... est* *Nov. Test.*: Hoc autem totum factum est”.

172 *Chrysostomus ... interpreti Hom. in Mt.* 66 (67), 1, *Migne PG* 58, 627: Τοῦτο δὲ γέγονεν ..., *Trapezuntius*, 554 A: “Hoc autem factum est ...”.

172 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 21, 1–5, *Migne PG* 123, 368 B.

174 *Zachariae Zch.* 9, 9.

179–186 *Hieronymus ... nouum* In *Comm. in Zch.* II, 9, 9–10, *CCSL* 76A, p. 829, Hier. quotes the text of *Vg.*: “Exsulta ... asinae” (ll. 179–181) and also presents there the Latin translation of *LXX*, “Gaude ... saluans, ipse mansuetus ... nouum” (ll. 184–186). Cf. infra, p. 520, ll. 960–962.

galem et pullum nouum'. [D] Interpres legisse videtur αὐτός, quum Aldina aeditio habeat αὐτούς. [A] Porro quod hic est *Saluator*, Hebraeis est **שׁוֹמֵר** alludens ad nomen Iesu. Vnde locum hunc Iudaei iuxta historiam referunt ad Christum. Item sedens super asinum. Ἐπιβεβηκώς, id est 'consensa asina'. Et rursum

190 [7] Vestimenta. Magis est 'togas' siue 'pallia', τὰ ἱμάτια, id est 'summas vestes'.

[9] *Osanna* filio *Dauid*. Non sine causa *Matthaeus*, aut interpres, Hebraicam reliquit vocem, opinor, quod peculiaris sit eius gentis acclamatio; quemadmodum apud Romanos 'io triumphe'. Verum super hac voce varia fuit

195 interpretum opinio. De quo qui volet edoceri plenius, legat *Hieronymi libellum* ad *Damasum pontificem Romanum*, in quo notat *Hilarius*, quod ob imperitiam Hebraicae linguae *osanna* interpretatus sit *redemptio domus Dauid*. [B] Licet ad eundem ferme modum interpretetur *Ambrosius*. [A] Atque omnino sic interpretatus est [B] *Hilarius* [A] in canone quem scripsit in *Matthaeum*. Nam:

200 *osanna*, inquit, *Hebraico sermone significatur redemptio domus Dauid*, insigni nimirum lapsu, cum Hebraeis id quod constat פְּדוּתָא redemptio dicatur, tum domus בֵּית. Porro *Dauid* cum eadem vox sit apud Hebraeos quae apud Graecos ac Latinos, vel ab ipso quantumvis inscio sermonis Hebraei deprehendi poterat, si modo animum aduertisset. Verum conicio sanctum *Hilarius*, cum haereret ad

205 eam vocem, ex *Iudaeo* quopiam sciscitatum quid apud illos sonaret *osanna*, atque illum, vt irrideret *Christianum*, respondisse quod in buccam veniebat: 'redemptio domus *Dauid*'. Vide quid est alienis cernere oculis, alienis ambulare pedibus. At idem in expositione *Psalmi secundi* non probat vllam interpretationem *Veteris Instrumenti* praeter eam quae fertur esse *Septuaginta*, propterea quod *Bresith*

210 בְּרֵאשִׁית, quae prima vox est libri *Geneseos* apud Hebraeos, tria significet: 'in principio', 'in filio' et 'in capite'. Nimirum sic est humanum ingenium, tantum probat quisque quantum se confidit assequi posse. Graece [B] vtcunque [A] nouerat *Hilarius*. [B] Nam prodidit *Hieronimus* huic aurulam modo *Graecanicae literaturae* fuisse gustatam. [A] Et idcirco *Graecorum* flosculis libenter ornat

215 sua commentaria. Verum cum literas Hebraicas prorsus ignoraret, interpretationi *Septuaginta* nihil volebat accedere. Porro diuus *Augustinus*, quoniam ne is quidem Graece ad plenum sciebat, non probat *Hieronymi* studium, qui *Nouum Testamentum* ex *Graecorum* fontibus vel verterit vel emendarit. Quanquam hoc vtcunque tolerandum putat, propterea quod collatis codicibus deprehendisset *Hieronymianam* in ea re fidem. Nam *Augustinus* *Graecas* literas puer vtcunque

221 degustarat, ad quas senex redire coactus est; quandoquidem et *Epiphani* *Graecum* *De haeresibus* librum, vt potuit, est imitatus. Caeterum *Hebraei* sermonis quoniam prorsus erat ignarus, ferendum non putat, vt *Hieronimus* quicquam ex *Hebraeorum* fontibus mutaret, idque cum fidem hominis in *Nouo Testamento*

225 iam haberet compertam. [B] Et tamen hic ipse, qui vetat *Hieronimum* trium linguarum egregie peritum quicquam innouare in sacris libris, plurimos locos annotauit in voluminibus | *Instrumenti Veteris*, atque id sane non ex *Hebraeorum*, sed *Latinorum* et *Graecorum* exemplaribus, quod genus illud libro ex *Numeris*

LB 108

adducto loco: *et omnem multitudinem mulierum quae non nouit concubitum masculi, viuificate*. Mox subiicit: *Nusquam certius apparet Hebraea locutione mulieres etiam dici virgines solere*. Sed qui nam id apparet, nisi vocem Hebraeam proferat? Quod si contigisset Augustino linguarum peritia quae Hieronymo, non dubitasset facere quod illum facere vetat. [A] At hodie magni quidam, vt sibi videntur, theologi, cum ne Latine quidem sciant, omnis antiquae bonaeque literaturae rudes et ob id hostes, nihil admisceri velint diuinis literis, nisi quod ab ipsis possit intelligi. Verum quemadmodum Hebraeae literae ab Hilario neglectae sui contemptum vltae sunt in *osanna*, ita passim his temporibus vliscuntur sui neglectum bonae literae, dum subinde impingunt, nusquam non haerent, nus-

200 insigni B-E: pudendo A.

210 בְּרֵאשִׁית A-D: בְּרֵאשִׁית E.

216-217 nē is quidem Graece ad plenum scie-

bat D-E: ne Graece quidem sciebat A, ne Graece quidem sciebat, nisi perpusillum B, ne Graece quidem ad plenum sciebat C.

186-187 *Interpres* ... ἀντὸς Modern editions of *LXX* read ἀντὸς, the *Aldina*, f° 324 v°, col. 1, ἀντὸς.

189 *asinum* Modern editions of *Vg.* and *Nov. Test.* read “asinam”.

195 *Hieronymi Epist.* 20, 1, *CSEL* 54, p. 104: “Multi super hoc sermone diuersa finxerunt, e quibus noster Hilarius in commentariis Mathei ita posuit: ‘Osanna’ Hebraico sermone significatur ‘redemptio domus Dauid’. Primum ‘redemptio’ lingua Hebraea ‘pseuduth’ interpretatur; deinde ‘domus’ ‘Beth’. ‘Dauid’ vero in hoc loco non esse nomen insertum omnibus patet”.

198 *Ambrosius Serm.* 31, 3, *Migne PL* 17, 690 A: “Hosanna ergo in excelsis tantumdem est, tamquam si dicatur: ‘Salua nos, qui etiam es salus in coelis’”.

321–326 *Accipite ... transformetur* Criticism from Standish is apparent from Ep. 1162, ll. 156–157 ("quod male sentirem de Eucharistia"). The additions from 1527 and 1535 may be connected to criticism from N. Beda and the Paris Faculty of Theology (cf. *Supputat. error. in cens. N. Bedae and Declarat. ad cens. Lutet.*, *LB IX*, 474 EF, 681 C – 684 B, 716 CD and 877 CD) of the text and the translation which Er. gives of 1. *Cor.* 11, 24 in *Nov. Test.* ($\tau\omicron\upsilon\tau\omicron\epsilon\sigma\tau\iota\ \tau\omicron\ \sigma\acute{\omega}\mu\acute{\alpha}\ \tau\omicron\ \upsilon\pi\epsilon\rho\ \upsilon\mu\acute{\omega}\nu\ \kappa\lambda\acute{\omega}\mu\epsilon\nu\omicron\nu$, "Hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur"; $\kappa\lambda\acute{\omega}\mu\epsilon\nu\omicron\nu$ occurred in all the codices which Er. had at his disposal; it is missing in modern editions of *NT*; Vg.: "quod pro vobis tradetur"), *Annot. in 1. Cor.* 11, 24: "Quod pro vobis tradetur" (*LB VI*, 716 F – 718 C) and *Paraphr. in NT (LB VII*, 897 A). In fact, ll. 325–326 are reminiscent of Ep. 1637, ll. 76–85, in particular l. 79 sq.: "Vbi legunt isti 'Hoc non est corpus meum, sed signum corporis mei? Hic non est sanguis meus, sed signum sanguinis mei?'" Cf. infra, p. 425, n.ll. 891–894, and Rummel, *Annotations*, p. 156 sqq., *Catholic Critics*, 2, p. 94, and *The Humanist-Scholastic Debate in the Renaissance and Reformation*, Cambridge (Mass.) – London, 1995, p. 107.

322 *Chrysostomus* Explaining *Mt.* 26, 26, Chrys. quotes 1. *Cor.* 11, 24 in *Hom. in Mt.* 82 (83), 1, Migne *PG* 58, 738: $\tau\omicron\upsilon\tau\omicron\epsilon\sigma\tau\iota\ \tau\omicron\ \sigma\acute{\omega}\mu\acute{\alpha}\ \mu\omicron\upsilon$, $\tau\omicron\ \upsilon\pi\epsilon\rho\ \mu\omicron\upsilon$, $\tau\omicron\ \upsilon\pi\epsilon\rho\ \mu\omicron\upsilon$ (Trapezuntius, 664 D: "corpus meum quod pro multis frangetur in remissionem peccatorum").

323 *Lucae Lc.* 22, 19.

325 frangendo distribuitur. [D] Theophylactus admonet fuisse verum corpus, non corporis figuram, quod panis ineffabili modo transformetur.

[27] [A] Et accipiens calicem. Καὶ λαβὼν τὸ ποτήριον καὶ εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς, 'et sumpto poculo et gratis actis dedit illis'.

[28] Hic est enim sanguis. *Enim* non est in [C] nonnullis [A] Graecis [B] codicibus, vt nec paulo ante in consecratione corporis. [A] Noui testamenti. Articulus additus significantiorem Graecis reddit orationem, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, id est: 'qui est noui testamenti'. Significat autem hic testamentum quod condunt morituri. Qui pro multis effundetur. Τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, id est 'qui pro multis effunditur'. Quanquam reperio hoc nonnunquam pro futuro poni sicut ἐρχόμενος; nisi quod Paulus vtrunque praesentis temporis participio extulit, τὸ κλύμενον et τὸ ἐκχυνόμενον, id est 'quod frangitur', 'quod effunditur', quemadmodum suo annotabimus loco. [B] *Effunditur* legit et interpres Origenis homilia trigesimaquinta.

[30] [A] Et hymno dicto. Καὶ ὑμνήσαντες, id est: 'cum dixissent' siue 'cecinnissent laudes', vt intelligas apostolos dixisse hymnos, non tantum Christum. 340 | Oliueti. Rursum ἐλαιῶν, id est 'oliuarum', quod iam toties fuit obuium. LB 134

[31] Percutiam pastorem. Vaticinium est apud Zachariam prophetam capite decimotertio. Conuenit autem aeditio Septuaginta cum Hebraica veritate, nisi quod pro eo quod Hieronymus vertit *super virum adhaerentem mihi*, Septuaginta verterint ἐπὶ ἄνδρα πολίτην αὐτοῦ, id est 'super virum ciuem eius'. Id Hieronymus accidisse putat ambiguitate vnus elementi ς, quod non discrepet a ς, nisi sola magnitudine; et si ς legatur, 'meum' significat, si ς, 'eius'. Septuaginta verterunt hoc modo: πάταξον τὸν ποιμένα καὶ διασκορπισθήτωσαν τὰ πρόβατα. Ex πάταξον euangelista fecit πατάξω, et ex διασκορπισθήτωσαν fecit διασκορπισθήσονται. Praeterea quod illic dictum est sub persona prophetae rogantis, vt Deus percutiat pastorem, [C] euangelista [A] accommodauit ad personam ipsius Dei. Id enim prodidit Hieronymus libro De optimo genere interpretandi ad Pammachium; atque eadem fere repetit enarrans hunc prophetae locum. Atqui hac sane in re aut ego prorsus hallucinor aut lapsus est Hieronymus; quem vt fateor virum 345 fuisse summa doctrina, pari eloquentia, incomparabili sanctimonia, ita hominem fuisse non possum diffiteri. Etenim si quis attentius expendat eum prophetae locum, is comperiet nihil esse necesse, imo non nisi dure, haec ad prophetae personam accommodari. Quod quo magis perspicuum fiat, ipsa verba subscribam. *Framea! suscitare super pastorem meum, et super virum cohaerentem mihi, dicit Dominus exercituum.* Haec certe palam est dici sub persona Dei, cum addiderit: *dicit Dominus exercituum.* Ac mox sequitur: *percute pastorem, et dispergentur oves.* Haec quoque sunt Dei verba alloquentis gladium suum. Quod si quis velit alio torquere, certe quod sequitur, non sinet: *et conuertam manum meam ad paruulos.* Atque adeo reclamatione euidentius quod continenter adiungitur: *Et erunt in omni 365 terra, dicit Dominus.* [C] Hunc quoque locum magnis tragoediis calumniatus est quidam qui, si tam esset ad docendum quae recta sunt, instructus quam videtur animatus ad calumniandum aliena, dignus esset qui inter celebres scriptores

annumeraretur. Cum nemo plus tribuat Hieronymo, cum illud in me criminati
 370 sint quidam, libris etiam aeditis, quod Hieronymum Augustino alioqui summo
 praetulerim, hic me clamitat mihi Hieronymum vnum ex omnibus delegisse, qui
 cum monomachiam suscipere, et canit frigidum Hieronymi encomium, quasi
 non ante sit a me maiore spiritu laudatus. Quanquam hoc ipsum laudis quod hic
 tribuit Hieronymo, mutuatus videtur ex meis scriptis. Et hos tumultus cit homo
 375 summa tamen honoris praefatione, praesertim cum ipse Hieronymus sibi parum
 constet. Ego sacrilegus, qui Hieronymum dixerim hominem esse! Quid autem
 LB 135 dici potest clementius? Et actum erat de honore Hieronymi, ni lapsis iste viri
 patrociniū tanto spiritu suscepisset. Sed vt omissis cauillis rem lectori paucis
 380 aperiāmus: in libello De optimo genere interpretandi, cum hoc ageret ex professo
 Hieronymus, vt ostenderet quaedam apud Hebraeos discrepare ab interpretatione
 Septuaginta aut apostolorum citationibus, adduxit et hunc Zachariae locum, sic
 distinguens personas, vt argumento quod instituerat tunc, congruebat. Caeterum
 in Commentariis quibus locum hunc euangelistae enarrat, sic temperat senten-

341 Oliueti ... obuium *inter* 365 Dominus *et*
 420 Gallus *posuit* A.
 343–350 veritate, nisi quod ... Praeterea quod
 C–E: veritate. Sed Euangelista quod A B.
 346 † C D: † E.

346 discrepat D E: discrepat C.
 357 comperiet ... haec C–E: comperiet, ne
 posse quidem, haec A B.
 382 instituerat D E: instituebat C.

325 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 26, 26, Migne
 PG 123, 444 CD.
 328 *et sumpto ... illis Nov. Test.*: “Et accepto
 poculo (B–E; A: “calice”), gratiis actis, dedit
 illis”.
 332–334 *qui ... testamenti* and *qui ... effunditur*
 Readings of *Nov. Test.*
 335 *Paulus* 1. *Cor* 11, 24 reads in the *Aldina* (P
 410 r°, col. 1) and in *Nov. Test. A*: εἴπε-
 λάβετε, φάγετε, τοῦτο μου ἐστὶ τὸ σῶμα, τὸ
 ὑπὲρ ὑμῶν κλῶμενον. In that context τὸ
 ἐκχυνόμενον is not to be found.
 338 *interpres Origenis Comm. in Mt. series*, 85,
 GCS 11, p. 196.
 341 *oliuarum* The reading of *Nov. Test.*
 341 *toties* Cf. *supra*, pp. 278 and 306, ll. 155 sqq.
 and 899.
 342 *Zachariam Zch.* 13, 7 sq. (v. *infra*, ll. 359–
 365).
 344–345 *Hieronymus ... eius* Hier. gives in
Comm. in Zch. III, 13, 7–9, CCSL 76A, p.
 874 sq., the translation “super ... mihi” (l.
 344) and, as a translation of LXX, “super
 virum ciuem eius” (l. 345), and adds: “...
 uau in fine sermonis pro iod legentes, quae
 litterae sola inter se distant magnitudine; et

si iod legatur, meum significat, si uau, eius”.
 352–353 *Hieronymus ... locum Epist.* 57, 7, 5,
 CSEL 54, p. 514, and *Comm. in Zch.* III, 13,
 7–9, CCSL 76A, p. 875, quoted in ll. 395–398
 on p. 326.
 365–419 *Hunc ... Symmacho* Added under the
 influence of criticism from Stun. (l. 366:
 “quidam”); cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*,
 ASD IX, 1, p. 107 sqq., where the passages
 “Etenim ... accommodari” (ll. 356–358),
 “Framea ... Dominus” (ll. 359–365) and “in
 libello ... poenituisse” (ll. 379–412) also
 occur (like in C “instituebat” instead of l.
 382 “instituerat” and “sed” instead of l. 410
 “Verum”). For the notes see De Jonge ad
 locum. Cf. Rummel, *Annotations*, p. 58, and
Catholic Critics, 1, pp. 154 and 237, n. 18.
 365 *tragoediis* Cf. *supra*, p. 49, introd., §10.
 369 *quidam ... aeditis* Cf. *Apolog. resp. Iac. Lop.*
Stun. 108, l. 975, “quidam etiam scriptis”; De
 Jonge refers in this connection to Ep. 769
 from Johann Eck to Er., l. 80 sqq., and Er.’s
 answer, Ep. 844, ll. 119–271. I have not been
 able to find a book by Eck on this subject
 (cf. *supra*, p. 144 sq., n.ll. 811–827).
 380 *Hieronymus* Cf. *supra*, n.ll. 352–353.

tiam, vt quod in libello De optimo genere interpretandi scripserat, propemodum
 385 recantare videatur: *Hoc, inquit, aliis verbis in Zacharia propheta scriptum est, et ni fallor, ex persona prophetae ad Deum dicitur: Percute pastorem.* Porro quod hunc sensum confirmat consensu Psalmi sexagesimi: *Quoniam quem tu percussisti, persequuti sunt.* Vt demus hoc sensisse psalmographum quod interpretatur Hieronymus, haud cogit tamen, vt persona loquentis mutetur. Cum enim constet prio-
 390 rem partem vaticinii, *Framea! suscitare super pastorem meum,* pertinere ad Deum Patrem, si quod mox sequitur, ad eundem referatur: *percute pastorem* etc., tamen idem existit sensus, Christum a Patre fuisse percussum, qui suo gladio mandauit, vt percuteret. Percutit enim qui percutiendum tradit. Caeterum Hieronymus enarrans ipsum prophetam magis etiam a seipso dissentit et accommodat totam
 395 orationem Patri. Quod quo magis perspicuum sit, ipsius verba subscribam: *Nec putandum est de altero loco assumptum testimonium, quia in Euangelio Deus a se pastorem dicit esse percussum et in praesenti loco gladio atque mucroni legimus imperatum: 'Percute pastorem, et dispergentur oves'.* Hactenus Hieronymus. Vides palam Patris imperantis mucroni suo vocem esse *percute pastorem*, non autem
 400 verba prophetae obsecrantis. Vides nullam esse mentionem eius rei quam posuerat in libello De optimo genere interpretandi, cum hic maxime tempestiuum fuerit hoc inculcare. Quid igitur dissonat in Matthaeo? Verba dissonant, res eadem est. Quisquis enim loquitur gladio suo: 'percute', significat se mox velle percutere, et ideo Matthaeus verbis omissis sensum expressit: *percutiam pastorem.* Quin
 405 et pronomen omisit Matthaeus, quum in propheta sit *super pastorem meum.* Quod ipsum etiam inuitat, vt sermonem Patri potius accommodemus. Suum enim vocat vnicum illum se dignum, cum aliis alii sint pastores, quorum nonnulli tales sunt, vt illis percussis melius habeat grex. Sed exultat calumniator docens nos personas in literis diuinis aliquando mutari subito. Nihil erat necesse,
 410 vt hoc ab isto disceremus quod toties in libris nostris testati sumus. Verum hic nihil cogebat mutare personam. Et apparet Hieronymum suae sententiae poenituisse. Atque hic est doctor iste egregius qui omnibus rebus instructus accessit ad tractandas sacras literas quas ego heri aut nudiustertius coepi attingere. Cum ante
 415 annos viginti scripserim Enchiridion et in hoc opere tumultuario, quod inficiari non possum, plura citem ex diuersis autoribus quam operis ratio postulet. Ipse tantum in his quae a nobis citantur, obambulet venans quod arrodatur. Ac ne hoc quidem quanquam non tumultuanter, sed per ocium agat, illi feliciter succedit. Sed vt missum faciam hunc lapidem, arbitror Hieronymum hac in parte aequio-
 rem esse suo Antimacho quam tali Symmacho.

420 [34] [A] Gallus cantet. Φωνῆσαι, id est 'sonet'. Et Graecus quidem sermo per se anceps est, nisi hypostigme iungat 'ter' aduerbium verbo 'abnegabis', [C] etiamsi apud alios euangelistas non est eadem ambiguitas.

[36] [A] Tunc venit Iesus. Venit praesentis est temporis, ἔρχεται. In villam quae dicitur Gethsemani. Χωρίον, id est 'in locum'; quando ita
 425 mauult Valla. Nam ad sensum haud magni refert. [D] Alibi vertit *agrum*, et *agrum* hoc loco legit Hilarius. [A] Porro *Gethsemani* Hebraeis sonat 'vallis pin-

guedinum'. Nam $\aleph \nu \aleph$ vallem, $\aleph \nu \psi$ pinguedinem significat. Ea est ad radices montis Oliueti, vt testatur Hieronymus in locis Hebraicis.

[37] Contristari et moestus esse. $\lambda \upsilon \pi \epsilon \dot{\iota} \sigma \theta \alpha \iota$ καὶ ἀδημονεῖν, id est 'dolere et grauius angere'. Nam ἀδημονεῖν impotentem animi molestiam significat; quo verbo vsus est et Paulus, vt suo demonstrabimus loco.

[38] Tristis est anima mea. Triste magis dicitur quod tristitiam adfert seu molestiam. Latinius erat 'in dolore est' siue 'moeret' aut 'moesta est anima mea'. Sustinete hic. $\mu \epsilon \dot{\iota} \nu \alpha \tau \epsilon$ ὧδε, id est: 'manete hic'. Et aliquanto inferius

[42] Iterum secundo abiit. Latinius erat 'et rursus iterum abiit', $\pi \acute{\alpha} \lambda \iota \nu \epsilon \kappa$ δευτέρου ἀπελθών.

[40] Venit et inuenit. Vtrunque praesentis temporis, $\epsilon \rho \chi \epsilon \tau \alpha \iota$ καὶ εὕρισκει, [D] et 'reperit' potius quam *inuenit*. [A] Sic non potuisti. $\text{O}\dot{\upsilon}\tau\omega\varsigma$ οὐκ ἴσχυσατε, id est: 'adeo non potuistis' [B] siue 'siccine non potuistis', [C] suffragante et aureo codice.

410 Verum D E: Sed C.

426-427 pinguedinum B-E: pinguissima A.

427 $\aleph \nu \aleph$ DE: $\aleph \nu \aleph$ A: $\aleph \nu \psi$ B: $\aleph \nu \aleph$ C.

432-434 anima mea ... Sustinete C-E: anima mea) περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχὴ μου. i. supra

modum tristis est anima mea. Nam $\pi \epsilon \rho \dot{\iota}$ additum significat excessum. Sustinete A, anima mea ... moeret anima mea. Sustinete B.

438 οὐκ C-E: οὐ A B.

385-388 Hoc ... aliis ... pastorem ... Quoniam ... sunt Hier. *Comm. in Mt.* IV, 26, 31, CCSL 77, p. 252.

385 recantare V. supra, p. 101, n.ll. 825-826.

387-388 Quoniam ... sunt Ps. 68 (69), 27.

393-394 Hieronymus enarrans ipsum prophetam *Comm. in Zch.* 13, 7-9, CCSL 76A, p. 874-78; p. 875: "Nec putandum ... a se dicit pastorem esse ... oues" (ll. 395-398).

394-395 totam orationem Sc. of *Zch.* 13, 7.

414 *Enchiridion* Holborn, pp. 22-136. The editio princeps was published in *Lucubratiunculae aliquot Erasmi canonici ordinis diui Augustini perquam vtilis adolescentibus*, Antwerp (Dirk Martens), 15 Feb. 1503.

419 *Antimacho* ... *Symmacho* Not the real names of existing people, but possibly word-play on "Pammachium" (l. 352 sq.) and "monomachiam" (l. 371); if so, Er. would be referring to himself as "Antimacho" and to Stun. as "Symmacho".

421 *hypostigme* As in the *Aldina* (P^o 362 v^o, col. 1) Er. connected $\tau \rho \acute{\iota} \varsigma$ in *Nov. Test.* with ἀπαρνήσει by placing a comma between $\phi \omega \nu \eta \sigma \alpha \iota$ and $\tau \rho \acute{\iota} \varsigma$.

425 *Valla Annot.*, Garin, I, p. 821, col. 1: "Marcus habet 'in praedium'; quorum neutrum

ego posuissem. Nam villa est domus rustica, etsi nonnulli dicti sunt habuisse villam vrbanam. Praeterea villa et praedium plerunque referuntur ad Dominum, vt 'villa mea' vel 'tua', 'praedium meum', 'praedium tuum'. At Graecum nomen significat locum siue regionem, χωρίον".

425 agrum Six times in *Act.*; *Mc.* 14, 32, *Ioh.* 4, 5, and *Act.* 28, 7: "praedium".

426 *Hilarius In Mt.* 31, 1, SC 258, p. 224.

426 *Gethsemani* Hier. *Comm. in Mt.* IV, 26, 36, CCSL 77, p. 253: "Gethsemani interpretatur vallis pinguissima", *Sit. et nom. loc. Hebr.*, Migne *PL* 23, 903 B: "Gethsemani, locus vbi Saluator ante passionem orauit. Est autem ad radices montis Oliueti nunc ecclesia desuper aedificata".

431 *Paulus Phil.* 2, 26; cf. *LB* VI, 871 C.

434 *manete hic* The reading of *Nov. Test.*

438 *reperit* ... *inuenit* Cf. supra, p. 76, l. 272 sqq. *Nov. Test. A*: "inuenit", B-E: "reperit" or "repperit".

438-439 *Sic non* ... *potuistis* *Nov. Test. A*, like modern editions of *Vg*: "Sic non potuistis", B-E: "adeo non potuistis"; "siccine non potuistis?" is *Valla's* translation in *Annot.*, Garin, I, p. 821, col. 1.

[42] [A] Transire, nisi bibam illum. Παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ ἵνα μὴ αὐτὸ πῖω, id est: 'transire a me, vt non bibam' siue 'quo minus bibam illum'. [B] Atque ita sane legit Chrysostomi interpres homilia trigesima quinta.

LB 136 | [43] [A] Et venit iterum. Καὶ ἐλθὼν εὔρεν αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας, id
445 est: 'et cum venisset, reperit eos denuo dormientes'.

[45] Tunc venit ad discipulos. Hic *venit* et *dicit* vtrunque praesentis est temporis, ἔρχεται καὶ λέγει. Dormite iam, et requiescite. Dubium erat an legendum esset *dormite et requiescite* an 'dormitis et requiescitis', nisi addidisset λοιπὸν, id est 'posthac' siue 'de caetero', pro quo interpres posuit *iam*; nec id sane
450 male. Argutatur hoc loco Laurentius Valla nescio quid, non conuenire, vt qui paulo ante obiurgauerit suos, quod dormierant, nunc dormire iusserit, praesertim cum mox subiiciat: *Surgite, eamus hinc*. Quanquam Origenes, Chrysostomus, [D] Hilarius [A] et Hieronymus in hunc sensum interpretantur, vt Christus iusserit eos dormire, [B] et allegoriis rem explicant. [A] Verum saluo aliorum iudicio potest sermo Christi habere nonnullam ironiam: 'Hactenus non potui a vobis impetrare, vt paulisper mecum vigilaretis, nunc ipsa res excitabit vos, cum videritis meum supplicium et vestrum periculum'. Atque ita probe quadrant ea quae consequuntur: *Surgite, ecce appropinquat*. [B] Atque haec mea sententia minus mihi displicere coepit, posteaquam comperissem Theophylactum in Marcum multis verbis eam inculcare. [A] Ecce appropinquabit. Ἴδοὺ ἤγγικεν, id est: 'ecce appropinquauit', praeteriti temporis, siue 'adest' [B] aut 'in propinquo est'. [A] Et Filius hominis tradetur. 'Traditur' est Graece, praesentis temporis, παραδίδοται.

[46] Ecce appropinquabit qui me tradet. Ἠγγικεν ὁ παραδιδούς με, id est: 'appropinquauit qui me tradit'.
465

[47] Cum gladiis et fustibus. Καὶ ξύλων, id est 'et lignis'. Atque ita vertit alibi. Missi a principibus. *Missi* addidit interpres explicandi causa, quam non habita generis ratione, cum praecesserit turba; vt dicendum potius fuerit: 'missa'.

[50] Ad quid venisti? Ἐφ' ᾧ πάρεαι; Id est: 'Ad quid ades?' siue 'aduenis?'. Nec ita potest accipi, vt intelligamus: 'quo malorum venisti?' sed 'cuius rei gratia venisti?', [B] quandoquidem articulus est dandi casu ᾧ. Etiam si in nonnullis exemplaribus scriptum reperio ἐφ' ὃ. Quanquam omnino noue articulus postpositius usurpatus est, vice τίνι aut τί.

[51] [A] Amputauit. Ἀφείλεν, id est 'abstulit'.
475

[52] Gladio peribunt. 'In gladio' est Graece, [B] tametsi praepositionem recte omisit interpres. [A] Nec est *peribunt* [B] in nonnullis exemplaribus, [A] sed 'morientur', ἀποθανούνται. [B] Atque ita legit Augustinus secundo commentario quo explicat sermonem Christi habitum in monte. Locus hic nonnihil distorsit diuum Augustinum, quod palam refelli possit hic sermo, gladio perituros quicumque gladium sumpserint, cum constet latrones etiam aliquot non perire gladio. Proinde interpretatur gladio peccati iugulari animam eius qui gladio percusserit. Quod si verum est, quid opus erat verbum futuri temporis *morientur*? Iam
LB 137
480

485 enim mortua est anima percussoris, etiam priusquam gladium vibret in proximum. Itaque mea quidem sententia simplicius erit, vt dicamus Christum in genere sensisse, non esse apostolicum vti huiusmodi defensione, vt ferrum ferro repellamus et iniuriam iniuria retaliemus. Nec enim ad eum modum vitari malum, sed fieri, vt mutuis iniuriarum vicibus sine fine propagetur malum. Alio-
490 qui si ad viuum exigamus hunc sermonem, imo si ad verba, quid faciemus iudici et magistratui gladium portanti? Quid imperatori qui solenni etiam ritu gladium accipit a Christi vicario? Sunt huiusmodi permulta Christi dicta, in quibus sententiae summam spectare conuenit.

[53] [A] Et exhibebit mihi modo. *Modo* in locum non suum translatum est, cum debuerit adiungi verbo *rogare*, ὅτι οὐ δύναμαι ἄρτι παρακαλέσαι, id est:

443 Chrysostomi interpres *D E*: Chrysostomus *B C*.

459 Theophylactum *C–E*: Vulgarium *B*.
473 Quanquam omnino *C–E*: Etiam *B*.

443 *Chrysostomi interpres homilia trigesima quinta* It is not clear which sermon Er. is referring to. The text does not occur in *Hom. in Mt.* 34 (35), Migne *PG* 57, 397 sqq., but is discussed in *Hom. in Mt.* 83 (84), I, Migne *PG* 58, 745 sq. (Trapezuntius, 673 A: “Pater, si non potest istud transire a me, fiat voluntas tua”).

450 *Valla Annot.*, Garin, I, p. 821, col. 1.

452 *Origenes Comm. in Mt. series*, 96, *GCS* II, p. 215.

452 *Chrysostomus Hom. in Mt.* 83 (84), I, Migne *PG* 58, 747.

453 *Hilarius In Mt.* 31, II, *SC* 258, p. 238.

453 *Hieronymus Comm. in Mt.* IV, 26, 45 sq., *CCSL* 77, p. 256.

454–460 *Verum ... ironiam ... inculcare* The same opinion is expressed in *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 271, ll. 22–24; Holborn (n.l. 23) refers in this connection to Theophyl., *Enarr. in Mt.* 26, 45–46, Migne *PG* 123, 452 A (Δεικνύων, ὅτι οὐ χρεῖαν ἔχει τῆς παρ’ αὐτῶν ἐπικουρίας ... ἢ κατ’ εἰρωνείαν τοῦτό φησιν), and *Eccles.*, *ASD* V, 5, p. 268 sq., ll. 539–550. Er. refers h.l. to *Enarr. in Mc.* 14, 32–42, Migne *PG* 123, 656 B: Εἰρωνευόμενος δὲ τοῦτο λέγει πρὸς αὐτούς· ἐπεὶ γὰρ ἦδει ὅτι ἔρχεται ὁ προδότης, φησὶ πρὸς αὐτούς ὅτι Νῦν καιρὸς ἐστὶ τοῦ κοιμᾶσθαι, καθεύθετε· ἰδοὺ ὁ ἐχθρὸς ἔρχεται. Τοῦτο δὲ εἶπε, ἐπιγελῶν τῷ ὑπνω αὐτῶν. “Ὅτι δὲ εἰρωνευόμενος τοῦτο εἶπεν, ἄκουε πῶς παρακατιῶν λέγει· Ἐγείρεσθε, ἄγωμεν.

460–465 *appropinquabit ... tradit* As in *Mt.* 3, 2 (cf. supra, p. 112, l. 82 sqq.) *Vg.* reads in *Mt.* 26, 45 sq. “appropinquauit”; “traditur”

in l. 462 and “appropinquauit qui me tradit” in l. 465 are readings of *Nov. Test.*, after Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 821, col. 1.

467–469 *Missi ... missa* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 821, col. 1: “Non est Graece ‘missi’, quod etiam barbare adiungitur. Nam sic dicitur: ‘et cum eo turba cum gladiis et fustibus missi’, cum fuisset dicendum ‘missa’”.

470–474 *Ad quid ... τί* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 821, col. 1: “Amice, ad quid venisti? Graece est ‘ad quid ades’, ἐφ’ ὃ πάρεῖ, siue ‘ad quid aduenis?’”. Modern editions of *NT* read ἐφ’ ὅ and mention ἐφ’ ᾧ in app. crit. *Nov. Test.*: “ad quid ades?”. On the use of the relative (“articulus postpositiuus”; v. supra, p. 221, n.ll. 694–695) as interrogative cf. Moulton, 3, p. 50.

476 *Graece ἐν μαχαίρῃ*. Hebraism; cf. supra, p. 121, n.l. 283.

478 *Augustinus De serm. Dom.* II, 18, 62, *CCSL* 35, p. 158 sq.: “Omnis qui percusserit gladio, gladio morietur”.

483 *opus erat verbum* Nom. instead of abl., construction which already occurs in antiquity. *ThLL* 9, 2, 859, s.v.

485–491 *Itaque ... vicario* About warfare v. infra, p. 497, n.ll. 367–409.

485–486 *in genere* V. supra, p. 95, n.l. 693.

489 *ad viuum exigamus* Cf. supra, p. 231, n.l. 926.

494–495 ἄρτι ... *rogare* Modern editions put ἄρτι after παραστήσει μοι, *Nov. Test.*, like Er. h.l., the *Aldina* (f° 362 v°, col. 1) and the *Complut.*, after δύναμαι. *Nov. Test.*: “quod non possum nunc rogare”.

495 'quod non possim nunc rogare' [C] Suffragatur et codex aureus. [D] In Constantiensi rasura declarabat studium deprauatoris. [A] Legionēs. Hic quoque Graecus vsurpauit vocem Latinam, λεγεῶνας.

[54] [C] Quia sic oportet fieri. Si 'quod' accipitur εἰδικῶς, suppleendum est aliquid ad sensum, 'scripturae quae dicunt quod ita oportet fieri'.

500 [56] [A] Vt adimplerentur. Πληρωθῶσιν, 'vt impleantur', vt ad Christi loquentis personam referatur. Quanquam potest et ad apostoli personam scribentis referri.

[58] Vsque in atrium. Ἐως τῆς ἀλλῆς, id est 'vsque atrium' siue 'vsque ad atrium'.

505 [59] Vt eum morti traderent. Ὡς [B] siue ὅπως [A] θανατώσωσιν, id est: 'vt occiderent' [B] aut, si placet periphrasis, 'morte afficerent'; etiamsi Vergilius dixit: *dede neci*.

[60] [A] Et non inuenerunt. In Graecis codicibus bis ponitur *et non inuenerunt* [C] siue 'inueniebant' [A]: Καὶ οὐχ εὔρον. Καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων οὐχ εὔρον, id est: 'Et non inuenerunt. Et cum accessissent multi falsi testes, non inuenerunt'. [B] Ad eum modum legit interpres Origenis homilia trigesima quinta. [D] Nec est ociosa repetitio. Itidem legit et Theophylactus. [A] Nouissime. Ὑστερον, id est 'deinde' siue 'posterius'; quod iam saepius ita vertit. [C] Fortasse comparatiuum positum est pro superlatiuo.

515 [61] [A] Et post triduum reaedificare illud. Καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομησαὶ αὐτόν, id est: 'per tres dies' [B] siue 'triduo [A] aedificare illud'. Sic enim mox exprobrant: *qui destruis templum Dei, et in triduo aedificas*, non 'reaedificas'.

[62] Ad ea quae isti aduersus te testificantur. Τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσι; Id est: 'Quid' siue 'Cur isti contra te dicunt testimonium?'

[63] Adiuro te. Ἐξορκίζω, 'exorcizo', idem verbum quo vtimur in consecratione aquae sacrae et eiiciendis immundis spiritibus. [B] Sed vbi est interim quod tam magnifice praecipit Calepinus quidam, clamans ἐξορκίζειν verbum esse barbarum et soloecismos nostros rideri a spiritibus immundis, quoties legimus 'exorcizo te', cum dicendum sit: 'exorgizo te', idque probat admodum dialectice: 'Suida', inquit, 'scribit ἐξοργεῖν esse εἰς τὴν ὀργὴν ἐμβλαεῖν'. Quod perinde est ac si quis dicat: 'cepe herbam significat, igitur 'saepe vidi' non Latine dicitur'. [C] Et tamen sunt qui mihi indignantur, quod ab hoc ausim dissentire. Si tu es Christus Filius Dei viui. *Viui* nec est in Graecis nec in aureo codice.

LB 138 | [64] [A] Dixit illi Iesus. 'Dicit' est et in Graecis et in antiquis Latinis.

531 [65] Blasphemauit. Ὅτι ἐβλασφήμησεν, id est: 'quod blasphemauit'. Quanquam 'quod' coniunctio vt superuacanea recte ommissa est. [C] Nam vt Graecis habet vim affirmandi, ita Latinis vitaret sermonis puritatem. Porro blasphemandi verbum scio Latinum non esse, sed *blasphemiam* tamen reliqui, quod nobis atrocius quiddam sonat quam 'conuicium', nempe conuicium in Deum. 535 [A] Quid adhuc. Τί ἔτι, id est 'quid praeterea' aut 'quid insuper'. Audistis blasphemiam. Graeci addunt αὐτοῦ, id est 'eius' siue 'ipsius'.

[67] Palmas in faciem dederunt. Graecis vnica dictio est ἐρράπισαν, id est: ‘alapas impegerunt’. [C] Non reprehendo tamen, quod periphrasis exprimat indignitatem rei.

540

[69] [A] Vna ancilla. Παιδίσκη. Potest accipi, vt sonet ‘puellam’. [B] Est enim diminutiuum a παῖς.

[71] [A] Exeunte autem illo. Graece accusatiuus est, ἐξελθόντα δὲ αὐτόν, id est: ‘egressum autem eum’. Nec est ianuam, sed ‘in vestibulum’, εἰς πυλῶνα, siue ‘in vestibulo’ aut ‘ianua’. Alia ancilla. *Ancilla* addidit interpres, εἶδεν αὐτὸν ἄλλη, ‘vidit illum altera’.

545

[74] Detestari. Ἀναθεματίζειν, id est ‘deuouere’ [C] aut ‘execrari’ [A] siue, vt in quibusdam legitur, καταναθεματίζειν, quod grauius est quam ἀναθεματίζειν.

497 λεγεῶνας B–E: λεγεῶνα A.

505 θανατώσωσιν B–E: θανατώσουσιν A

547 Ἀναθεματίζειν B–E: καταθεματίζειν A.

497 λεγεῶνας NT: λεγιῶνας.

498 εἰδικῶς ‘specialiter’, ‘in specie’, ‘specially’, opposite of γενικῶς, ‘generaliter’, ‘in genere’, ‘generally’; cf. supra, pp. 95 and 229, nn.ll. 693 and 874–875. By εἰδικῶς Er. probably means that ‘that’ is a special meaning of “quod”, whereas “quia” and “quod” have the meaning ‘because’ in common.

500–501 *Vt adimplerentur ... referatur* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 821, col. 1 sq.: “Legendum est ‘vt impleantur’; sunt enim verba Christi non historiam componentis; vt in Marco, nam eadem sunt verba Graece, ἵνα πληρωθῶσιν”. *Nov. Test.*: “vt completerentur scripturae”;

503–504 *Vsque ... atrium* *Nov. Test. A*, as also *Vg.*: “vsque in atrium”, B–E: “vsque ad atrium”.

507 *dede neci* *Georg.* IV, 90.

509 *inueniebant* The reading of *Nov. Test.*

511 *interpres Origenis* *Comm. in Mt. series*, 107, GCS II, p. 226.

512 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 26, 59–60, Migne PG 123, 453 D – 456 A.

513 *saepius* Cf. supra, p. 319, n.ll. 193–195.

515–516 *Et post ... illud* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 821, col. 2: “Non ‘post’, sed ‘per’ est legendum, nec ‘reaedificare’, sed ‘aedificare’, διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομησαι, quod probat illud quod sequitur, quod exprobrabant quod tribus diebus templum Dei aedificaret”. *Nov. Test.*: “in triduo aedificare illud”. For “treis” (l. 516) cf. supra, p. 40, introd., §8a.

517 *qui ... aedificas* In modern editions of *Vg. Mt.* 27, 40 reads: “qui destruit (or “de-

struis”) templum Dei et in triduo illud reaedificat” (or “reaedificas”), *Mt.* 15, 29: “qui destruis (or “destruit”) templum Dei et in tribus diebus reaedificas (or “reaedificat”)”.

519 *aduersus Vg.*: “aduersum”.

520 *Quid ... testimonium* *Nov. Test. B–E*: “Cur isti aduersum te testimonium dicunt?”; (A: “testificantur”).

523 *Calepinus quidam Dictionarium*, s.v.: “Exorcizare, inquit Augustinus libro 1 de beata vita [III, 18, *CCSL* 29, p. 75] est per diuina immundum spiritum adiurando expellere. Exorcismus adiuratio. Exorcista adiurator; sed spiritus ridet barbarismos. Ideo dicendum est exorgibare; nam componitur ex ἐξ καὶ ὄργη, ἐνθεν ῥήμα καὶ Σουίδα [Adler, 2, p. 318] ἐξοργιεῖν εἰς ὄργην ἐμβαλεῖν”.

524 *solocismos* V. supra, p. 47, introd., §9.

529 *Vivi* Does not occur in modern editions of *Vg. NT*: ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

530 *Dixit* Modern editions of *Vg.* read “dicit”.

531 Ὅτι Also in the *Complut.*, but not in modern editions. Cf. supra, p. 110, n.ll. 41–43.

534 *blasphemiam* *Nov. Test.*: “Ecce nunc audistis blasphemiam eius”.

536 *quid insuper* The reading of *Nov. Test.*

537 αὐτοῦ A reading of *NT* that already occurred in Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 821, col. 2, and that Er., like “eius” (l. 537), inserted in *Nov. Test.*

544 *in vestibulum* The reading of *Nov. Test.*

545–546 *Ancilla ... altera* *Nov. Test. B–E*: “vidit eum altera (A: “alia”) ancilla”.

547 *Detestari ... execrari* *Nov. Test. A–B*: “detestari”, C–E: “execrari”.

Quia non nouisset. Ὅτι οὐκ οἶδα, id est: 'quia non noui'. Quanquam
 550 coniunctio ἔτι non respondet Latino; et recte mutauit interpres figuram Hebrai-
 cam. [B] Quod tamen alias nescio qua superstitione non audet; velut ibi: *Et*
confessus est: Quia non sum ego Christus. [A] Gallus cantauit. Ἐφώνησε, id est
 'clamauit' siue 'sonuit'. Quanquam recte gallicinium siue galli cantus dicitur.

[75] Quod Iesus dixerat. Graeci addunt αὐτῷ, id est 'sibi'[D] siue 'ipsi'.
 555 [A] Et 'qui' legendum est, non *quod*; τοῦ εἰρηκότος, id est 'qui dixerat'. [B] Id
 LB 139 palam fit ex interpretatione Origenis, cuius interpres | pro 'quod dixit' vertit
dicentis; sensus enim est: qui dixerat ita futurum. Quandoquidem huiusmodi
 participium seruit vtrique tempori, praeterito perfecto et praeterito plusquam
 perfecto. Idem interpres pro eo quod Graecis est αὐτῷ, vertit 'ad se'. Ne quis hoc
 560 omnino contemnat, per nos annotatum.

[A]

EX CAPITE VIGESIMOSEPTIMO

[3] [C] Principibus sacerdotum, et senioribus populi. Hoc loco
 non additur *populi*, nec apud Graecos nec in aureo codice, sed subauditur e loco
 qui proxime praecessit.

565 [4] [A] Sanguinem iustum. Ἀθῶνον, id est 'insontem' siue 'innocentem'.
 Ita mox vertit: *Innocens ego sum a sanguine iusto.* Tu videris. Σὺ ὄψει, id est: 'tu
 videbis' siue 'videris', prima acuta, vt sit futurum verbi subiunctiuī a 'videro'. [C]
 Nec video qui constet ratio sermonis, nisi aut dicamus indicandi modum vsur-
 patum pro modo imperandi aut imaginemur ab ὄψομαι, futurum, praesens ὄψέω,
 570 vnde sit imperatiuum ὄψει, sicut a ποίεω ποίσει.

[5] [A] Laqueo se suspendit. Ἀπήγγατο. Vnum verbum tribus est cir-
 cumloquutus, et recte. Tantum enim valet ea dictio ac si dicas: 'laqueo se praefo-
 cauit'. De

[6] Corbona dictum est alias, quod aliter vocant gazophylacium.

575 [8] Ager ille Acheldemach. Graeci codices non habent vocem Hebrai-
 cam, sed tantum 'Dictus est ager ille ager sanguinis'. Annotauit hunc quoque
 locum diuus Hieronymus in libro cui titulus De optimo genere interpretandi,
 negans quod hic citat ex Hieremia Matthaeus, prorsus extare apud Hieremiam,
 verum esse apud Zachariam prophetam, sed ita, vt quae retulit euangelista,
 580 parum respondeant ad Hebraicam veritatem ac multo minus ad vulgatam aedi-
 tionem Septuaginta; etenim vt idem sit sensus, tamen inuersa esse verba, imo
 pene diuersa. Ob calumniosos ipsius Hieronymi verba subscribam: *Rursus in*
Matthaeo redditis a Iuda proditore triginta argenteis et empto ex eis agro figuli scri-
bitur: 'Tunc impletum est quod scriptum est per Hieremiam prophetam dicentem: Et
 585 *acceperunt etc.'* Hoc in Hieremia penitus non inuenitur, sed in Zacharia aliis multo
verbis ac toto ordine discrepante. Vulgata quippe aeditio ita se habet: 'Et dicam ad
eos: Si bonum est coram vobis, date mercedem mihi aut renuite. Et appenderunt mer-
cedem meam triginta argenteos. Dixitque Dominus ad me: Pone illos in conflato-
rium, et considera si probatum sit, sicut probatus sum ab eis. Et tuli triginta argen-

590 *teos, et misi eos in domo Domini in conflatorium'. Quantum distet ab euangelistae*
testimonio Septuaginta translatio, perspicuum est. Sed et in Hebraeo, cum sensus sit
idem, verba praepostera sunt et pene diuersa. 'Et dixi', inquit, 'ad eos: Si bonum est
 595 *in oculis vestris, adferite mercedem meam; et si non, quiescite. Et appenderunt merce-*
dem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Proiice illud ad statuarium,
decorum precium quo appreciatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, et proieci eos
in domo Domini ad statuarium'. Accusent apostolum falsitatis, quod nec cum
Hebraico nec cum Septuaginta congruat translatoribus et, quod his maius, erret in
 600 *nomine; pro Zacharia quippe Hieremiam posuit. Sed absit hoc de pedisequo Christi*
dicere, cui curae fuit non verba aut syllabas aucupari, sed sententias dogmatum
ponere. Hactenus Hieronymi verba retulimus. Is excusari facile potest, quod hic

566 sanguine iusto B–E: sanguine, etc. A.

574 alias, quod aliter B–E: superius, quod alias A.

579 verum esse apud D E: Verum apud A–C.
 582–662 diuersa ... Ioiadas. Refert Hieronymus E: diuersa. Caeterum locus est apud Zachariam ca. ii. Si quis velit excutere. Nam res perplexior est, quam vt hic paucis explicari possit, et prope πάρεργον est. Refert Hieronymus A, diuersa ... 630 euangelistis. 640 Caeterum ... 642 autoritas. 659 Addam ... Ioiadas. Caeterum locus est apud Zachariam

capite vndecimo, si quis velit excutere. Nam res perplexior est, quam vt hic paucis explicari possit, et prope πάρεργον est. Refert Hieronymus B, diuersa ... 635 nomine Zacharia occurrerit ... 642 autoritas. 659 Addam ... Ioiadas. Caeterum locus est apud Zachariam capite vndecimo, si quis velit excutere. Nam res perplexior est, quam vt hic paucis explicari possit, et prope πάρεργον est. Refert Hieronymus C, diuersa ... 642 autoritas. 659 Addam ... Ioiadas. Refert Hieronymus D.

549–551 "Οτι ... Hebraicam The direct speech of Greek has been translated in Vg. by an indirect speech. *Nou. Test. A*: "non noui hominem", B–E: "quod non nosset hominem". Cf. supra, p. 110, n.ll. 41–43.

551–552 *Et confessus ... Christus Ioh. 1, 20.*

554–555 *Quod ... dixerat* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 821, col. 2: "'Qui' legendum est, non 'quod', 'Ιησοῦ εἰρηκότος'. *Nou. Test.* reads, just as the *Aldina*, P^o 362 v^o, col. 2, and the *Complut.*: 'Ιησοῦ εἰρηκότος αὐτῶ (αὐτῶ does not occur in the text of modern editions), "qui dixerat ei"; modern editions of Vg. read: "verbi Iesu quod dixerat".

556–559 *Origenis ... dicentis ... ad se Orig. Comm. in Mt. series*, 114, *GCS* II, p. 236: "Et rememoratus est Petrus verbi Iesu dicentis ei ...", the text which is also included in the edition by I.I. Grynæus, Basel, 1571, vol. 2, p. 190. I could not find either "ad se", or αὐτῶ there.

563 *populi* Does not occur in modern editions of Vg.

566 *Innocens ... iusto Mt. 27, 24.*

567 *videbis ... videris Nou. Test. A–B*: "videbis", C–E: "videris".

567 *futurum verbi subiunctiu* This name for

the future perfect occurs in, among others, Prob., Diom., Don. and Prisc. (Keil, *Gr. Lat.* 4, pp. 160, l. 9, and 161, l. 34; I, pp. 351 sq. and 360, l. 15–361, l. 11, and 3, pp. 450, l. 12–456, l. 38). Cf. Guy Serbat, *Le 'futur antérieur' chez les grammairiens latins*, in Jean Collart (al.), *Varron, grammaire antique et stylistique latine*, Paris, 1978, p. 263 sqq.

574 *alias* V. supra, p. 236, l. 103 sqq., ad Mt. 15, 5.

575–669 *Ager ille ... putrescebant* This lemma was changed and extended in the course of time due to criticism from many sides of Er.'s view that the evangelists were fallible. Cf. supra, p. 99, n.ll. 753–888.

575 *Graeci codices* διὸ ἐκλήθη ὁ ἀγρὸς ἐκεῖνος ἀγρὸς αἴματος ...

579 *Zachariam Zch. 11, 12 sq. V. infra, ll. 592–596.*

582–600 *Rursus ... ponere* Hier. *Epist.* 57, 7, 2–4, *CSEL* 54, p. 512 sq.: "Rursus ... a proditore Iuda et ... Dominus Pone illos in conflatorio et ... Domini in conflatorio ... pretium quod appreciatus ... ponere".

592–596 *Et dixi ... statuarium Zch. 11, 12 sq. (Vg.).*

aliud agens non explicuerit nodum propositae quaestionis. Magis mirum cur nec ipsum prophetae locum edisserens nec Matthaeum enarrans diluat quod fatetur etiam maius esse quam verbis et ordine discrepare, pro Zacharia positum Hieremiam, praesertim cum idem in huius euangelistae capite decimotertio, vbi itidem ex Esaia citatur quod est Asaph, dicat scriptoris accidisse vitio. Origenes ingenue fassus quae hic citantur ex Hieremia, nusquam apud Hieremiam legi, ne apud Hebraeos quidem, duplicem aperit rationem expediendae quaestionis: aut enim culpa scribarum commutatum nomen, praesertim cum inter voces nonnulla sit affinitas, aut testimonium assumptum ex libro qui inscribitur apocrypha – hoc est ‘occulta’ – Hieremiae, quae Hieronymus fatetur a se lecta. Quanquam non probat, vt ad apocryphorum autoritatem locus hic referatur. Nec mihi sane probatur, praesertim cum adducatur non monendi, arguendi aut hortandi causa; quas ad res nonnunquam et ethnicorum testimoniis abutimur, sed vt serium oraculum, quo passionis mysterium sit explicatum. Origenes, minus iniquus apocryphis quam Hieronymus, existimat hoc e libris apocryphis peti posse, sicut illud quod adducit Paulus in epistola ad Corinthios priore: *Quod | oculus non vidit* etc., ex Heliae apocryphis desumptum arbitratur. Item in epistola ad Timotheum secunda, capite tertio, de *Iamnes et Mambres*, qui *restiterunt Moysi*, cum horum in Exodo nulla fiat mentio, desumpta videri ex apocrypho libro cui titulus ‘Iamnes et Mambres’. Nec defuisse qui ob hanc causam contenderint, hanc ad Timotheum epistolam Pauli non esse, sed frustra; cum eodem nomine nemo taxauerit priorem ad Corinthios. Chrysostomus autem enarrans epistolam ad Timotheum indicat alias duas vias explicandae quaestionis de nomine; quarum altera est quod Iudaei quaedam habuerint quae citra librorum monumenta per manus tradebant viua voce – ea vocabant *ἄγραφα* siue traditiones –, fieri autem posse, vt huiusmodi loca ab illis hausta sint; altera est quod ait fieri potuisse, vt licet haec scripta non fuerint nec ab aliis audierit, tamen afflatu Sancti Spiritus didicerit apostolus. Mihi vero proximum videtur apud Graecos errore scriptorum mutatum nomen atque inde deceptum interpretem Latinum nobis tradidisse quod legerat. Equidem arbitror nihil esse huiusmodi in euangelistis. Glossa quam vocant *Ordinariam*, haud scio vnde hauserit quod indicat in quibusdam codicibus non haberi nomen Hieremiae, sed tantum *per prophetam*. Addit aliam elabendi viam: quoniam eodem Spiritu afflati scripsere prophetae, non absurde vni cuiquam tribuebatur quod ab alio dicitur, nec obliuionem fuisse quod Matthaeo pro nomine Zachariae occurrerit nomen Hieremiae, sed moderationem diuini Spiritus. Aperit et aliam rimam: quod nonnihil huius prophetiae sit apud Hieremiam capite trigesimosecundo, videlicet de agro empto; caeterum haec verba, ‘quae appreciauerunt’, nec apud Hieremiam esse nec apud Zachariam, sed addita sub persona euangelistae. Haec in medium profero iudicium lectori relinquens. Caeterum etiam si fuisset in nomine duntaxat memoriae lapsus, non opinor quenquam adeo morosum esse oportere, vt ob eam causam totius scripturae sacrae labasceret autoritas, praesertim quum Augustinus libro De consensu euan-

- 602 *ipsum ... edisserens* Hier. *Comm. in Zch.* III, 11, 12–13, *CCSL* 76A, p. 856 sq.
- 602 *Matthaeum enarrans* *Comm. in Mt.* IV, 26, 8–9, *CCSL* 77, p. 246 sq.
- 602 *diluat* I. q. “explicet”; *ThLL* 5, 1, 1189, l. 9 sqq., identifies this meaning in Plaut. *Rud.* 1108, Ambr. *De Abraham*, I, 4, 30 (*CSEL* 32, I, p. 525), and Hier. *Adv. Iov.* I, 6 (*Migne PL* 23, 218 A).
- 603 *verbis et ordine* Cf. *infra*, n.l. 610.
- 604 *in huius ... decimotertio* Hier. *Comm. in Mt.* II, 13, 35, *CCSL* 77, p. 110 sqq.; cf. *supra*, p. 226 sq., l. 838 sqq. and n.ll. 838–847.
- 605–622 *Origenes ... Corinthios* In this passage Er. follows *Comm. in Mt. series*, 117, *GCS* II, p. 249 sq.: “Suspicio autem aut errorem esse scripturae et pro Zacharia positum Hieremiam, aut esse aliquam secretam Hieremiae scripturam, in qua scribitur. talis est autem textus apud Zachariam prophetam: ‘et dicam ad eos: si bonum est in conspectu vestro, date mercedem meam, aut abnegate; et stauerunt mercedem meam triginta argenteos. et dixit Dominus ad me: depone eos in fornacem, et vide si probum est, sicut probatus sum pro eis. et accipi triginta argenteos, et misi eos in domum Domini in fornacem’. si autem hoc dicens aliquis aestimat se offendere, videat ne alicubi in secretis Hieremiae hoc prophetetur, sciens quoniam et apostolus scripturas quasdam secretorum profert, sicut dicit alicubi: ‘quod oculus non vidit nec auris audiuit’; in nullo enim regulari libro hoc positum inuenitur, nisi in secretis Eliae prophetae. item quod ait: ‘sicut Iamnes et Mambres restiterunt Moysi’ non inuenitur in publicis libris, sed in libro secreto qui suprascriptur liber Iamnes et Mambres. vnde ausi sunt quidam epistolam ad Timotheum repellere quasi habentem in se textum alicuius secreti, sed non potuerunt; primam autem epistolam ad Corinthios propter hoc aliquem refutasse quasi adulterinam, ad aures meas numquam peruenit”.
- 610 *Hieronimus* *Comm. in Mt.* IV, 27, 10, *CCSL* 77, p. 264 sq.: “Hoc testimonium in Hieremia non inuenitur, in Zacharia vero qui paene vltimus duodecim prophetarum est, quaedam similitudo fertur et quamquam sensus non multum discrepet, tamen et ordo et verba diuersa sunt [cf. l. 603 sq.]. Legi nuper in quodam Hebraico volumine quem Nazarenae sectae mihi Hebraeus obtulit Hieremiae apocryphum in quo haec ad verbum scripta repperi. Sed tamen mihi videtur magis de Zacharia sumptum testimonium, euangelistarum et apostolorum more vulgato qui verborum ordine praetermisso sensus tantum de Veteri Testamento proferunt in exemplum”. About the *Apocryphon Hieremiae*, v. M. Lagrange, in *Revue biblique*, 31 (1922), p. 341 sq.
- 616–617 *Quod ... vidit* 1. *Cor.* 2, 9.
- 617–618 *epistola ad Timotheum* 2. *Tim.* 3, 8.
- 622 *Chrysostomus* In 2. *Tim. hom.* 8, *Migne PG* 62, 644.
- 630–631 *Glossa ... Ordinariam* Ad locum: “Per Ieremiam prophetam’. Sed hoc in Ieremia non inuenitur; sed in Zacharia fere secundum sensum, non secundum verba. Vnde quidam codices non habent ‘per Ieremiam’, sed tantum ‘per prophetam’. Tamen secreto Dei consilio factum est, vt animo Matthaei pro Zacharia occurreret Ieremias; quia omnes prophetae vno spiritu sunt loquuti, ita vt singula sint omnium, et omnia singulorum. Quare ergo Matthaeus hoc emendaret, quod Spiritu regente fecerat: vt per hoc admoneremur tantam inter prophetas esse concordiam, vt vni deputetur congrue quod ab alio dicitur. Vel apud Ieremiam inuenitur de empto agro [cf. next note], sed non sub hoc nomine precii. Apud Zachariam [*Zch.* 11, 12 sq.] de triginta argenteis et nihil de emptione agri. Vtrumque ergo interpretatur euangelista ad hoc quod de Domino completum est, et confert in vnum triginta argenteos, quod est in Zacharia, et agrum emptum, quod est in Ieremia. Quod subdit, ‘Quem appreciauerunt’, apud neutrum inuenitur, sed ex persona euangelistae accipiendum est, quia hoc ex reuelatione Domini cognouit ad hanc rem quae de precio Christi facta est huiusmodi pertinere prophetiam. Liber quippe empti agri apud Ieremiam iubetur mitti in vas fictile. Et hic emitur ager figuli de precio Domini in sepulturam peregrinorum, id est: ad permansionem quietis eorum qui peregrinantur cum Domino et consepeliuntur ei per baptismum; nam et illam emptionem agri hoc significare Ieremiae Dominus dicit: quia erit permansio de captiuitate liberatorum in illa terra”.
- 636–637 *Hieremiam ... agro empto* *Ir.* 32, 6 sqq.
- 642–659 *praesertim ... euangelistis* In *Apolog. adv. monach. hisp.*, *LB IX*, 1072 D–F, Er. refers to Aug. *Cons. euang.* III, 7, 29 (*CSEL* 43, p. 304 sq.), just as in l. 642 sqq., and offers the same quote from *Quaestiones 16 in Mt.* 14 (*CCSL* 44B, p. 138) as in l. 653 sqq.; so this passage was added in 1535 as a reaction to the ‘Valladolid Articles’ (cf. *supra*, p. 99, n.ll. 753–888).

- gelistarum 3., cap. 7., tribuat audaci imperitiae quod in nonnullis codicibus pro
 645 'Hieremia' scriptum inueniatur 'Zacharia'; putat autem germanam et apostolicam
 scripturam esse Hieremia. Nominis autem errorem tribuit lapsui memoriae, cui
 aliud nomen pro alio occurrerit, ita occultis de causis Spiritu Sancto moderante
 scriptoris mentem. Idem in hoc opere multis locis tribuere videtur obliuionem
 650 quandam et reminiscentiam euangelistis, siue dum post illis in mentem venit
 quod multo ante fuerat gestum, atque hinc subinde distinguit ordinem recorda-
 tionis ab ordine rerum gestarum, siue dum aliis verbis eandem efferunt senten-
 tiam, veluti quum vnus ait: 'non sum dignus portare calciamenta illius', alius:
 'non sum dignus soluere corrigiam calciamenti illius', quum vterque declarat
 summam excellentiam Christi. Item in Quaestionibus, cap. xv., sic loquitur de
 euangelista: *Non enim omnino secundum rerum gestarum ordinem, sed secundum*
 655 *suae quisque recordationis facultatem, narrationem quam orsus est, ordinauit.* Haec
 Augustini verba nec tueri nec refellere propositum est; mihi illud aduersus quos-
 dam omnia calumniantes satis est, quod vir pius huiusmodi multa commemorat,
 non ad infirmandam Euangeliorum autoritatem, sed ad retundendam illorum
 impudentiam qui vanitatem impingebant euangelistis. Addam de meo quintam
 660 extricandae quaestionis rationem. Si dixerimus Zachariam fuisse binominem,
 sicuti paulo ante dictum est de Zacharia filio Barachiae, qui idem sit dictus Ioia-
 das. Refert Hieronymus Hieremiam apocryphum sibi exhibitum a quodam
 Iudaeo factionis Nazarenae, in quo haec ad verbum, vt ab euangelista citantur,
 haberentur. Verum, [B] vt dixi, [A] non probat, vt apostolus ex apocryphis
 665 adduxerit testimonium, praesertim cum hic mos sit euangelistis et apostolis, vt
 neglectis verbis sensum vtcunque reddant in citandis testimoniis. [B] Porro Syris
 ܠܙܪܝܐ est ager, ܢܙܘܐ sanguis. Hieronymus testatur et sua aetate locum exitisse Hie-
 rosolymis ad latus australe montis Sion, vbi tum quoque pauperum ac tenuium
 cadauera partim terra obruebantur, partim sub dio putrescebant.
- 670 [9] [A] Quod appreciauerunt. Ὁν ἐτιμήσαντο, id est: 'quem appreciaue-
 runt', hoc est: 'quem precio aestimauerunt'.
- LB 141 | [11] Tu es rex. Ὁ βασιλεύς, id est 'ille rex', vt de eo rege intelligas qui tum
 a Iudaeis expectabatur.
- [14] Ad vllum verbum. Πρὸς οὐδὲ ἐν ῥήμα. Sermo Graecus anceps est.
 675 Siquidem hic potest esse sensus: 'et non respondit ei verbum ad quicquam' siue
 'non respondit ei ad vllum verbum'.
- [15] Per diem autem solennem. Κατὰ δὲ ἑορτήν, id est 'in festo vero'.
 [B] Nec opus erat periphrasi. [A] Populo dimittere. Τῶ ὄχλῳ, id est 'urbis'
 siue 'multitudini'.
- 680 [16] Habebat autem tunc vnum vincitum. *Vnum* non est in Graecis
 nec in antiquis Latinorum codicibus. Nec *vincitum* apud Graecos participium est,
 sed nomen, δέσμιον.
- [19] Pro tribunali. Ἐπὶ βήματος, id est 'in tribunali'. Quanquam Latine
 vertit interpres, et eleganter magis quam suo more, vt hic quoque admonendus
 685 sit lector, ne fallatur. Nihil tibi et iusto. Latinius certe fuerat: 'ne quid rei

tibi sit cum iusto illo'. [B] Vt Christi innocentia vndique meruit testimonium, Iudae, Pilati, huius vxoris, Annae, testium, [E] latronis, satellitum qui missi fuerant ad comprehendendum eum, [B] magorum, Chananaeorum, Samaritanorum, centurionum. Sed hoc vni illi contigit, quo certius foret totum hoc quod ille passus est, nobis impensum esse. [A] Per visum. Κατ' ὄναρ, id est 'in somnis'. Sic enim vertit in initio huius Euangelii, et recte. De quibus pluribus verbis disserit Valla, qui ὄραμα – id est 'visum' – putat esse vigilantium, cum ὄναρ somnium sit et quod in somnis apparet, ἐνύπνιον Graecis dicatur.

[20] Persuaserant populis. Et hic rursus est 'turbis', non *populis*, ὄχλους.

[22] Quid igitur faciam de Iesu. *De* praepositio non est in Graecis: Τί οὖν ποιήσω Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; Caeterum Graeci abutuntur in his verbis accusandi casu pro datiuo, vbi significant bene aut male fieri cuiquam. Vnde vertendum erat: '[C] Quid faciam [A] Iesu qui dicitur Christus'. Dicunt omnes. Λέγουσιν αὐτῷ, id est: 'dicunt ei'; quanquam hic Graeca variant exemplaria.

667 $\aleph \delta \zeta$ scripsi: $\aleph \delta \zeta$ A–E BAS LB.

694 ὄχλους B–E: ὄχλους A.

698 Quid faciam Iesu qui dicitur Christus E:

Iesu Nazareno A–C, Quid faciam Iesu Nazareno D, Quid faciam de Iesu *Loca*.

651 *non sum ... illius* Free quotations of quotes from *Mt.* 3, 11 and *Ioh.* 1, 27, in Aug. *Cons. euang.* II, 12, 26, CSEL 43, p. 126.

657 *huiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.

660 *Zachariam ... binominem* V. supra p. 304 sqq., l. 855 sqq.

662 *Hieronymus* V. supra, p. 335, n.l. 610.

667 $\aleph \delta \zeta$ In Aramaic the word for field in combination with $\aleph \delta \zeta$ would be $\aleph \delta \zeta$. The form $\aleph \delta \zeta$ is Hebraic, but does not exist in this language.

667 *Hieronymus Sit. et nom. loc. Hebr.*, Migne PL 23, 877 B: "Acheldama, ager sanguinis, qui hodieque monstratur in Aelia ad australem plagam montis Sion".

670 *Quod appreciauerunt* Modern editions of *Vg.* read, like h.l. and *Nov. Test. A*: "quem appreciauerunt". *Nov. Test. B–E*: "quem aestimatum emerunt".

678 *turbae* The reading of *Nov. Test.*, as also l. 694: "turbis".

680 *unum* Does not occur in modern editions of *Vg.*

690–691 *in somnis* The reading of *Nov. Test.*

692 *Valla Annot.*, Garin, I, p. 821, col. 2: "Quis putasset idem esse hoc 'visum' et illud superius [*Mt.* 1, 20] 'Ecce angelus Domini in somnis' et iterum [*Mt.* 2, 12] 'et responso accepto in somnis': κατ' ὄναρ. Nescio sicubi repereri 'visum' pro eo quod est 'in somnis'. Nam

illud diuersum est in Actibus Apostolorum [12, 9]: 'Existimabat se visum videre': ὄραμα. Vergilius [*Aen.* II, 270 sq.]: In somnis ecce ante oculos moestissimus Hector / visus adesse mihi'; alibi [*Aen.* IV, 456] 'Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori'. Hoc vigilantia contigerat, illud dormientia. Ergo visum vigilantis est, vt apud Ciceronem in Lucullo [6, 18], vbi ait: 'visum pro phantasia satis ab hesterno sermone'. Nisi dicimus non esse hoc nomen Graecum in somnis: sed somnium. Vnde illud Homericum [*Il.* I, 63]: καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ Διὸς ἐστίν. Id est: 'et somnium a Ioue est'. Certe dicendo: 'visum' vix aliquis sentiat fuisse somnium. Quod vt omnes intelligerent, tot verba feci".

694 *Persuaserant* Modern editions of *Vg.* read: "persuaserunt".

698 *Iesu qui ... Christus* Cf. *Loca*, p. 241: "pag. 103. Quid igitur faciam? vers. annotationis 3. Quid faciam de Iesu Nazareno? dele, Nazareno".

699 Λέγουσιν ... *ei* Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 822, col. 1, reads αὐτῷ in all his Greek codices, but does not read "ei" in his Latin ones. *Nov. Test.*: Λέγουσιν αὐτῷ πάντες; A: "Dicunt omnes". B–E: "Dicunt ei omnes". Modern editions of *NT* mention αὐτῷ in app. crit.

[23] Ait illis. *Illis* non est in Graecis, ὁ δὲ ἡγεμῶν ἔφη, 'praeses autem ait'.

[24] Lauit. Ἀπενίψατο, id est 'abluit'. Et accepta aqua. Λαβών, [B] id est: 'cum accepisset' siue 'sumpsisset'. [A] Innocens. Idem est verbum quod paulo superius verterat *iustum*, ἀθῶος, id est 'insons' et 'innoxius'. Vos videritis. 705 Ὑμεῖς ὄψεσθε, id est: 'vos videbitis', sicut et antea *tu videris*, vt sit medium actiuae significationis verbum futuri temporis.

[26] Flagellatum. Φραγελλώσας. Et hic Romana voce Graece scribens est vsus commutata vna litera, quod damnatos ante vltimum supplicium virgis caedere ex more esset Romano. Tradidit eis. [B^c] *Eis* [A] non est in Graecis emendatoribus et officit nonnihil sensui. Neque enim Iudaeis tradidit Iesum, sed 710 suis militibus, supplicii ministris. Etiam si haud scio quo casu in nostra prima aeditione fuit additum. Atque ita legisse Hieronymum, vt nos indicauimus, testatur illius in hunc locum interpretatio.

[27] Suscipientes. Παραλαβόντες, id est 'accipientes' vel potius 'acceptum'; 715 vt saepe alias mutat genus verbi, quo respondeat tempus. Cohortem. Τὴν σπεῖραν, quod et funem significat Graecis; [B] nam cohors rusticana militum manus est.

[28] [A] Coccineam. Κοκκίην, 'coccinam' magis. Nam coccus [D] siue coccum [A] granum. Et grana vulgo vocantur quibus tinguntur rubra quaedam, 720 quod lucem addant colori; [D] vide Plinium lib. nono, cap. quadragesimoprimum. [A] Porro chlamys pallium est militare; vt et color et forma vestis militaris sit, eoque magis ad ludibrium faciens, [B] cum pius impiorum vestem gestaret.

[29] [A] Plectentes coronam. Πλέξαντες, id est 'plexam' siue 'concinna- 725 tam', vt conueniat tempus. Deposuerunt super caput. Ἐπέθηκαν, id est 'imposuerunt'. [B] In nonnullis habebatur 'posuerunt'.

[30] [A] Expuentes in eum. Καὶ ἐμπύσαντες εἰς αὐτόν, id est: 'cum inspuissent in eum'.

LB 142 | [31] Et postquam illuserunt. Καὶ ὅτε ἐνέπαιξαν, id est: 'cum illusissent'. Vt crucifigerent. Εἰς τὸ σταυρῶσαι, id est 'ad crucifigendum'. Et paulo ante 730 vestimentis eius. Magis quadrasset 'vestimentis suis'.

[32] Hunc angariauerunt. Mirum cur hic delectarit peregrina vox, cum dicere potuerit: 'adegerunt' siue 'compulerunt'. Siquidem Suidas indicat vocem esse Persicam, quod apud illos regii nuntii ἄγγαροι dicerentur. Vnde et qui literas inuicem tradunt perferendas, angari dicuntur, quos eosdem ἀστάνδας appella- 735 bant. Denique translata vox est ad quosuis qui seruorum aut iumentorum ritu baiularent onera. Fortassis ea vox iam militibus erat vsurpata, quemadmodum habebant sua castrensia.

[33] Qui dicitur Golgotha. Hieronymus [B] in libro quo explicat voces Hebraicas apud Matthaeum, [A] admonet *Golgotha* Syrum esse verbum, non 740 Hebraeum, sonareque 'locum calui' siue 'caluariae'. [B] Sunt qui malint Chaldaicum esse et 'Golgotha' pronunciandum, [C] addito altero lambda. [B] Equidem non arbitror operae precium de barbarica vocula vehementius contendere et magis libet Latinorum et Graecorum in hoc consensum sequi. Cuiuscunque linguae est,

745 [A] ita dictus est locus in Aelia ad septentrionalem partem montis Sion, quod in eo iacerent capita hominum damnatorum. Nam quod nonnulli dicunt illic sepultum Adam, vnde loco inditum sit vocabulum, eam fabulam reiicit Hieronymus, cum Adam sepultus legatur in Arba iuxta Hebron.

[34] Dederunt ei vinum. Quidam Graeci codices non habebant *vinum*, sed ‘acetum cum felle mixtum’, [E] quemadmodum legit et interpretatur Hiero-

702 accepta E: sumpta A–D.

705–706 sit ... verbum D E: sit actuum verbum A–C.

707 Graece scribens B–E: graecus A.

709 Eis non est B' C–E: Non est A B.

711 nostra prima B–E: nostra hac prima A.

701 *Ait ... ait Nov. Test. A*: “Ait illis praeses”; B–E: “Praeses autem ait”.

703–704 *Innocens ... innoxius Nov. Test.*: “innocens”. *Mt.* 27, 4: *αἷμα ἄθῳον*, *Nov. Test.*: “sanguinem innoxium”.

704–705 *Vos ... videbitis Nov. Test. A B*: “videbitis”, C–E: “videritis”. For “tu videris” v. supra, p. 332, l. 566 sq., ad *Mt.* 27, 4.

711–712 *Etiam si ... additum Nov. Test. A*: “tradidit eis”; B–E: “tradidit”. So the first edition of *Nov. Test.* had already been printed when Er. wrote the *Annotationes*.

712 *Hieronymum Comm. in Mt.* IV, 27, 26, *CCSL* 77, p. 268: “Traditus est itaque Iesus militibus verberandus ...”.

718–720 *Coccineam ... colori* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 822, col. 1: “Nescio cur dicatur ‘coccinea’ potius quam ‘coccina’, vt Graece est, *κοκίνη*; et Latine sic dicitur, vt apud Iuvenalem [3, 283]: ‘et coccina lena’. Et ratio postulat, quia ‘coccus’ Graece, ‘granum’ est Latine; abunde debet fieri ‘coccinus’, non ‘coccineus’. Reor autem coccinam vestem esse quae tincta est ex eo quod vulgo grana vocant”.

720 *Plinium Nat.* IX, 41, 65.

725 *imposuerunt* The reading of *Nov. Test.* Modern editions of *Vg.* read “posuerunt”.

727 *inspuissent Nov. Test.*: “cum expuissent in eum”.

728 *cum illuissent Nov. Test. A*: “postquam illuiscerunt ei”; B–E: “postquam illuissent ei”.

729 *ad crucifigendum* Valla’s translation in *Annot.*, Garin, I, p. 822, col. 1.

730 *vestmentis suis* The reading of *Nov. Test.*

732 *adegerunt* The reading of *Nov. Test.* B–E (*A* = *Vg.*).

732 *Suidas* Ἀγγαροὶ οἱ ἐκ διαδοχῆς γραμματοφόροι, οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἀστάνδαι. τὰ δὲ ὀνόματα Περσικά. Ἀγγαρεύεσθαι καλοῦσιν

718 *Κοκίνη*, coccinam B–E: *κοκίνη*, id est coccinam A.

726–727 *Expuentes ... in eum inter 722 faciens et 723 Plectentes posuerunt A–C.*

740–741 *Chaldaicum B' C–E*: *Chaldaicum B.*

ὥσπερ ἡμεῖς νῦν τὸ εἰς φορτηγίαν καὶ τοιαύτην τινὰ ὑπηρεσίαν ἄγεσθαι (Adler, I, 21).

738 *Hieronymus Interpret. Hebr. nom. CCSL* 72, p. 136: “Golgotha caluaria. Syrum est, non Hebraicum”; cf. *Sit. et nom. loc. Hebr.*, Migne *PL* 23, 903 BC: “Golgotha locus Caluariae, in quo Saluator pro salute omnium crucifixus est, et vsque hodie ostenditur in Aelia ad septentrionalem plagam montis Sion”.

744 *Aelia* Cf. supra, p. 97, n.l. 704.

745–747 *Nam quod ... Hebron Orig. Comm. in Mt. series*, 126, ad *Mt.* 27, 32–33, *GCS* II, p. 265: “Venit ad me traditio quaedam talis, quoniam corpus Adae primi hominis ibi sepultum est vbi crucifixus est Christus, vt ‘sicut in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes viuificentur’, vt in loco illo qui dicitur Calvariae locus – id est locus capitis – caput humani generis resurrectionem inueniat cum populo vniuerso per resurrectionem Domini saluatoris, qui ibi passus est et resurrexit”. Hier. seems to be referring to this when he writes in *Comm. in Mt.* IV, 27, 33, *CCSL* 77, p. 270: “Audiui quendam exposuisse Caluariae locum in quo sepultus est Adam et ideo sic appellatum, quia ibi antiqui hominis sit conditum caput, et hoc esse quod apostolus dicat: ‘Surge qui dormis et exsurge a mortuis, et inluminabit te Christus’. Fauerabilis interpretatio et mulcens aurem populi nec tamen vera Adam vero sepultum iuxta Chebron et Arbe in Iesu filii Naue (*Ios.* 14, 15) volumine legimus”. Theophyl. *Enarr. in Mt.* 27, 33–37, Migne *PG* 123, 468 B, ascribes “quod nonnulli dicunt” τὸ οἱ ἐκ παραδόσεως Πατέρων παραβόντες.

750 nymus. [A] Quanquam Hilarius *vinum* legit, Chrysostomus *acetum*. Tametsi non multum interest inter acetum et acidum vinum. Certe paulo post mentio fit acetum, non vini [E] neque fellis.

[48] [A] Impleuit spongiam aceto. Origenes illud annotauit quod Matthaeus dixerat: *acetum felle mixtum*, Marcus: *vinum myrrhatum*, [B] Ioannes: *acetum cum felle*, [A] ex quo palam est Origenem quoque *acetum* legisse, non *vinum*. Et magis congruit cum propheta qui dicit: *Dederunt in escam meam fel, et in siti mea potauerunt me aceto*. [C] Illud admonendus lector, non videri eundem potum hic datum Christo qui datur in cruce pendenti. [D] Apparet enim bis datum, semel antequam tolleretur in crucem ex more, ni fallor, quod et hodie seruatur, rursus in | cruce poscenti. Sic enim narrat Matthaeus: *Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariae locus, et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum*. Marcus hunc in modum: *Et perducunt illum in Golgotha locum, quod est interpretatum Caluariae locus, et dabant illi bibere myrrhatum vinum, et non acceperunt; et crucifigentes eum* etc. Quod autem nonnulli putant in narratione temporis ordinem inuersum esse, durius est, quum mox sequatur apud eundem euangelistam: *Et continuo currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto et imposuit harundini et dabat illi bibere*, praesertim quum in priore loco nominetur ‘vinum felle mixtum’, in altero ‘acetum’, similiter narrante Marco. Et ad pietatem conducibilis est, si hanc quoque dominicae crucis partem non ignoremus. Meminit et Augustinus lib. De consen. euang. tertio separatim potus ante crucifixionem exhibiti. [E] Theophylactus putat hic porrectum acetum, vt citius moreretur, priusquam veniret Helias. Nam suspicabantur eum implorasse Heliam, quum diceret: *Heli, Heli*. Ad id facit quod alii dicunt: *Sine videamus an veniat Helias*.

[35] [A] Vt impleretur quod. Hoc prophetae testimonium non citatur in plerisque Graecorum codicibus. Et Hieronymus enarrans hunc locum nullam omnino de eo facit mentionem. Lyranus addit iuxta Hieronymum hoc testimonium a Matthaeo non fuisse positum, sed duntaxat ab Ioanne, nec inueniri in vetustis exemplaribus. [C] Certe non addebatur in vno vetustissimo codice diui Donatiani, [D] ne in Constantiensi quidem, nec in alio quodam vetustae aeditionis typographicae qui est apud me. [A] Caeterum locus est in Psalmo vigesimoprimum. [C] Leuculum est quod interpres de suo addidit sibi, cum pronomen nec sit apud Graecos nec in aureo codice: *Diuiserunt sibi vestimenta mea*. [A] Super vestem meam. *Καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμὸν μου*. Quod magis sonat vestitum quam *vestem*. [B] Vt non multum agant qui hinc ratiocinantur Christo fuisse quinque vestes. Duas fuisse constat ex Euangelio. [C] Magis autem videtur eiusdem verbi aut similis repetitio ex proprietate sermonis prophetici. [E] Satis enim constat vnam vestem consutilem fuisse diuisam in quatuor partes.

[36] [A] Et sedentes seruabant eum. Graeci addunt *ἐκεῖ*, id est ‘illic’.

[37] Super caput. *Ἐπάνω τῆς κεφαλῆς*, id est ‘supra caput’. [B] Non enim erat titulus in capite. [A] Causam. *Αἰτίαν*, quae vox apud Graecos et causam significat et accusationem siue crimen.

[38] Tunc crucifixi sunt. *Τότε σταυροῦνται*, id est: ‘tunc crucifiguntur’, praesentis temporis, vt historico more res iam geri putetur.

[40] Vah qui destruis. Interiectio *vah* non additur in Matthaeo, sed in Marco. Vnde huc addita videtur. [D] In Constantiensi codice rasura testabatur deprauationem. [A] Et articulus δ nonnullam habet ἔμφρασιν, quasi dicas: ‘Tu ille destructor templi’. Reaedificas. Οἰκοδομῶν, id est ‘aedificas’, vt superius

762 Golgotha *D*: golgatha *E*.

776–777 addit ... testimonium *E*: addit, haud scio vbinam lectum, Hieronymum admonere hoc testimonium *A–D*.

749–750 *Hieronymus* Hier. quotes in *Comm. in Mt.* IV, 27, 34, *CCSL* 77, p. 270: “Et dederunt ei vinum cum felle mixtum”; this edition mentions “acetum” in app. crit. as added in two MSS. and as the reading in the editions of the Maurini (1706) and Vallarius (Verona, 1739).

750 *Hilarius* *In Mt.* 33, 4, *SC* 258, p. 252: “Oblatum quoque vinum felli admixtum bibere recusavit”.

750 *Chrysostomus* *Hom. in Mt.* 87 (88), 1, *Migne PG* 58, 770: Καὶ ἔδωκαν αὐτῷ ὄξος πιεῖν, καὶ τοῦτο ἐνυβρίζοντες, Trapezuntius, 696 *D*: “acetum”.

753 *Origenes* *Comm. in Mt. series*, 127, *GCS* II, p. 265, quotes *Mt.* 27, 34: “Et dederunt ei acetum bibere felle mixtum” and writes in the explanation “acetum felle permixtum”, mentions in 128, *GCS* II, p. 266: “et hoc considera quoniam secundum Matthaicum quidem Iesus accipiens ‘acetum cum felle permixtum’ gustavit et ‘noluit bibere’, secundum Marcum autem cum daretur ‘ei myrrhatum vinum’, non accepit” (τὸν γὰρ οἶνον μετὰ χολῆς ἔφη Ματθαῖος γευσάμενον μὴ θελήσαι πιεῖν, μὴ γεύσασθαι δὲ τὴν ἀρχὴν ἐσμυρνισμένον οἶνον Μάρκος), and reads in 137, *GCS* II, p. 281: “ideo et secundum Iohannem cum accepisset Iesus acetum cum felle, dixit: ‘consummatum est’”.

756–757 *Dederunt ... aceto Ps.* 68 (69), 22.

757–758 *Illud ... pendenti* Perhaps added under the influence of criticism by Stun.; cf. infra, p. 345, n.ll. 857–858.

760–762 *Et venerunt ... mixtum Mt.* 27, 33 sq. (*Vg.*).

762–764 *Et perducunt ... crucifigentes eum Mc.* 15, 22 sqq. in *Vg.* (“Golgotha”, the reading of *E*, is German for “Golgotha”; according to Wordsworth-White “Golgotha” is to be found in a 12th-century “codex Hibernicus”, the Harley 1802 in the British Library in

780 qui est apud me *E Loca*: quod est apud me *D*.

782 vestimenta mea *E Loca*: vestimenta sua *C–D*.

London).

766–767 *Et continuo ... dabat illi bibere Mt.* 27, 48.

770 *Augustinus* *Cons. euang.* III, II, 38, *CSEL* 43, p. 322.

771 *Theophylactus* *Enarr. in Mt.* 27, 45–49, *Migne PG* 123, 472 *B*: “Ὄξος δὲ ἐπὶ τὸν αὐτὸν, ἵνα ἀποθάνῃ τὰ χιτῶνα πρὶν ἔλθεῖν τὸν Ἡλίαν βοηθήσοντα αὐτῷ. Cf. infra, p. 344, ll. 855–860.

775 *Hieronymus* Hier. quotes in *Comm. in Mt.* IV, 27, 35, *CCSL* 77, p. 271, *Mt.* 27, 35: “Postquam ... mittentes” and adds: “Et hoc in eodem Psalmo (*Ps.* 21 (22), 19) fuerat prophetatum: ‘Diuiserunt sibi vestimenta mea et super vestimentum meum miserunt sortem’”.

776 *Lyranus* *Postilla* ad locum: “Secundum Hier. istud non est de textu Matthaei, nec est in antiquis libris, sed tantum in euangelio Ioan. Expositio tamen huius autoritatis patet ex dictis”.

780–782 *qui ... mea* Cf. *Loca*, p. 241: “pag. 104. Vt impleretur. vers. ab imo annotationis 4. lege, qui est apud me. In fine annotationis, lege, vestimenta mea”.

781 *sibi* Reflects the middle voice: διεμερίσαντο.

786 *proprietate* *V.* supra, p. 48 sq., introd., §10.

794–798 *Vah ... aedificabas* Cf. Valla, *Annot.*, *Garin*, I, p. 822, col. 1: “Non in Matthaeo haec est interiectio, sed in Marco [15, 29: Οὐά]; hoc autem sic transferendum est: Qui destruis templum Dei, et triduo aedificas, salua teipsum”. *Mc.* (*Vg.*): “qui destruis (or ‘destruit’) templum et in triduo illud reaedificas” (or ‘reaedificat’). *Nov. Test. A*: “Qui destruis templum Dei et in triduo aedificas”; *B–E*: “Tu ille qui destruebas templum et in triduo aedificabas”; cf. l. 798, added in 1519.

796 ἔμφρασιν *V.* supra, p. 45 sq., introd., §9.

797 *superius* *V.* supra, p. 330, l. 515 sqq.

admonui. [B] Origenis interpres vertit *qui destruebas et qui aedificabas*. [C] In aliquot vetustis exemplaribus scriptum erat ‘destruit’ et ‘reaedificat’, tertia persona. [D] Consentiebat Constantiensis.

[42] [A] Et credimus ei. Καὶ πιστεύσομεν ἐπ’ αὐτῷ, id est: ‘credemus in eo’. Quanquam paulo inferius est *ei*, vt nihil intersit vtrum legas.

[43] Confidit. Πέποιθεν, id est: ‘confisus est’ siue ‘fiduciam habet in Deo’, quandoquidem in his, vt dictum est, abutuntur tempore. Liberet eum nunc, si vult. Graeci addunt alterum pronomen: εἰ θέλει αὐτόν, id est: ‘si vult eum’. [B] Videntur enim alludere ad illud Psalmi: *Sperauit in Domino, eripiet eum, saluum faciet eum, quoniam vult eum*. Alioqui conuicium videbatur non in Christum modo, verumetiam in Deum recidere.

[44] [A] Improperabant ei. Ὠνειδίζον αὐτόν, id est: ‘opprobabant’ siue ‘eadem probra dicebant in illum’. [B] Augustinus explicans tropos Exodi libro annotationum suarum tertio putat hic ἐναλλαγήν esse ac numerum multitudinis positum pro numero singulari, propterea quod apud alios euangelistas alter duntaxat conuicia dicit in Christum. Vnde mirum est cur Hieronymus in Commentariis syllepsin appellet, tropum quidem agnoscens, sed aliam subnectens rationem, qua tropo non sit opus; vt primum vterque conuiciatus sit Christo, mox mota terra alter resipuerit. Hugo Card. quasi neutrum legerit, vt arbitror: *Hoc*, inquit, *videtur falsum*. Tam ciuilitate mouet de fide euangelistarum quaestionem. Ac mox: *Ad hoc*, inquit, *dicitur*, vt putes dictum inter pocula. O theologum sobrie ac reuerenter tractantem sacras literas. [C] Et me sacrilegii reum agunt [D] quidam, [C] quod hunc non habeam pro deo, cum fuerit ordinis Iacobitici.

[45] [B] Et tenebrae factae sunt ab hora sexta. Iam igitur tribus horis pependerit in cruce, siquidem Marcus testatur eum hora tertia fuisse crucifixum. Quanquam et de illius loci lectione variatum est olim, vt suo demonstrabimus loco. Tenebrae factae sunt super vniuersam terram. Ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, id est ‘in totam terram’ siue ‘super totam terram’. Neque enim illae tenebrae occupabant vniuersum terrarum orbem, vt meo iudicio recte sentit Origenes, sed Iudaeam duntaxat aut terram Hierosolymitanam, [D] dissentiente Theophylacto. [B] Alioqui vel casu meminissent huius prodigii rerum gestarum scriptores. Quemadmodum et vniuersus orbis apud Lucam describi dicitur, cum intelligatur orbis duntaxat Romanus descriptus. Indicat Origenes in nonnullis codicibus adiectum fuisse *Tenebrae factae sunt super totam terram deficiente sole*, quasi solis deliquium eas induxerit tenebras. Atque ita certe tradit epistola quae nomine Dionysii circumfertur, mihi ψευδεπίγραφος videtur. Verum hanc opinionem longe reiicit Origenes et scripturam mutatam improbat. [A] Hebraica Graeci scribunt ad hunc modum:

[46] Ἡλί, Ἡλί, λαμᾶ σαβαχθανί, id est: ‘Heli, Heli, lama sabachthani’. Ac mirum non est, si peregrinae linguae verba deprauatim scribunt et pronunciant Graeci Latinique. Caeterum in sua lingua scribuntur ad hunc modum: **יְהוָה לְמָה לְאֵלֵי אֵלֵי**, id est: ‘Deus meus, Deus meus, cur me deseruisti?’. Est

- A-D.
- 836 λαμβᾶ σαβαχθανί *Nov. Test.*: λαμασαβαχθανί A-E.
- 798 *Origenis interpres Comm. in Mt. series*, 132, GCS II, p. 268 sq., quotes prior to the explanation: “dicentes: vah qui destruebas templum et in triduo reaedificabas”, and in the explanatory note: “adpetentes eum: ‘vah qui destruit templum Dei, et in triduo reaedificat eum’”.
- 801-805 *Et credimus ... eum* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 822, col. I sq.: “Graece est ‘et credemus in eo’, πιστεύομεν ἐπ’ αὐτῷ. Nec Graece legitur ‘nunc si vult’, sed ‘si vult eum’, ἥσασθω αὐτόν, εἰ θέλει αὐτόν”. *Nov. Test.*: “Et credemus ei. Confidit in Deo, libere eum, nunc si vult eum”.
- 806-807 *Speravit ... eum* Ps. 21 (22), 9.
- 810-812 *Augustinus ... ἐναλλαγὴν ... singulari* On ‘enallage’ v. supra, p. 46, introd., §9. Cf. Aug. *Locut. in Hept.* II, 133, CCLSL 33, p. 420, ad Ex. 32, 31: “Fecerunt sibi deos aureos”: de vno vitulo. Pluralem ergo numerum pro singulari posuit Hac locutione dictum est latrones insultasse Domino, cum hoc vnum fecisse scriptura testetur, sed non solus fuerat latro”. The term ‘enallage’ does not appear in Aug.
- 813 *Hieronymus Comm. in Mt.* IV, 27, 44, CCLSL 77, p. 272 sq.: “Hic per tropum qui appellatur σύλληψις pro vno latrone vterque indicatur blasphemasse”. For ‘syllepsis’, v. Lausberg, p. 312 sqq., §§ 701-705 and 708.
- 816 *Hugo Card.* Hugo de Sancto Caro, *Postilla*, ad locum: “Idipsum ... improperabant ei’. Hoc videtur falsum, quia in Luca [Lc. 23, 42] dicitur quod latro bonus dixit: Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum. Ad hoc dicitur quod hic punitur plurale pro singulari”.
- 818 *inter pocula* ‘during the enjoyment of the wine’, after the meal (since Plaut. *Pseud.* 947); it became a fixed expression (Walther, 2, 8, p. 196).
- 819-820 *Et me ... Iacobitici* Er. presents this as a reaction to criticism from the side of the Dominicans. But Stun. also accused Er. of mocking at great exegetes of the church in an (unpublished) preface letter to Pope Leo X, preceding a hand-written copy of his *Er. blasphem. et imp.* (1521, published 1522): f° 1 v°: “Nicolauum Lyranum, Vgonem Carrensem pro deprecatisissim habet. Dignum inquit Carrensem qui carrucas agat. Virum, vt litteraturam praeteream, sanctae Romanae ecclesiae cardinalem. Hunc alibi per derisum mataeologum appellat” (*Apolog. resp. Iac.*
- 839 אֱלִי אֱלִי ADE: אֱלִי אֱלִי B, אֱלִי אֱלִי C.
- 839 לְמָה A C-E: לְמָה B.
- 839 עֲזַבְתָּנִי C-E: עֲזַבְתָּנִי AB.
- Lop. Stun.*, ASD IX, 2, p. 22). About the ‘ordo Iacobiticus’, v. supra, p. 311, n.l. 980.
- 821 *Et tenebrae ... sexta* Modern editions of Vg. read, like *Nov. Test.*: “A sexta autem hora tenebrae factae sunt”. This correlates with the next *annotation*, l. 824 sqq.
- 822 *Marcus Mc.* 15, 25.
- 826-832 *Origenes ... tenebras* *Comm. in Mt. series*, 134, ad Mt. 27, 45, GCS II, p. 274 sq.: “In quibusdam autem exemplariis non habetur: ‘tenebrae factae sunt et obscuratus est sol’, sed ita: ‘tenebrae factae sunt super omnem terram sole deficiente’ ... ‘tenebrae’ tantummodo ‘super omnem terram’ Iudaeam ‘sunt factae vsque ad horam nonam’ ... Sicut ergo, quod dicitur ‘terra contremuit’, hic refertur ad terram Hierusalem aut (si latius voluerit quis extendere) ad terram Iudaeam, sic et ‘tenebrae factae ab hora sexta vsque ad nonam super omnem terram’ Iudaeam sunt factae aut certe super Hierusalem tantum”. Er. quotes the passage “Sicut ... tantum” in *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, LB IX, 450 AB, and returns to the problem in LB IX, 493 D and 619 E - 620 C. He concludes the last passage with the remark that, if he is not mistaken, he has already answered Sutor on this subject. The addition from 1527 therefore seems to be a concession of sorts to N. Beda and Sutor.
- 827 *Theophylacto Enarr. in Mt.* 27, 45-49, Migne PG 123, 469 C: Κοσμικόν δὲ ἦν τὸ σκότος, οὐ μερικόν, ὡσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, ἵνα δειχθῆ ὅτι πειθεῖ ἡ κτίσις ἐπὶ τῷ πάθει τοῦ Κτιστοῦ, καὶ ὅτι ἀπὸ τῶν Ἰουδαίων ἀπέστῃ τὸ φῶς.
- 832 *epistola ... Dionysii* Dionysius Areopagita, *Epist.* 7, 2, Migne PG 3, 1080 A - 1081 B. CPG 3, p. 272, No. 6610, does not regard the second part of the letter as authentic. Valla too in *Annot. in Act.* 17, 34, Garin, I, p. 852, col. 2, referred to this letter and refuted the reading of “vniuersam terram” as the whole world, referring to Ambr., who in *Expos. Lc.* II, 37, CCLSL 14, p. 46 sq., interpreted “vniuersus orbis” (Lc. 2, 1) as “vniuersus orbis Romanus”, and doubted whether a letter about this eclipse written under the name of Dionysius was from Dionysius Areopagita. Cf. *Annot. in Act.* 17, 34, LB VI, 503 C-F.
- 839 *Deus ... deseruisti* *Nov. Test. B-E*: “Deus ... meus, cur deseruisti me?”, A, as Vg.: “Deus ... meus, vt quid dereliquisti me?”.

840 enim primus versiculus Psalmi vigesimiprimi, in quo vertendo Septuaginta cur
 tria verba de suo admiscuerint [B] amota vna dictione, [A] mirum est. Sic enim
 illi reddiderunt: *Deus Deus meus, respice in me, quare me deseruisti?* At Matthaeus
 ita retulit, vt habetur apud Hebraeos. Porro Hebraea distinguenda sunt ad hunc
 modum: אֱלֹהֵי, id est ‘Deus meus’, אֱלֹהֵי, id est ‘Deus meus’, הֲמָלָךְ, ‘vt quid’, עֲזַבְתָּנִי,
 845 ‘dereliquisti me’. [B] Siquidem probabile est Christum verba Psalmi pronun-
 ciasse, vt ab ipso psalmographo descripta sunt. Alioqui videri poterat vsus Chal-
 daeorum lingua, qui ‘sabactani’ pronunciant, quod Hebraei ‘azabthani’. [A] Hoc
 visum est asscribere, quo, quandoquidem haec verba publice recitantur in tem-
 plis, minus deprauate post hac pronuncientur. Nec est simpliciter apud Graecos
 850 κατέλιπες – id est ‘reliquisti’ –, sed ἐγκατέλιπες, quod proprie significat ‘in dis-
 crimine deserere’, veluti siquis deserat hominem immersum luto, [B] vt ita loquar
 docendi gratia.

[47] [A] Heliam vocat iste. Φωνεῖ, quod expressius reddidisset ‘inclamat’
 [D] siue ‘inuocat’. [A] Et

855 [48] Impleuit aceto. Hic palam aceti fit mentio. Porro legimus apud Plu-
 tarchum in Vita M. Antonii vinum Antonio datum, quo celerius ex vulnere
 moreretur, quod ea res mortem acceleret. [C] Siquidem similis est penetrandi vis
 vino et aceto. [A] Idque indicat obiter et Hieronymus, cum ait hunc edisserens
 locum: *vt eum consopiant*, [E] quemadmodum paulo ante notauimus ex Theo-
 860 phylacto.

[49] [A] Liberans eum. Σῶσαι αὐτόν, id est ‘ad liberandum eum’. Nonnulli
 codices habebant σώσων αὐτόν, ‘liberaturus eum’. Interpres legisse videtur
 σώζων.

LB 145 | [50] Clamans voce magna. Κράξας, id est: ‘cum clamasset’, ne quis putet
 865 simul et clamasse et expirasse. Quanquam hoc ipsum mirum [B] parumque ex
 communi hominum more, [A] statim a magno clamore emori.

[52] Et multa corpora quae dormi. Graeci sic distinguunt, vt appareat
 eos statim mortuo Christo resurrexisse, verum non egressos e monumentis nec
 apparuisse, priusquam resurrexisset Christus. Vnde resurrexerunt positum est
 870 pro ‘reuixerunt’. Atque id satis indicat Hieronymus scribens in hunc locum:
Quomodo Lazarus mortuus resurrexit, sic et multa corpora sanctorum resurrexerunt,
vt Dominum ostenderent resurgentem. Et tamen cum monumenta aperta sint, non
ante resurrexerunt quam Dominus resurgeret, vt esset primogenitus ex mortuis. Idem
 indicat Chrysostomus, cum ait ad Christi morientis vocem excitatos mortuos qui
 875 postea resurgente Christo pariter exirent; idque declarat apertius Origenes hunc
 enarrans locum. [E] Sed hanc sententiam vix recipit Theophylactus, existimans
 eos qui tum reuixerunt, post denuo fuisse mortuos; quemadmodum Lazarus et
 caeteri quos vel a Domino vel ab apostolis resuscitados legimus, bis mortui sunt.
 [B] Augustinus epistola 99. putat per anticipationem dictum quod resurrexerint
 880 quae paulo post resurrexerunt.

[55] [A] Erant autem hic mulieres. Quidam Graeci codices habebant
 καὶ γυναῖκες, id est [B] ‘et [A] mulieres’. Et in Graecis non solum habetur *a longe*,

sed ‘eminus spectantes’, ἀπὸ μακρόθεν θεωροῦσαι. [B] Ita sane legit et interpretatur Origenes adducens illud ex Esaia vaticinium: *Mulieres venite ad spectaculum.*
885 *Non enim est populus habens sapientiam.*

[56] [A] Et Ioseph. Graece est ‘Iose’, diuersus ab ‘Ioseph’, de quo antea admonui. [B] Licet Origenes non videatur distinguere hunc Ioseph siue Iose ab eo Ioseph filio Iacob patriarchae. Sic enim ait: ‘*Et Ioseph mater, secundum nomen patriarchae Iacob supplantatoris fratris sui et Ioseph, super quem natum genitrix*
890 *dicit: ‘Adiiciat mihi Dominus filium alterum’.*’

844 יֹזֶפֶת C–E: יֹזֶפֶת AB.
847 Hoc B–E: Haec A.

856 vinum C–E: acetum A B.

840 *Psalms Ps. 21 (22), 1 (Vg.)*: “Deus, Deus meus, respice in me; quare me dereliquisti?”
LXX: ‘Ο Θεός ὁ Θεός μου, πρόσχες μοι: ἵνα τί ἐγκατέλιπές με; In *Epist.* 57, 10, 4, *CSEL* 54, p. 522, Hier. made a comparable remark about this addition.

851 *immersum luto* Lewis-Short, s.v.: “in luto esse, haerere”, etc., to be in a difficult or sticky situation”. Cf. *Adag.* 181, *ASD* II, 1, p. 290, ll. 839–840: “Et in luto dicuntur haesitare qui molestis inuoluuntur negociis, vnde se nequeant explicare”.

855–856 *Plutarchum Anton. 77*: Ἀντώνιος ἤτησε πιεῖν οἶνον εἴτε διψῶν εἴτε συντομώτερον ἐπιζῶν ἀπολυθῆσθαι (i. e. ἀποθανεῖσθαι). De Jonge comments in *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 111, n.l. 38: “Plut., however, does not speak of vinegar, but of wine”. Cf. app. crit. ad l. 856 (“vinum” C–E, “acetum” A B).

857–858 *Siquidem ... aceto* This addition, and also probably that in l. 757 sq. on p. 340, is due to the influence of *Stun.*; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.* 110: “Erant anni plures triginta, quod adolescens legeram Vitas ducum [i. e. *Vitae parallelae*] Plutarcho autore. Et videbar legisse ‘acetum’ a Cleopatra datum ‘Antonio’, quo ‘celerius ex vulnere moreretur’. *Stunica* indicat illic ‘vini’, non aceti fieri mentionem. Hoc sane debemus *Stunicae*. Adornet currum triumphalem ac sibi plaudat, quod loco quem indicaram relecto, vel lecto magis, ‘vinum’ inuenerit pro aceto”.

858 *Hieronymus Comm. in Mt. IV, 27, 48, CCSL 77, p. 275*: “Vsque hodie Iudaei et omnes increduli dominicae resurrectionis aceto et felle potant Iesum et dant ei vinum murratum vt eum consopiant et mala eorum non videat”.

859 paulo ante V. supra, p. 340, l. 771 sq.

862 *liberaturus eum* The reading of *Nov. Test.*

864 *cum clamasset* The reading of *Nov. Test. A, B–E*: “cum iterum clamasset”.

867–880 *Et multa ... resurrexerunt* Er. probably added the passage from 1535, ll. 876–878, after criticism from the Paris Faculty of Theology of a passage in the preface to *Paraphr. in Cor.* (*LB* VII, 853–54, or Ep. 916, ll. 285–291); cf. *Declarat. ad cens. Lutet.*, *LB* IX, 850 F – 851 A. Cf. infra, p. 601, n.ll. 99–109.

869 *resurrexerunt Nov. Test.*, as in modern editions of Vg.: “surrexerunt”.

870 *Hieronymus Comm. in Mt. IV, 27, 52–53, CCSL 77, p. 276*: “Quomodo ... primogenitus resurrectionis ex mortuis”.

874 *Chrysostomus Hom. in Mt. 88 (89), 2, Migne PG 58, 776* (Trapezuntius, 703 AB).

875 *Origenes Comm. in Mt. series, 140, ad Mt. 27, 51–53, GCS II, p. 293.*

876 *Theophylactus Enarr. in Mt. 27, 50–53, Migne PG 123, 473 B.*

879 *Augustinus epistola 99 Epist. 164* (new numbering), 3, 9, *CSEL* 34, 3, p. 528 sq.

881 *hic* The reading of *Nov. Test. A; Nov. Test. B–E*, as in modern editions of Vg.: “ibi”.

884 *Origenes Quotes Is. 27, 11 (Vg.)*: “Mulieres venientes, et docentes eam; non est enim populus sapiens”), in *Comm. in Mt. series, ad Mt. 27, 55–56, GCS II, p. 293* as follows: “mulieres venientes ad spectaculum venite; non enim est populus habens sapientiam”.

886–887 *Et Ioseph ... admonui* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 822, col. 2: “Legendum est ‘Iose mater’, non ‘Ioseph’, de quo feci etiam superior mentionem, Ἰωσή”. *Nov. Test.*: “Iose”.

886 *antea* Supra, p. 230, l. 927 sqq.

888–890 *Et Ioseph ... alterum* Orig. *Comm. in Mt. series, 141, ad Mt. 27, 56, GCS II, p. 294* (“genitrix dixit” instead of “genitrix dicit” in l. 889 sq.).

[57] [A] Cum autem sero esset factum. Ὁψίας. Cur non potius 'vespera' quam sero? Quidam homo. *Quidam* non est apud Graecos, sed tantum *homo*. Ioseph. Hic Graecus habet Ἰωσήφ, id est 'Ioseph'. Discipulus fuerat Iesu. Ἐμαθήτευσεν τῷ Ἰησοῦ, [D] id est: 'discipulum praeberat ipsi Iesu'. [A] Quo verbo alias vsus est transitivus: μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν. Et rursus in proximo capite: μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, id est: 'docete omnes gentes'.

[61] Maria Magdalene. 'Mariam' iam bis posuit 'Magdalenam', [D] Hebraica pronunciatione, [A] cum caeteras Marias dixerit non Mariam, [E] licet hic variant Graeci codices.

900 [62] [A] Altera autem die. Τῆς δ' ἐπαύριον, id est 'postero autem die' siue 'postridie'.

[63] [B] Quia seductor ille. Ὁ πλάνος εἶπεν. 'Planus', id est 'impostor'. Sic enim vertit Augustinus homilia ex quinquaginta trigesimasexta: *Domine, audiuimus, quia planus ille, id est impostor*. Porro recte interpres addidit *ille*, vim exprimens articuli. Caeterum quod aiunt: Post tres dies, etiamsi non negem sic posse reici, quod hoc non ab euangelista, sed a Pharisaeis dicitur, tamen licebit et ad hunc intelligi modum, mea quidem sententia, vt post tres dies dictum factumue dicatur, quod a tertio die coepto factum est, per tropum qui synecdoche dicitur. Cur enim vereamur in tertio die recipere tropum, cum in primo necessario recipiamus? Sed hac de re in Marco plusculum dicemus. [A] Post tres dies resurgam. Ἐγείρομαι, id est 'resurgo', praesentis.

LB 146 | [64] Ne forte. Μήποτε. Quod ita gaudet vertere. Et quidam codices addunt hic νυκτός, id est 'noctu'.

[65] Habetis custodiam. Ἐχετε κουστωδιάν. Incertum est an sit 'habete', modo imperandi, an *habetis*, indicandi. Et *custodiam*, vocem Latinam, Graeci iam vsurpabant. Cuius meminit etiam Suidas. Ite, custodite. Ὑπάγετε, ἀσφαλίσασθε, id est: 'abite, munite'. Nam ἀσφαλίσεισθαι est 'rem tutam reddere'. Quemadmodum mox vertit ἡσφαλίσαντο, id est 'munierunt'. Cum et superius vertit *custodiret*.

920 [66] Cum custodibus. Μετὰ τῆς κουστωδιάς, 'cum custodia'. Quanquam hoc loco custodiam pro grege ac turba custodum posuit. Apparet autem eiusmodi ferme genus hominum fuisse, cuiusmodi sunt Parisiis quadringenti, ad publicam ciuitatis custodiam designati.

EX CAPITE VIGESIMOOCTAVO

925 [1] Vespere autem sabbati. Ὁψὲ δὲ σαββάτων, id est 'vespere sabbatorum'. Et 'quod' aut 'qui lucescit' dicendum erat, non quae, vt referatur ad 'vesperum', aut 'vesper', [B] nisi legas 'vespera sabbatorum'. [A] In prima sabbati. Εἰς μίαν σαββάτων, id est 'in vnam sabbatorum', vt intelligas vnum diem e septem. Sentit enim, ni fallor, crepusculum extremi diei praecedentis hebdomadis, lucescens in sequentem diem, qui primus erat succedentis sabbati. [C] Nisi forte iuxta sermonis Hebraei proprietatem 'vnum' dicitur quod primum est, sicut nos 'alterum' dicimus quod secundum est.

[2] [A] Reuoluit lapidem. Graeci addunt Ἀπὸ τῆς θύρας, id est 'ab ostio'. Super eum. Ἐπάνω αὐτοῦ, id est 'supra eum'.

935 [3] Aspectus eius. Ἰδέα αὐτοῦ, id est 'species eius' siue 'forma'. Et vestimenta. Et Graeci et vetusti codices Latini habent 'vestimentum', Graeci addunt 'album vt nix'.

[4] Custodes. Οἱ τηροῦντες, id est 'qui seruabant'.

905 Caeterum *D E*: Porro *B C*.

911 praesentis *E*: praesentis temporis *A–D*.

913 id est *C*: i. *A B D E*.

917 abite, munite *E*: abite et munite *A–D*.

891–892 *vespera* The reading of *Nov. Test.*

892 *Quidam homo Nov. Test.*: "homo diues".

893 *Ioseph* Also in *Nov. Test.*

895 *alias Mt.* 13, 52, in *Nov. Test.* In modern editions of *NT*: μαθητευθεὶς τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Cf. supra, p. 228, l. 897 sqq.

895–896 *in proximo capite Mt.* 28, 19.

897 *Mariam Sc. Mt.* 27, 56 (mentioned in modern editions of *NT* in app. crit. alongside Μαρία ἡ Μαγδαληνή) and 61: Μαριάμ ἡ Μαγδαληνή.

900–901 *Altera ... postridie Nov. Test.*: "postero autem die". Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 822, col. 2: "Non est graece 'altera', sed 'postera' siue 'crastina'; sed ego maluissem dicere 'postera autem die', quod veteres dixissent 'postridie autem parasceues', τῇ δὲ ἐπ' αὐριον".

902 *Planus* "One who practises deceit or imposture", since Cic. *Cluent.* 26, 72 (*OLD*, s.v.).

902 *impostor* Cf. supra, p. 227, n.l. 858.

903 *Augustinus Serm.* 44, 4, 7, Migne *PL* 38, 261.

908–909 *synecdoche V.* supra, p. 47 sq., introd., §9.

910 *Marco V.* infra, p. 400 sqq., l. 289 sqq., ad *Mc.* 8, 31.

910–911 *Post ... praesentis* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 822, col. 2: "Graece est temporis praesentis, 'surgo', ἐγείρομαι".

912 *Ne forte ... vertere* Cf. supra, p. 126, l. 405 sq.

914 *Habetis custodiam* Valla too, *Annot.*, Garin, 1, p. 822, col. 2, has his doubts about the translation of ἐχετε and points out that "custodia" was adopted by the Greeks from Latin and also in vs. 66 deserves preference above "custodibus".

916 *Suidas Κουστωδία*: τὸ τῷ δεσμοτηρίῳ ἐπιχειμένον στράτευμα, σύστημα στρατιωτικόν, στίφος (Adler, 3, p. 168).

918 ἠσφαλίσαντο *BAS LB Nov. Test.*: ἀσφαλίσαντο *A–D*, ἠσφαλήσαντο *E*.

938–939 seruabant. Respondens *B–E*: seruabant. Et rursum. Respondens *A*.

916–917 *Ite ... munite Nov. Test.* *A* contains the same text as *Vg. Nov. Test.* *B–E*: "Ite, munite".

918 *max Mt.* 27, 66.

918 *superius* Only ἀσφαλισθῆναι occurs earlier (*Mt.* 27, 64; *Vg.*: "custodiri").

920 *cum custodia* The text of *Nov. Test. A*; *B–E*: "adhibitis custodibus".

922 *genus hominum ... designati* This puts one in mind of the 'Guet de Paris', whose task it was to keep watch over Paris at night, although I have not been able to find the number 400 in this connection. It consisted of two sections; the 'Guet bourgeois', for which the merchant and craftsmen's guilds had in turn to supply a certain number of men, and the 'Guet militaire', maintained by the king, which consisted until 1539 of 20 'Sergens à cheval' and 26 'Sergens à pied' under the command of the 'Chevalier du Guet', and which inspected the 'Guet bourgeois' each night. N. Delamare, *Traité de la police*, 2 vols. (Paris, 1722), 1, p. 256 sqq. Cf. M. Félibien – G.-A. Lomineau, *Histoire de la ville de Paris* (Paris, 1725), 1, p. 651.

925–928 *Vespere ... sabbatorum Vg.*: "Vespere autem sabbati quae lucescit in prima sabbati", *Nov. Test. A*: "Vespere autem sabbatorum, quod lucescit in vnam sabbatorum". *B–E*: "Vespere autem sabbatorum, quae lucescit in vnam sabbatorum". Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 823, col. 1: "vespere autem sabbatorum, quod vel 'qui lucescit', siue 'lucenti in vna sabbatorum'".

931 *proprietaem V.* supra, p. 48 sq., introd., §10.

931 *vnum* Cf. *Gn.* 1, 5.

933 *ab ostio* Also added in *Nov. Test.*

936 *vestimentum* The text of modern editions of *Vg.*

937 *album vt nix* λευκὸν ὡς χιῶν.

- [5] Respondens autem angelus. Ἀποκριθεὶς. Abusus est enim eo verbo, cum illae nihil interrogassent, [D] nisi quod ad cogitationes respondet.
- 940
LB 147 | [6] [A] Venite et videte. Et non est in Graecis, sed δεῦτε ἴδετε, id est: 'venite, videte'.
- [7] Et praecedet. Et Graeci et antiqui Latini habent 'praecedit', praesentis temporis, προάγει. Ecce praedixi. Ἴδὸν εἶπον, id est: 'ecce dixi', non 'praedixi'.
- 945 [9] Et ecce Iesus. Ab hoc loco [C] in nostris codicibus [A] desunt aliquot verba quae videntur incuria scribarum ommissa, qui fere labi solent, quoties eadem dictio diuersas claudit orationes, ὡς δὲ ἐπορεύοντο [B] ἀπαγγεῖλαι [A] τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, id est: 'cum autem issent ad renunciandum discipulis illius'.
- 950 [10] Ibi me videbunt. Omissa est coniunctio κακεῖ, id est 'et illic'.
- [13] Dicite quia discipuli eius. Hic certe omittenda fuerat Graeca coniunctio propter pronomem sequens, *nobis dormientibus*.
- [14] Auditum fuerit a praeside. Ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, id est 'sub praeside', hoc est: 'si res apud illum iudicem agatur'. Nos suadebimus ei. Πείθω Graecis tria significat, 'pareo' siue 'morem gero', 'suadeo' et 'persuadeo'. Sensus igitur postulabat, vt hic diceret: 'persuadebimus' potius quam *suadebimus* siue 'nos placabimus eum'. Et securos vos. Ἀμερίμους, id est: 'securus vos reddemus' aut 'liberabimus vos omni sollicitudine'; id enim sonat ἀμερίμους, quod plus est quam reddere ἀκινδύνους, id est 'expertes periculi'.
- 960 [19] Euntes ergo. Ergo non inuenio in Graecis codicibus. In nonnullis codicibus pro ergo reperio 'autem'. [B] Nescio quo casu acciderit, vt nec Origenes nec Chrysostomus, quum in caetera scribant commentarios, in hoc vnum caput quicquam aediderint, nisi forte desierunt apud populum loqui, quod haec ad resurrectionem pertineant. [E] Theophylactus tamen enarrat, et Catena Aurea crebro citat Chrysostomum in hoc capite quemadmodum in caeteris. Anianus vero praefans in versionem suam testatur Chrysostomum in Matthaeum scripsisse λόγους nonaginta vnum, quum in aeditione vulgata non habeamus nisi 89, vnde probabile est duas homilias intercidisse.
- 965

[A] DES. ERASMI ROTERODAMI ANNOTATIONVM
in Euangelium Matthaei finis.

970

941 ἴδετε C-E: εἴδετε A B.

949 illius B-E: illius, ecce Iesus. etc. A

950 Ibi ... illic inter 940 interrogassent et 941 Venite posuit A.

951-952 Dicite ... dormientibus inter 959 peri-

culi et 960 Euntes posuit A.

959 ἀκινδύνους A: ἀκυνδίνους B-E.

962 scribant commentarios D E: scriptis commentariis B C.

969 DES. B-E: D. A.

- 939–940 *Respondens ... respondet* Cf. supra, p. 204 sq., n.ll. 272–274.
- 941–942 *Venite ... videte* *Nov. Test. A*: “venite et videte”; *B–E*: “venite, videte”.
- 943 *praecedit* The reading of both *Vg.* and *Nov. Test.*
- 946–950 *Ab hoc loco ... illic* Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 823, col. 1, noted that the passage quoted in Greek in l. 948 sq., is missing in *Vg.* (“Nescio an interpretis an librarii primo hallucinati sint oculi”), as also “et” in vs. 10, and that *πειθω* has two meanings, “suadeo” and “persuadeo”, and that the latter is the correct one.
- 951–952 *Hic ... sequens* Cf. supra, p. 110, n.ll. 41–43.
- 960 *Ergo ... Graecis codicibus* Modern editions read: *πορευθέντες οὖν*, just as *Nov. Test.* In Tischendorf’s edition *οὖν* is missing.
- 961 *Origenes* Of his *Comm. in Mt.* only a number of fragments of ‘catenae’ on *Mt.* 28 have survived.
- 962 *Chrysostomus* The *Homm. in Mt.* 89 (90) and 90 (91), in which Chrys. discusses *Mt.* 27, 62–28, 10 and 28, 11–20 (Migne *PG* 58, 781–794), are not included in Trapezuntius’ translation. V. infra, l. 965 sqq.
- 964–968 *Theophylactus ... intercidisse* Added after the ‘Valladolid Articles’ drew the conclusion from “Nescio ... pertineant” that Er. doubted the resurrection of Christ. Cf. *Apolog. adv. monach. hisp.*, *LB IX*, 1079 A–D. Rummel, *Valladolid Articles*, p. 75, and *Catholic Critics*, 2, p. 98.
- 964 *Theophylactus Enarr. in Mt.* 28, Migne *PG* 123, 477 A–488 A.
- 964 *Catena Aurea* The *Catena Aurea* quotes (Guarienti, 1, pp. 418–424) from *Hom. in Mt.* 89 (90) and 90 (91).
- 965–967 *Anianus ... unum* Migne *PG* 58, 975–976: “Commentarium sancti Ioannis Constantinopolitani episcopi, quem in Matthaeo euangelista nonaginta et vno libro explicuit”; cf. supra, pp. 67 and 349, nn.ll. 32–33 and 962.

Quoniam comperiebamus opus in modum longe maiorem opinione succrescere – nam haec simul et scribebantur a nobis et typis excudebantur –, visum est
 5 idem compendii quod Marcus in contrahendo Matthaei Euangelio praestitit, in nostris praestare annotamentis, quo simul et lectoris et nostro taedio alioqui intolerabili medeamur et intra sui temporis stadium operis cursus expleatur. Pauculos enim menses ad hunc laborem ab illustrissimi Burgundionum principis Caroli obsequiis, in cuius famulitium nuper asciti fuimus, vsurpauimus verius quam
 10 impetrauimus, idque testor Iesum, non sine graui rei familiaris iactura. Quamquam ea sane me leuiter commouet. Res pecuniaria vel sarciri potest vel negligi. Caeterum vt est boni viri non deesse suo officio, ita probi ac verecundi est hominis non committere, vt cuiquam videatur oblitus officii. Memini quantum debeam maximo illi Philippo Maximiliani filio, non solum vt principi; addam:
 15 non solum vt optimo principi, verumetiam vt de me magnificentissime merito. Quicquid autem debebam patriae, quicquid principi, quicquid optimo principi, quicquid benemerito, id totum est mihi refundendum in Carolum, quandoquidem illum – sic fatis visum est – cernere licuit verius quam frui. Iam nominis proprii citius queam obliuisci quam benignissimi illius Moecenatis mei, Gulielmi
 20 [C] Vuarami [A] archiepiscopi Cantuariensis, qui sic meritus est de probis ac literatis [B] viris, [A] vt ab omnibus probitatis ac literarum cultoribus certatim debeat celebrari. Porro me tantis prosecutus est officiis, tanta obruit benignitate, vt omnia posthabenda sint, quoties officii ratio iubet huius obsequi voluntati.

2 DES. B E: D. A D, DE C.

5 *idem compendii* Cf. supra, p. 42, introd., §8b.

14 *Philippo Maximiliani filio* V. supra, p. 69, nn.ll. 82 and 83.

17 *Carolus* V. supra, p. 69, n.l. 83.

19–20 *Gulielmi Vuarami* William Warham (* 1456, † 1532), Archbishop of Canterbury. Cf. *Contemporaries*, 3, p. 427 sqq.

Proinde cum vtrique debeamus patriae – nam in altera geniti, in alteram cooptati
 25 sumus –, cum vtrique debeamus principi, quorum alteri iam plurimis ac maximis
 beneficiis sumus astricti, ab altero humanissime inuitamur ad ea quae nec pro-
 meremur nec postulamus, atque hoc ipso nomine plus debemus, non fuit mihi
 integrum opus hoc longius producere maturum vtrisque reditum pollicito. Rem
 30 tamen ita moderati sumus, vt nonnihil adiecerimus morae, nonnihil item
 contraxerimus operis modum. Quanquam id quoque hactenus, vt verborum
 magis quam rerum esset parsimonia, quo simul et operi et officio, qua licuit,
 satisfaceremus. Porro mihi sane spes est fore pariter, vt et breuitas, quae nobis fuit
 necessaria, lectori quoque commoda sit et grata. Quis enim tam patientis est sto-
 35 machi, vt in his rerum minutiis citra fastidium diu versari possit? Quanquam
 quantula, quaeso, huius molestiae portio redit ad lectorem? At nos dum inter tot
 Graecos, Latinos, Hebraeos codices sursum ac deorsum discurremus, velut acicu-
 lam, quod aiunt, in aceruo quaerentes, dum excutimus quid ille verterit, quid
 alius legerit, quid ibi sit deprauatum, quid hic interpretetur, quid ille correxerit,
 40 quid ipsi signauerimus, vbi Latini codices cum Graecis, Hebraei cum vtrisque
 dissentiant aut etiam consentiant, denique quae sit eiusdem linguae codicum
 inter se vel pugna vel concordia, dum, [B] inquam, [A] inter has spinas dstringi-
 mur ac torquemur, non vnam aut alteram horam, sed menses ferme sex, cogita,
 quaeso, lector optime, quantum taedii vtilitatis publicae gratia deuoremus.
 Neque vero pigebit, si posthac per ocium continget alia conquirere quae possint
 45 opus hoc vel locupletius reddere vel emendatius, illa quoque in communem vsum
 adiicere. Plusculum autem praesidii nobis suppetebat in Matthaeo ex veterum
 commentariis, vt in quem complures scripserunt, Origenes, Chrysostomus, Hie-
 ronymus. In hunc nihil habemus quod equidem sciam vetustum. Nam Theo-
 phylactus neotericus est et ii Commentarii qui Hieronymi titulo circumferuntur,
 50 vt non sint vsquequaque reiiciendi, tamen non magis sapiunt Hieronymum
 quam sorba ficum. Caeterum quo pauciores in hunc scripserint, illud opinor in
 causa fuisse quod explicato Matthaeo et hunc explicatum esse putarent. [C] Iam
 illud te nolim lateat, lector, quod hactenus praefati sumus in Marcum, ad pri-
 mam huius operis aeditionem pertinere, cum haec sit aeditio quinta, qua decreui-
 55 mus esse contenti, non quod vllum sit opus, cui non possit adiici quodue non
 possit reddi melius, sed quod videam sycophantis nunc vbique regnantibus dan-
 dum esse locum et existimem in tam humili tamque inamoeno argumento dili-
 gentiam immodicam merito reprehendendam esse.

LB 151 E | [1] [A] Initium Euangelii. Et hic Hebraeorum more exorsus est ab ipso
 60 operis titulo, quemadmodum Matthaeus, cuius epitomen scripsit [B] Marcus
 autore Augustino.

[2] [A] In Esaia propheta. In Graecorum exemplaribus, quae quidem ego
 viderim, Esaiae nomen non exprimitur, sed tantum ἐν προφήταις, id est ‘in pro-
 phetis’. Verum id apparet mutatum data opera a doctis qui deprehenderant hoc
 65 testimonium e duobus prophetis esse conflatum, quemadmodum indicat Hiero-
 nymus in libro De optimo genere interpretandi. Siquidem prior pars, nempe illa:

70 *Ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te, est apud Malachiam cap. tertio. Quo sane loco illud obiter annotandum, Hieronymum in eo quod modo citauimus opere memoria lapsum videri posse, cum ait hoc testimonium haberi in fine Malachiae. Nam cum totum huius prophetae vaticinium quatuor capitibus absoluatur et hic locus in ipsa statim fronte tertii capituli, 'in medio' verius est quam 'in fine'. Verum suspicor quae res imposuerit Hieronymianae memoriae, nimirum quod in extremo calce habeatur non dissimile vaticinium, quod et ipsum de Ioanne interpretantur: *Ecce ego mittam vobis**

27 mihi *D E*: nobis *A-C*.

28 pollicito *D E*: polliciti *A*, pollicitis *B C*.

48-49 Theophylactus *C-E*: Vulgarius *A B*.

50 sint *B-E*: sunt *A*.

54 quinta *E*: tertia *C*, quarta *D*.

33-34 *stomachi* "disposition, disposition to patience or acceptance" (*OLD*, s.v.).

36-37 *aciculam* ... *in aceruo quaerentes* This expression is not mentioned in *Adag.* 2620, *ASD*, II, 6, p. 436 ("Vel acum inuenisses"); Walther, 2, 7, p. 58, no. 417a1, mentions: "Acum in meta feni querere". Er. probably refers to a Dutch proverb, 'eene naald in een voeder hooi zoeken'; cf. P.J. Harrebomée, *Spreekwoordenboek der Nederlandsche taal*, (Utrecht, 1858 and 1862), I, p. 331, and 3, p. 233.

48-49 *Theophylactus neotericus* Cf. supra pp. 15 and 32 sq., introd., §§4, n. 99, and 5.

49 *Commentarii ... circumferuntur* Ps. Hier. (Cummiarius, Cumeanus or Cummine, Abbot of Durrow, 7th century), *Comm. in Mc.*, Migne *PL* 30, 609-668, or Hier. *Tract. in Mc.*, *CCSL* 78, pp. 448-500; the latter was published by Er. as work by Chrys. *CCSL* 78, p. vii, *CPL*, p. 219, no. 632, Frede, pp. 417 and 538.

51 *quam sorba ficum* Original simile. "Serviceberries' or 'sorbapples', fruits of the service-tree or sorbapple-tree (*sorbus domestica* L.), grow to 3 cm., apple or pear shaped, yellow-green, ripening to red in sun, bitter". *The New Royal Horticultural Society Dictionary of Gardening*, ed. A.J. Huxley - M. Griffith - M. Levy (London-Basingstoke-New York, 1992), 4, p. 333, and L. Vandenbussche, *Onze volkstaal voor kruiden en artsenijen* (Mene, 1955), p. 534.

61 *Augustino Cons. euang.* I, 2, 4, *CSEL* 43, p. 4: "Marcus eum [sc. Matthaeum] subsecutus tamquam pedisequus et breuiator eius videtur".

62-113 *In Esaia ... Hieronymus* Er.'s view that

57 et *D E*: vt *C*.

60 cuius epitomen *B-E*: cuius hic epitomen *A*.

69 memoria lapsum *B-E*: memoriae lapsum *A*.

71 locus in ipsa *E*: locus sit in ipsa *A-D*.

the evangelists suffered a slip of memory was criticised by many; this explains alterations to the text in *B*, *C* and *E*. Cf. supra, p. 99, n.ll. 753-888.

63-64 *in prophetis* The reading of *Nov. Test.*

65-66 *Hieronymus Epist.* 57, 9, 3, *CSEL* 54, p. 518: "Nam primum quod dicitur: 'Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam', in Malachiae fine [v. infra, n.l. 68] positum est; sequens autem, quod infertur: 'vox clamantis in deserto' et cetera, in Isaia [Is. 40,3] legimus". Cf. *Tract. in Mc.* I, 1-12, *CCSL* 78, p. 451 sq.: "Sicut scriptum est ... praeparabit viam tuam". Sicut scriptum est in Esaia. Quantum in memoria est, et in mea mente pertracto, tam septuaginta interpretes quam Hebraeorum volumina diligentissime ventilans, numquam hoc in Esaia propheta scriptum esse reperire potui, quod ponitur, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam; sed in Malachiae prophetae fine scriptum est ... Sicut scriptum est in Esaia. Quid scriptum est in Esaia propheta? 'Vox ... semitas eius'. Hoc in Esaia scriptum est; expositio autem ipsius capituli in alia propheta melius dicitur. Et ipse dicit euangelista: 'Iste est', inquit, 'Iohannes Baptista, de quo etiam Malachias dixit: Ecce mitto ... viam tuam'".

68 *Malachiam Mc.* 3, 1 (Vg.): "Ecce ego mitto angelum meum, et praeparabit viam ante faciem meam; et statim veniet ad templum suum Dominator quem vos quaeritis, et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum". Cf. infra, p. 354, l. 94 sqq.

74-75 *Ecce ego ... Domini Mc.* 4, 5 (= 3, 23): "Ecce ... Eliam ... veniat dies Domini".

75 *Heli*am prophetam, antequam veniet dies Domini. [C] Neque enim mihi satisfacit excusatio cuiusdam, qui putat in fine dictum esse quod sit paulo infra medium. [E] Sunt qui indicent in bibliotheca Vaticana haberi codicem Graecum maiusculis descriptum qui consentiat cum Latina aeditione. Quid mirum, si consentiat ad Latinorum exemplaria castigatus? Quanquam arbitror hanc germanam esse
80 lectionem. Duriusculum est quod adfert Beda, Augustinum, ni fallor, sequutus, fieri potuisse, vt Marco scribenti aliud nomen pro alio occurrerit, quod tamen admonitus non putarit corrigendum, eo quod arbitraretur non temere permisisse Spiritum Sanctum, vt nomen pro nomine tum occurrerit scribentis animo. Frigidior est et illa solutio, quoniam prophetae, licet diuersis modis, eadem praedixerunt eodem Spiritu, omnium omnia esse communia. Quod si recipimus, non refert, quo titulo citetur aliquid e sacris voluminibus. Certum est hic | alteram vaticinii partem esse apud Esaiam. Sed hoc quaeri poterat quur geminum adducens vaticinium vnum tantum prophetam nominet. Quod ad sensum attinet, vnum reuera vaticinium est. Sed apud Matthaeum 4., quem sequitur Marcus,
90 solus Esaias nominatur et huius tantum verba citantur; Marcus Esaias vaticinio praetexit vaticinium Malachiae contentus nominare prophetam celeberrimi nominis. [A] Caeterum quanquam sententiae summa consentit, verba tamen euangelistae nonnihil dissident tum a Septuaginta tum ab Hebraica veritate. Siquidem Hebraea sic reddidit Hieronymus: *Ecce ego mitto angelum meum, et praeparabit viam ante faciem meam*, consentientibus per omnia Septuaginta, nisi quod *mitto* verterunt in futurum ‘mittam’, in quo Marcus concordat cum Hebraeis. Caeterum addidit *tuam*, cum tantum sit *viam*. Et rursum quod illic est *ante faciem meam*, hic refert *ante faciem tuam*, mutata persona loquentis. Nam apud prophetam haec verba videntur esse Christi de se loquentis, etiamsi mox mutata persona de se tanquam de alio loquatur: *Et statim veniet ad templum dominator*. Contra apud euangelistam haec verba Patris sunt loquentis ad Filium: *qui praeparabit viam tuam ante te*. Iam posterior pars, *vox clamantis in deserto, parate viam Domini* etc., est apud Esaiam cap. quadragesimo. Hebraica sic vertit Hieronymus: *Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri*, in nullo dissentientibus Septuaginta [B] ab Hebraeis. [A] Dissentiunt et hic nonnihil euangelistae, sed in verbis duntaxat. Nam quod caeteri dixerunt: *rectas facite semitas eius*, Ioannes dixit: *dirigite viam Domini*. Deinde quod habet Hebraica veritas et Septuaginta transtulerunt: *rectas facite semitas Dei nostri*, Matthaeus, Marcus et Lucas posuerunt *semitas eius*, opinor, quod euangelistae, cum

94 sic reddidit B-E: sic habent הַגִּנִּי שֶׁלֶחַ וּפְנֵי דְרֹךְ דְּרֹךְ לְפָנָי מְלֵאכֵי וּפְנֵי דְרֹךְ דְּרֹךְ לְפָנָי. Ea sic reddidit A.

103 est apud Esaiam A-D: est et apud Esaiam A, est apud Esa. E.

103 Hebraica sic B-E: Hebraica ad hunc habent modum. קוֹל קוֹרֵא בְּמִדְבָּר פְּנֵי דְרֹךְ יְהוָה יִשְׂרָאֵל בְּעֵרְבָה מְסִלָּה לְאַלְהֵינוּ: quae sic A.

109-110 semitas eius ... scirent E: semitas eius, siue quod Euangelistae vix vnquam dei voca-

bulum tribuant Christo, ob prophanas et impias illorum temporum aures, siue quod Euangelistae A, semitas eius, siue quod euangelistae rarius dei ... aures, vt plenius docerimus in Paulum, siue quod euangelistae, cum Hebraice scirent B-D, semitas eius, opinor, quod euangelistae hebraice scirent etc. *Loca.*

- 75–76 *Neque ... medium* Reaction to criticism from Stun. (“cuiusdam” in l. 76; cf. supra, p. 290, l. 479: “quidam”) as appears from *Apolo- log. resp. Iac. Lop. Stun.*, ASD IX, 2, p. 110, ll. 43–52. Cf. Rummel, *Nameless Critics*, p. 49 sq.
- 77–92 *Sunt qui ... nominis* Added in 1535. Sepúlveda wrote to Er. on 23 Oct. 1533 in Ep. 2873, l. 19 sqq., that the Greek manuscripts which he had followed for his edition of the *New Testament* were deficient in many ways, but that the codex Vaticanus B (Gr. 1209) was the most trustworthy of them all due to its age, the care of the copyists and its strong similarity to Vg.: “Est enim Graecum exemplar antiquissimum in bibliotheca Vaticana, in quo diligentissime et accuratissime literis maiusculis conscriptum vtrumque Testamen- tum continetur, ... multum conuenit cum vetere nostra translatione ...”. He added to this that he had noted 365 places which differ from the Greek text editions and which correspond with Vg. That he did not convince Er. is apparent from the latter’s answer, Ep. 2905 (17 Feb. 1534), ll. 37–46: “Quod scribis de codice Graeco quum nactus es in bibliotheca Pontificia tantopere cum vulgata editione consentiente, vide ne inanem operam sumas. Constat enim quum Graeci foedus inirent cum ecclesia Romana, quemadmodum testatur bulla quae dicitur aurea, hoc quoque fuisse comprehensum in articulis, vt Graecorum codices praesertim euangelici ad Romanam lectionem emenda- rentur ... Quare ex isto codice nihil est quod possis iudicare. Sed Graecorum lectio petenda est ex Graecis auctoribus, Athanasio, Basilio, Origene, Chrysostomo, Nazianzeno, Cyrillo”. Er. offers the same arguments infra, p. 534, l. 342 sqq., and in *Capita argumentorum contra morosos quosdam ac indoctos*, LB VI, ***1 r°; there he again refers to Sepúlveda in the plural, ‘quidam’. When Sepúlveda argues (Ep. 2938, ll. 96–101) that he has found nothing of the kind in two “aureas bullas”, Er. answers that Cuthbert Tunstall did not tell him that it occurred in a bulla, but that the alteration of the Greek codices nevertheless took place (Ep. 2951, ll. 49–55). Cf. F.H. Scrivener, *A Plain Introduction to the Criticism of the New Testament for the Use of Biblical Students*, Cambridge-London, 1883³, p. 101 sqq., Allen, introd. Ep. 2873 and Ep. 2905, n.ll. 40–41, *Apolo- log. resp. inuect. Ed. Lei*, Ferguson, p. 239 sq., n.l. 70, H.J. de Jonge, *Erasmus and the Comma Johanneum*, *Ephemerides Theologicae Lovanienses*, 56, 4 (1980), p. 387 sqq., and Rummel, *Catholic Critics*, 1, pp. 23 and 201, n. 31, and 2, p. 127 sq.
- 80 *Beda, Augustinum ... sequutus* Beda, In *Mc. expos.* I, 1, 2, CCSL 120, p. 439: “Potuit autem fieri, vt animo Marci ‘Euangelium conscribentis pro’ Malachia Esaia ‘occurreret, vt fieri solet. Quod tamen sine vlla dubita- tione emendaret saltem ab aliis admonitus qui ipso adhuc in carne viuente hoc legere potuerunt, nisi cogitaret recordationi suae, quae Sancto Spiritu regebatur, non frustra occurrisse aliud pro alio nomen prophetae, quia ita Dominus hoc scribi constituit”. This text exhibits textual similarities with Aug. *Cons. euang.* III, 7, 30, CSEL 43, p. 305, where reference is made to the swapping of *Zch.* and *Ir.* in *Mt.* 27, 9. But the inter- changing of *Is.* and *Ml.* in *Mc.* 1, 2, is men- tioned by Ambrosiaster (Ps. Aug.), *Quaest. V. et N.T.* 57, CSEL 50, p. 103 sq.
- 87 *Esaïam Is.* 1, 19–23.
- 89 *Matthaeum 4. Mt.* 3, 3.
- 94 *Hieronymus* In *Vg.* and *Comm. in Ml.* 3, 1, CCSL 76A, p. 927 sq.
- 100–101 *Et statim ... dominator Ml.* 3, 1; v. supra, p. 353, n.l. 68.
- 104–105 *Vox ... nostri* Hier. *Comm. in Is.* X, 40, 3–5, CCSL 73, p. 455, offers this as a transla- tion of the *LXX* text of *Is.* 40, 3 and trans- lates the Hebrew text in the same way as Vg.: “Vox ... rectas facite in solitudine semitas Dei nostri”.
- 107 *rectas ... semitas eius Mt.* 3, 3, *Mc.* 1, 3, and *Lc.* 3, 4.
- 107 *dirigite viam Domini Ioh.* 1, 23.
- 107–109 *Deinde quod ... euangelistae* In *Apolo- g. adv. monach. hisp.*, LB. IX, 1047 C–F, Er. defends himself against criticism of “Deinde ... in Paulum”, from the version of the edi- tions from 1519 up till and including 1527 (v. app. crit. ad ll. 109–110). Under the influence of this Er. altered the passage in 1535; cf. app. crit. ad ll. 109–110 and *Loca*, p. 241 sq.: “pag. 109, versu 12. siue quod euang- elistae etc. deletis quae sunt in medio sic lege, semitas eius, opinor, quod euangelistae hebraice scirent etc. Non quod insit aliquid impium, sed quod parum suo loco dicta videantur. Non enim habent locum, nisi constet has voces Domini ac Dei nostri Filii personam designare, quum mea sententia referri possint ad totam trinitatem, quando- quidem hunc sermonem Esaias tribuit Ioanni Baptistae.” Rummel, *Valladolid Articles*, p. 75, and *Catholic Critics*, 2, pp. 98 and 180, n. 54.

110 Hebraice scirent, non indigerent translatione Septuaginta, deinde cum ab
 Hebraeis non anxie decerperent quod scriptum esset, sed quod memoria suggere-
 bat, describerent, verbis nonnunquam dissident, in sententia concordant, id
 quod pluribus in locis admonuit diuus Hieronymus. Iam illud, quando notum
 LB 153 est iis quoque qui Graece nesciunt, angelum significare nuncium, non arbitror
 116 admonendum. Fortassis hic melius vertisset ‘nuncium’. Deinde non dixit | sim-
 pliciter: *angelum*, sed addito articulo, τὸν ἄγγελον, vt certum aliquem angelum
 siue nuncium intelligas designari, cum omnes alioqui prophetae nuncii fuerint
 venturi Christi. At hic vnicus ille et eximius fuit nuncius, qui non solum prae-
 nunciavit aduentum Domini procul aduentantis, sed qui praecurrens ipse prae-
 120 paravit viam iam aduenientis. Praeterea quod ait: ante faciem tuam, non est
 Graecis ἐμπροσθεν aut ἐνώπιον, quod aliquoties ita vertit – hoc est ‘coram te’ et
 ‘in conspectu tuo’ –, sed πρὸ προσώπου, vt intelligas hunc nuncium praecedere et
 hoc discutiente obstacula viae iam videri et apparere faciem aduenientis Domini.
 Mox autem qui praeparabit viam tuam ante te. Graece est ἐμπροσθέν
 125 σου, quasi dicas: ‘a fronte tua’, [D] vt intelligas Christum qui nunciabatur, iam
 adesse. Aliter enim dicitur: ‘ante Ciceronem dixit hoc Cato’, id est: ‘priusquam
 Cicero diceret’.

[4] [A] Fuit in deserto. Quidam offensi hyperbato sic legunt: *Ioannes bap-*
tizans in deserto fuit initium Euangelii. Non absurde tamen, vt mihi quidem vide-
 130 tur, haec verba *Initium Euangelii Iesu Christi* etc. tituli loco erunt, qui mos est
 prophetis et Herodoto quoque atque in totum illi genti. Porro quod Valla mauult
extitit pro *fuit* et argutatur nescio quid de fuit Ioannes baptizans, haud
 multum ad rem theologicam pertinet. Erat enim idioma sermonis Hebraei, quod
 tamen reperies et apud Atticos. ‘Erat baptizans’, id est ‘baptizabat’, [D] ἐτύγχανε
 135 βαπτίζων. [A] Baptizans. Articulum non addidit Graecus, vnde perinde valere
 potest ac si dicas: ‘coepit baptizare’, ἐγένετο βαπτίζων, [B] ‘factus est baptizans’
 siue ‘coepit baptizare’. [A] Fuit in deserto. Apud Graecos alius est verborum
 ordo: ‘Fuit Ioannes baptizans in deserto’. Ac rectius ‘erat’ quam *fuit*. [D] In
 remissionem peccatorum. *In* hic praeparationem significat, non effectum.
 140 Nam Ioannis baptismus praeparabat ad Christi baptismum, quo remittebantur
 peccata. Fortassis et illud annotandum, quod apostoli iubentur prius docere, pos-
 tea baptizare. Ioannes prius baptizare dicitur, deinde praedicare baptismum.
 Iudaeus per ceremonias ducitur ad cognitionem, Christianus prius discit, nisi
 maui intelligere de baptismo Christi, quem post suum baptismum praedicabat
 145 Ioannes. Sequitur enim: *Ego quidem baptizaui vos in aqua. Ille vero baptizabit vos*
 etc. Hinc apparet quod baptizatis ab ipso praedicavit Christi baptismum mox
 sequuturum, ne ipsius baptismo confiderent.

[5] [A] Iudaeae regio. ‘H Ἰουδαία χώρα, id est ‘Iudaea regio’, vt cohaereant
 duo nomina substantiua. Et Hierosolymitae vniuersi. Graeci secus distin-
 150 guunt: καὶ οἱ Ἱεροσολυμίται καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες, id est: ‘et Hierosolymitae, et
 baptizabantur omnes’. [D] Nec enim veniebant omnes Hierosolymitae, sed ex
 omni Iudaea et Hierosolyma qui venerant, baptizabantur. Nam ‘omnem

155 Iudaeam' dixit pro eo quod erat 'ex omnibus Iudaeae partibus'. [A] Nec est in Iordanis flumine, sed 'in Iordane fluuio' siue 'fluuio Iordane'. Addidit autem *flumine*, quod vox *Iordanis* esset plerisque ignota.

[6] Et erat. Ἦν δέ, id est: 'erat autem'. Vestitus. Ἐνδεδυμένος, id est 'indutus'. [C] Et pilis camelorum. 'Cameli' est Graecis et item in aureo codice, [D] item in Constantiensi, [C] quanquam hoc nihil ad sensum. Camelus enim hic speciem notat animantis, non vnum aliquod eius generis. Suffragabantur aureo codici volumina diui Donatiani. [E] Speciem animantis expressit, vt ostenderet vestis asperitatem, iuxta Domini testimonium: *qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt*. Pictores onerant Ioannem exuuiio cameli, quemadmodum Graeci vestiunt Herculem exuuiio leonis. Imo vestis erat contexta non e lana Britannica aut Serum velleribus aut lino Hollandico, sed e pilis camelorum. Asperi-

129 deserto A B^c C-E: desero B.

132 argutatur C-E: cauilatur A, caullatur B.

139 peccatorum LB: pec. A-E BAS.

148 cohaereant D E: adhaereant A-C.

155 vox ... plerisque D E: vox sit plerisque A, vox esset plerisque B C.

112-113 *id quod* ... Hieronymus The only place I have found to which this is applicable is Hier. *Comm. in Mt.* 3, 1, CCSL 76A, p. 927 sq.: "Sed et euangelistae vaticinium prophetarum super Ioanne interpretati sunt cumque in sensu consentiant, in verbis discrepant".

120 *ante faciem* In Vg. translation of ἔμπροσθεν in Mt. 10, 10, and Lc. 7, 27, of ἐνώπιον in Lc. 1, 76.

124-125 ἔμπροσθέν σου Does not occur in the text of modern editions.

128 *hyperbato* "The separation of two syntactically very closely linked words by the insertion of a (one-word or two-word) sentence part which does not directly belong at this point." Lausberg, p. 318 sq., §716 sq. Er. analyses this figure of speech without using the term infra, p. 594, l. 963 sq., ad Lc. 22, 36: "sic est ordinanda lectio"). Cf. Chomarat, *Grammaire*, 1, p. 566 sq.

130-131 *qui mos* ... *genti* Cf. supra, p. 66, l. 22.

131 *Valla Annot.*, Garin, 1, p. 823, col. 2: "Non dicitur quod Ioannes fuit in deserto. Nam incipiendum fuit a dignitate aliqua et nuncupatione viri potius quam ab eius actione tanquam de eius nomine fuisset iam facta mentio; vt apud Ioannem [Ioh. 1, 6]: 'Fuit homo missus a Deo cui nomen erat Ioannes'. Nec dicitur: 'fuit homo missus', sed 'fuit homo'; deinde 'missus a Deo', id est 'qui missus fuit a Deo'. Ideoque ego vtrunque locum - nam vtrouque idem verbum est - transtulissem 'exiit', non 'fuit'".

133 *idioma sermonis Hebraei* The periphrastic

conjugation, formed by joining the appropriate tense of 'esse' to the present participle, is a construction often used in Hebrew and Aramaic; this may have contributed to a larger frequency of it in NT than was usual in Greek; cf. Moulton, 3, p. 87 sq. But modern editions of NT read here, as in Mc. 6, 14 and 24: ὁ βαπτίζων, which has the same meaning as ὁ βαπτιστής (M.J. Lagrange, *Évangile selon St. Marc*, Paris, 1920², p. 4). About *idioma*, v. supra, p. 48, introd., §10.

141 *apostoli* Cf. Mt. 28, 19, and Mc. 16, 16.

145 *Ego* ... *vos* Mc. 1, 7.

148-151 *Iudaeae* ... *omnes* Vg.: "Iudaeae regio et Hierosolymitae vniuersi, et baptizabantur". *Nov. Test. A*: "Iudaeae regio, et Hierosolymitae, et baptizabantur omnes"; *B-E*: "Iudaea regio, ac Hierosolymitae, et baptizabantur omnes".

150 καὶ ... πάντες The reading of *Nov. Test.*, the *Aldina*, f° 364 r°, col. 1, and the *Complut.*

154 *Iordanis flumine* *Nov. Test.*: "Iordane flumine".

156-169 *erat autem, cameli, lumbos suos* and *vescebatur* These are readings of *Nov. Test. Vg.* also reads here "cameli"; cf. supra, p. 113, l. 108, ad Mt. 3, 4. Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 823, col. 2: "Nam si fuisset Latinus scriptor, dixisset 'circa lumbos suos', quod interpres ideo dixit 'eius', quod deceptus est ambiguitate Graecae vocis. Non enim 'zona' nominatiui est casus, sed ablatiui, sicut 'pilis'".

165 tatem augebat *zona pellicea* premens ilia. [A] Et *zona pellicea*. Καὶ ζώνην
 LB 154 *δερματίνην*. Ablatiuus est nobis, non nominatiuus, et refertur ad participium *ves-*
titus, sicut et ablatiuus *pilis*. Et lumbos. ‘Suos’ dicendum erat, non *eius*. | Mel
 syluestre edebat. Ἐσθίων, id est ‘edens’, vt pertineat ad verbum quod prae-
 cessit, *erat*. Quanquam hoc recte variauit, nisi quod aptius erat ‘vescebatur’ quam
 170 *edebat* aut certe ‘vicitabat’ siue ‘esitabat’, cum de genere cibi loqueretur.

[7] Venit. Ἐρχεται, ‘venit’. Graece vel praesentis est temporis vel futuri. [C]
 In Donatiani libris habebatur ‘veniet’. [A] Et notandus est articulus ὁ ἰσχυρό-
 τερος, id est ‘ille qui me fortior et potentior est’. Non sum dignus. Οὐκ εἰμι
 ἱκανός, id est: ‘non sum idoneus’ aut ‘sufficiens’, vt vulgo loquuntur. Et calcia-
 175 mentorum eius. *Eius* addidit Hebraeorum more, Latinis non est phas ita
 loqui.

[8] Ego baptizauit. Ἐγὼ μὲν. Non in tempore omisit ‘quidem’ coniunctio-
 nem, quae hanc partem opponit Spiritui. Spiritu Sancto. ‘In Spiritu Sancto’
 est Graecis, [B] tametsi praepositionem recte omisit interpret. [A] Quidam codex
 180 Graecus hoc quoque loco addebat ‘et igni’, καὶ πυρί, [B] ex Marthaeo, sicuti
 coniiicio, [A] quanquam Theophylactus non addit.

[10] Ascendens vidit. Sermo Graecus anceps est vtrum Ioannes viderit an
 Christus. Vidit coelos apertos. Εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανοὺς, id est: ‘vidit
 scindi’ [C] siue ‘diffindi [A] coelos’. Nam participium est passiuum praesentis
 185 temporis, quod non per *scissos*, vt Laurentio visum est, sed per verbum erat trans-
 ferendum. Elegantius autem vertisset ‘diduci coelos’ [B] siue ‘findi’. [A] Et Spi-
 ritum Sanctum. *Sanctum* non additur, nec in Graecis nec in antiquissimis
 Latinis codicibus nec in aureo codice, ne in Constantiensi quidem. Porro articu-
 lus additus indicat intelligendum de Spiritu Sancto, de quo paulo ante meminit.
 190 Similiter paulo post: *Et statim Spiritus expulit eum*, vt de eodem accipias Spiritu.
 Descendentem et manentem. *Et manentem* non additur in Graecis; vide-
 tur ascriptum ex Euangelio Ioannis. Ex sermone Graeco non potest aliud intel-
 ligi quam Spiritus descendens a Christo visus fuisse, cum res magis postulet, vt
 intelligatur a Ioanne caeterisque visus descendere. Deinde si Christum accipimus
 195 vidisse, dicendum erat: ἐφ’ αὐτόν – id est ‘super se’ –, non: ἐπ’ αὐτόν – id est
 ‘super eum’. Neque video tamen quo pacto queat res explicari, nisi dixerimus
 ἀναβαίνων, rectum casum, positum loco paterni ἀναβαίνοντος, id est: ‘quum
 ascenderet ex aqua Iesus, vidit’ etc. Nisi accipiamus Ioannem vna cum Iesu des-
 cendisse in flumen ad tingendum eum atque ita legamus: ‘Ioannes ascendens ab
 200 aqua vidit’ etc.

[11] [A] Dilectus. Ὁ ἀγαπητός. Articulus non caret emphasi, quasi dicas:
 ‘ille dilectus’. [B] Idem additur filio ὁ υἱός; multi filii, multi dilecti, at hic ille exi-
 mius et vnice dilectus. [A] Deinde nomen hic est, non participium *dilectus*, quod
 vertere solet *charissimus*. Complacui. Εὐδόκησα, quasi dicas: ‘bonam habeo
 205 opinionem’ siue ‘bene complacitum est mihi’.

[12] Expulit. Ἐβάλλει, id est ‘emittit’, praesentis temporis. Quanquam
 ἐκβάλλειν aliquando est ‘eiicere’ siue ‘extrudere’. Significat autem impetum Spiri-

210 tus rapientis hominem quocunque velit. [D] Theophylactus et Chrysost. in Catena citatus admonent significari non esse committendum, vt homo semet coniciat in periculum tentationis, sed si Deo volente incidat, fortiter agendum.

[13] [A] Et erat in deserto. Quidam codex Graecus tantum habebat 'et erat ibi'. Alter praeterea addit 'in deserto'. Quorsum [B] autem [A] attinebat

172 libris C: lib. D E.

181 Theophylactus C-E: Vulgarius A B.

187 Graecis nec D E: graecis, praeterquam apud vnum Vulgarium, nec A B, Graecis, praeterquam apud vnum Theophylactum, nec C.

188-191 codicibus ... Descendentem D E: codicibus. Nam absolute spiritum opposuit aquae ceu rem efficaciorum. Neque dubium tamen, quin de spiritu sancto sit accipiendum, quod tamen haud scio quo casu additum fuit in prima huius operis aeditione. Descendentem A. codicibus. Nam absolute

171-176 *Venit ... loqui Nov. Test.*: "Veniet is qui (A: "Venit qui") fortior est me post me, cuius non sum idoneus, vt procumbens solum corrigiam calciamentorum".

175 *Eius ... Hebraeorum more Cf. Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 267, ll. 6-8, where Er. refers to Ps. 143 (144), 15: "Hebraicum est pronomen ex superuacuo addere: 'Beatus populus, cuius dominus Deus eius'".

177-178 *Ego ... Sancto Nov. Test.* A: "Ego quidem ... in Spiritu Sancto"; B-E: "Ego quidem ... Spiritu Sancto".

180 *Matthaeo Mt.* 3, 12.

181 *Theophylactus Enarr. in Mc.* 1, 7-8, Migne PG 123, 497 A.

183-196 *Vidit coelos ... super eum Nov. Test.* A: "vidit discindi coelos et spiritum quasi columbam descendentem super illum"; B-E: "vidit diffindi coelos, et spiritum sanctum quasi columbam descendentem super illum". "Sanctum" is not included in modern editions of Vg. either. Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 823, col. 2 sq.: "Apud Ioannem est 'descendentem et manentem super eum', apud Marcum non nisi 'descendentem super eum' siue 'super ipsum'; nec 'apertos coelos' dicitur, sed 'scissos'".

190 *Et statim ... eum Mc.* 1, 12.

192 *Ioannis loh.* 1, 32.

194-195 *Deinde ... αὐτόν Cf. supra*, p. 122, l. 329 sqq., and infra, pp. 405 sq., 462 and 556, ll. 408 sqq., 497 sqq. and 970 sqq.

197 *rectum casum* "the nominative case" (OLD,

... accipiendum. Descendentem B, codicibus nec in aureo codice. Porro ... meminit. Descendentem C.

191-201 Graecis ... Dilectus D E: graecis, neque ἐπ' αὐτόν conuertendum erat in ipso, sed in se, siue super se. Nam vidit verbum, ad Iesum pertinet ascendentem non ad Ioannem, quantum sonant verba graeca, verum de hoc nonnihil attigimus in Matthaeo. Dilectus A. Graecis. 192 Ex sermone ... 197 ἀναβαίνοντος. Dilectus B, Graecis. 192 Ex sermone ... 197 ἀναβαίνοντος. Aut nisi accipiamus 199 tingendum eum. Dilectus C.

s.v. "rectus, 6").

197 *paterni V.* supra, p. 113, n.l. 68.

201-205 *Dilectus ... mihi Nov. Test.*: "Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est". Cf. supra, p. 122 sq., l. 342 sqq., ad Mt. 3, 17.

201 *emphasi V.* supra, p. 45 sq., introd., §9.

206-208 *Expulit ... velit Cf. Valla, Annot.*, Garin, 1, p. 824, col. 1: "Praesentis est temporis, non praeteriti, quod ego dixissem 'emittit'. Nam 'expellere' durum videtur". *Nov. Test.* A: "emittit"; B-E: "expellit".

208 *Theophylactus Enarr. in Mc.* 1, 12-13, Migne PG 123, 500 A.

208-209 *Chrysost. in Catena citatus Catena Aurea*, Guarienti, 1, 438: "Chrysostomus In Matth. (hom. 13) ... Propter hoc autem non ostendit eum simpliciter euntem in desertum, sed expulsus, vt hoc intelligas fieri iuxta diuinae dispositionis verbum: per quod etiam innuit ne homo seipsum in tentationem ingerat, sed aliunde in tentationem quasi expulsos victores existere"; this is a paraphrase of Chrys. *Hom. in Mt.* 13, 1, Migne PG 57, 209: Διὰ τοῦτο οὐκ ἀνιόντα αὐτόν ἀπλῶς δείκνυσι σοι τὸν Ἰησοῦν, ἀλλὰ ἀναγόμενον κατὰ τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον, ἀνιπτόμενος διὰ τούτων, ὅτι οὐκ αὐτοῦς ἐπιπηδᾶν χρή, ἀλλ' ἐλκομένους ἐστάναι γενναίως. Cf. supra, p. 161, n.l. 202.

211-214 *Et erat ... noctibus Nov. Test.*: "Et erat illic in deserto dies quadraginta".

repetere desertum, cum mox praecessisset? Quadraginta diebus. In Graecis non additur *et quadraginta noctibus*.

215 [15] Quoniam impletum. "Ότι hoc loco fuerat omittendum interpreti. Appropinquabit. "Ηγγικεν. 'Et appropinquauit' siue 'appropinquat', vt in huiusmodi verbis Graeci nonnunquam vtuntur praeteritis loco praesentium, vt non semel iam admonuimus. Poenitemini. Μετανοείτε, id est: 'poeniteat vos',
 LB 155 quod con|suevit vertere *poenitentiam agite*, aut, quod ego malim, 'resipiscite'. Et
 220 credite euangelio. 'Εν εὐαγγελίῳ, id est 'in euangelio', [B] tametsi id ex proprietate est sermonis Hebraei. [D] Theophylactus putat hic abrogatam legis obseruationem, quum ait: *credite euangelio*, quasi dicat: 'cessent vmbrae, lux adest'. Ad id facit quod praecessit, 'tempus impletum est'; proinde non omnino idem docuit Christus initio quod Ioannes.

225 [16] [A] Et praeteriens. Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν, id est 'ambulans autem ad mare' siue 'iuxta mare'. Quanquam alius codex habebat Καὶ παρὰ γων παρὰ τὴν θάλασσαν, id est 'praeteriens iuxta mare'. Porro lacum *mare* vocat. Fratrem eius. Pro *eius* Graece est 'Simonis'. Quidam vtrunque repetunt: αὐτοῦ τοῦ Σίμωνος, id est 'ipsius Simonis' siue 'eius, nempe Simonis', quod opinor
 230 additum a quopiam qui voluerit effugere ἀμφιβολογίαν, ne intelligeremus fratrem ipsius Christi. Nec est hoc loco retia, vt paulo post δίκτυα, sed ἀμφίβληστρα, id est genus retis cuius meminit Iulius Pollux.

[19] Componentes retia. Καταρτίζοντας, id est 'sarcientes' siue 'reconcinantes'.

235 [20] Secuti sunt eum. Ἀπῆλθον ὀπίσω αὐτοῦ, id est: 'abierunt post eum', vt verbum verbo reddatur, [B] quod et alias verti poterat, ὕπαγε ὀπίσω μου, 'sequere me'. [E] Theophylactus putat hic narrari secundam vocationem, eo quod narratio Lucae 5. dissonet a narratione Matthaei et Marci. Caeterum quod addit Petrum et Andream fuisse discipulos Ioannis Baptistae, qui permoti illius de
 240 Christo testimonio Christum sequi coeperint, sed Ioanne coniecto in carcerem redierint ad pristinum questum, vnde denuo vocati protinus sequuti sint, quoniam nulla scripturae autoritate nititur, pro coniectura humana habendum censeo.

[22] [A] Quasi potestatem habens. Ὡς, id est 'tanquam'. Quanquam hoc *quasi* et quod mox sequitur, *sic*, eidem Graecae voci respondent ὥς; vnde vertere poterat vtroque 'vt'. Porro de 'potestate', ἐξουσία, diximus in Matthaeo.

245 [24] Quid nobis et tibi. "Εα, τί ἡμῶν καὶ σοί, id est: 'sine, quid nobis et tibi'. Quanquam ἔα rectius accipitur, vt sit aduerbium Graecis, nobis interiectio exclamantis; et Latine vertisset: 'Quid rei nobis tecum est?', aut, quod pollet idem, 'quid tibi nobiscum est rei?'

250 [23] In spiritu immundo. Quid hac forma loquendi durius Latinis simul et Graecis auribus? Dici poterat: 'obnoxius immundo spiritui?'

[24] [C] Venisti ante tempus perdere nos. *Ante tempus* nec additur apud Graecos nec in codice aureo, [D] ne in Constantiensi quidem. [C] Videtur huc adiectum e Matthaei capite octauo. [A] Scio quod sis. Οἶδά σε τίς εἶ, id
 255 est: 'scio te qui sis', et sic habent antiqui nostri codices [D]: 'qui sis', non: 'quod

sis', [A] siue: 'noui te quis es', vt magis ad verbum exprimam. Sanctus Dei. 'Ο ἅγιος τοῦ Θεοῦ. Nec hic articulus ociose additur, vt alias saepius indicatum est. Nec enim est simpliciter *sanctus*, sed ὁ ἅγιος, vt certum et insignem intelligamus, [B] videlicet illum vnum vere sanctum, et omnis humanae sanctimoniae fontem. [A] Proinde dilucidius erat 'noui te qui sis, nemp̄e Sanctus ille Dei'.

[25] Et comminatus est. Καὶ ἐπετίμησεν, id est: 'et increpauit'. De homine. Graecis est ἐξ αὐτοῦ, id est 'ex eo'.

[26] Et discernens eum et exclamans. Vtrumque participium Graecis praeteriti temporis est, *σπαράξαν κράξαν*, quasi dicas: 'discerpto illo et clamore misso'.

LB 156
260

265

231-232 δίκτυα ... id est B-E: δίκτυα, ἀμφί-βληστρα, sed id est A.

233-235 reconcinnantes. Secuti B D E: reconcinnantes. Et relicto patre) καὶ εὐθὺς ἀφέντες, i. et statim relicto, etc. Et consen-

tiunt antiquissimi codices. Secuti A, reconcinnantes. Caeterum quod in nostris additur In nauī, nauī, nec est in Graecis codicibus, nec in aureo Latino. Secuti C.

254 τίς A B: τί C-E.

213 *max* V. supra, p. 105, n.l. 898.

215-220 *Quoniam* ... *euangelio* Cf. supra p. 110 sqq., ll. 48 sqq. and 82 sqq., ad *Mt.* 3, 2, and Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 824, col. 1: "Appropinquauit' legendum est, et 'credite in euangelio'. 'Poenitemini' durum insuetumque verbum". *Nov. Test.*: "Impletum est tempus, instatque (A: "et appropinquauit") regnum Dei, respicite et credite (A: "in") euangelio". "Ότι (l. 215) here introduces direct speech; cf. supra, p. 110, n.ll. 41-43.

220-221 *proprietate sermonis Hebraei* V. supra, pp. 48 sq. and 121, introd., §10, and n.l. 283.

221 *Theophylactus Enarr. in Mc.* 1, 14-15, Migne PG 123, 500 B - 501 A: Φαίνεται δὲ τὰ αὐτὰ τῷ Ἰωάννῃ κηρύσσων ὁ Κύριος, οἷον τὸ 'Μετανοεῖτε' καὶ τὸ "Ἠγγικεν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ". Οὐκ ἔστι δε' ὁ μὲν γὰρ Ἰωάννης τὸ 'Μετανοεῖτε' ἔλεγεν, ὥστε ὑποχωρῆσαι ἀπὸ τῶν ἀμαρτιῶν' ὁ δὲ Χριστὸς τὸ 'Μετανοεῖτε' λέγει, ὥστε ἀπὸ τοῦ νομικοῦ γράμματος φυγεῖν. Διὸ καὶ προσέθηκε τὸ 'Πιστεύετε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ' ὁ γὰρ μέλλων πιστεῦσαι διὰ τοῦ Εὐαγγελίου κατήργηκε τὸν νόμον λοιπόν.

225-227 *Et praeteriens ... mare* Cf. supra, p. 128 sq., l. 484 sqq. *Nov. Test.*: "Cum ambularet autem iuxta (A: "secus") mare".

228 *eius* ... *Simonis* *Nov. Test.*: "fratrem eius".

230 ἀμφιβολογίαν Cf. supra, p. 44, introd., §9.

231-232 *Nec est* ... *Pollux* *Poll. Onomasticon*, I, 97. Cf. supra, p. 129, ll. 486 sqq.

233-234 *Componentes ... reconcinnantes* *Nov. Test.*: "qui et ipsi in nauī reconcinnabant (A: "sartiebant") retia".

236 *alias* *Mt.* 16, 23, and *Mc.* 8, 33.

237 *Theophylactus Enarr. in Mc.* 1, 16-20,

Migne PG 123, 501 C.

238 *Lucae* *Lc.* 5, 1-11; *Mt.* 4, 18-22.

243-245 *Quasi* ... *Matthaeo* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 824, col. 1: "'Tanquam' siue 'velut potestatem habens' dicendum fuit, non 'quasi', quod nihil aliud est quam 'ac si potestatem haberet', videlicet quod non habebat". *Nov. Test. A*: "tanquam potestatem habens"; *B-E*: "tanquam autoritate praeditus". Cf. supra, p. 172, l. 483 sqq., ad *Mt.* 7, 29.

246-249 *Quid* ... *rei* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 824, col. 1: "'Exclamabat' Graece legitur, et 'sine, quid nobis et tibi'". *Nov. Test.*: "Quid rei nobis tecum est".

250-251 *In spiritu* ... *spiritui* *Nov. Test. A*, like *Vg.*: "in spiritu immundo"; *B-E*: "obnoxius spiritui immundo".

252 *ante tempus* Does not occur in modern editions of *Vg.* either.

254 *Matthaei* *Mt.* 8, 29.

254-256 *Scio* ... *exprimam* Modern editions of *Vg.* read: "scio qui sis". Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 824, col. 1: "Melius habent ii codices in quibus legitur 'scio quis es', sed addendum est 'te', vt sit 'scio te quis es'. *Nov. Test. A-C*: "Noui te qui sis"; *D E*: "Noui te quis sis".

261-262 *Et comminatus* ... *ex eo* *Nov. Test.*: "Et increpauit illum ... exi ab (A: "de") homine". Cf. infra, p. 403, n.ll. 351-354.

263-265 *Et discernens* ... *emisso* *Nov. Test.*: "Et cum discernisset eum spiritus immundus, exclamassetque (A: "et exclamasset) voce magna".

[27] Quid nam est hoc? Τί ἐστὶ τοῦτο; Particulam *nam* addidit interpres de suo, cum alias negligat exprimere, nimirum ad hunc modum paria faciens. Et rursum quae nam doctrina. Τίς ἡ διδασχῆ, 'quae doctrina'; de suo addidit *nam*. Quia in potestate spiritibus imperat. 'Quia in potestate et spiritibus' habetur tum in Graecis, tum in antiquis Latinis, vt coniunctio addat epita-
 270 sin. Caeterum Graeci codices locum bifariam distinguunt. Nonnulli sic legunt: 'quae est haec doctrina, quoniam secundum potestatem', vt subaudias 'est'. Alii coniungunt haec cum his quae mox sequuntur, 'quae est doctrina haec, quoniam cum autoritate spiritibus quoque immundis imperat'.

275 [28] Et processit. Καὶ ἐξῆλθεν, id est: 'et exiuit' [B] siue 'emanauit'. [A] Rumor eius. Ἡ ἀκοή αὐτοῦ, id est 'fama eius', quod alicubi vertit *opinio*. Caeterum vt 'famam hominis' dicimus, ita non dicimus: 'rumorem hominis' in eodem sensu. Rumor enim magis ad rem refertur, vt rumor belli. Fama generale nomen est. Regionem. Περίχωρον, id est 'totam vndique regionem Galilaeae
 280 finitimam', vt intelligamus et vltra Galilaeae fines famam Iesu progressam.

[30] Recumbebat. Κατέκειτο, id est 'decumbebat', vt et antiqui codices habent, [C] cumque his aureus ille [D] atque etiam Constantiensis. [A] Recumbit enim quiescens et supinus. Accumbitur in conuiuio. Decumbit aegrotus lecto affixus.

285 [31] Apprehensa manu eius. Κρατήσας, quod toties vertit *tenuit*, veluti de Iesu capto, *tenuerunt eum*, vbi tempestiuus erat 'comprehenderunt'. Et cur non potius 'reliquit' quam dimisit, ἀφῆκεν; nisi forte febris dicto 'vale' discessit.

[33] Omnis ciuitas. Ἡ πόλις ὅλη, id est 'ciuitas tota', ne plures ciuitates
 290 intelligas.

[34] Qui vexabantur. Κακῶς ἔχοντας, id est 'male habentes' siue 'male affectos'. Variis languoribus. Ποικίλαις νόσοις, id est 'variis morbis'; [D] quod tamen ita perpetuo fere vertit. [A] Quoniam sciebant eum. Graece sic est: ὅτι ᾔδεισαν αὐτὸν Χριστὸν εἶναι, id est: 'quod nouerant ipsum Christum esse'.
 295 Nam haec duo verba adduntur in nonnullis Graecis exemplaribus, [D] velut in Theophylacto. [B] In nostris tantum est 'quoniam sciebant eum'. [E] Graecus tamen sermo ambiguus est: non passus est eos hoc proloqui quod agnoscerent Iesum, siue non passus est eos omnino loqui, propterea quod agnoscerent Christum esse Messiam, ne id ante tempus effutirent. In priore sensu magis conueniebat 'ipsum' quam *eum*.

300 [35] [A] Et diluculo valde. Καὶ πρῶτῃ ἔννυχον λίαν, id est 'et ma|ne, multa adhuc nocte'. Nam id sonat ἔννυχον, cum adhuc aliquantum est noctis.

[37] Dixerunt. Λέγουσι, id est 'dicunt'. Et mox quia omnes. Ὅτι coniunctio fuerat omittenda.

305 [38] In proximos. Εἰς τὰς ἐχομένας, id est 'adhaerentes' [B] siue 'contiguos'. [A] Vicos et ciuitates. Graecis est dictio composita, κωμοπόλεις, quod quidam interpretantur municipia. Oppidula rusticana significat, quae vel vici vel oppida videri possint. Siquidem ex vico et oppido Graeca vox composita est. Vt

310 ibi praedicem. Graece est ἴνα καὶ ἐκεῖ, 'vt et ibi', consentientibus et antiquis exemplaribus [B] nostris. [A] Et in hoc. Apertius erat 'ad hoc' siue 'hac gratia', εἰς τοῦτο.

[39] Et in omni Galilaea. *Et* non est Graecis, sed 'in synagogis illorum per totam Galilaeam'.

315 [40] Si vis. Hoc loco interpres recte omisit ὅτι; quod cum alicubi faciat, mirandum cur non idem perpetuo faciat, quoties sermonis exigit ratio.

[41] Volo, mundare. *Mundare* hic passium est, imperandi modo: θέλω, καθάρισθητι, quemadmodum est in Matthaeo.

320 [43] Et comminatus est. Καὶ ἐμβρυμησάμενος αὐτῷ εὐθέως ἐξέβαλεν, id est: 'comminatus ei statim eiecit', hoc est: 'acriter interminatus, necubi proferret'. Et eiecit, dixit pro 'ablegauit' siue quod celeriter siue quod inuitum.

325 [44] Vide nemini. "Ὁρα μηδενί, id est: 'vide ne cui'. Ostende te. 'Ἐαυτὸν δεῖξον, id est: 'teipsum ostende'. Quanquam interpres huiusmodi composita pronomina plerunque vertit per simplicia. [B] Et quod in nostris codicibus legitur, principi sacerdotum, apud Graecos est τῷ ἱερεῖ, nisi [D] forte [B] id efficit articulus, vt de summo sacerdote dictum accipiatur.

270-271 epitasin B-E: epithesin A.

285 toties B-E: totiens A.

294 ipsum B-E: se A.

301-302 multa adhuc nocte C-E: crepusculo admodum A B.

303 omnes LB *Nov. Test.*: omnis A-E BAS.

305 In proximos ... adhaerentes. *inter* 308 composita est *et* Vt *posuit* A.

307 quidam B-E: quidem A.

318 ἐμβρυμησάμενος A-D: ἐμβρυμησάμενος E.

266-274 *Quid nam ... imperat Nov. Test.*: "Quid est hoc? Quae doctrina noua haec? Quia cum autoritate (A: "in potestate") etiam spiritibus immundis imperat".

270-271 *epitasin* V. supra, p. 46, introd., §9.

275-280 *processit ... finitimam Nov. Test.*: "Emanauit autem fama eius statim in totam vndique regionem Galilaeae finitimam".

276 *alicubi ... opinio Mt.* 4, 24; cf. supra, pp. 130 and 367, l. 511 and n.l. 905.

281 *decumbebat* The reading of *Nov. Test.*

285-287 *Apprehensa ... dimisit Nov. Test.*: "apprehensa manu eius, et reliquit eam febris ilico".

287 *dicto 'vale'* A variant reading of *Ov. Trist.* I, 3, 57: "'vale' dicto"; cf. infra, p. 392, l. 79 and p. 558, l. 33 sq.

289 *ciuitas tota* The reading of *Nov. Test.*

291-292 *male habentes ... variis morbis* The reading of *Nov. Test.*

294 *quod ... esse Nov. Test. A*: "quoniam nouerant illum"; B-E: "quod ipsum nossent".

296 *Theophylacto Enarr. in Mc.* I, 32-34, Migne

PG 123, 505 C: ἦδεισαν αὐτόν, but Oecolampadius translates, f° 53 v°: "quod nossent ipsum Christum esse".

301-302 *et mane ... nocte* The reading of *Nov. Test.*

303 *Dixerunt ... quia omnes Nov. Test.*: "dicunt ei: Omnes te quaerunt". "Ὅτι here introduces direct speech; cf. supra, p. 110, n.l. 41-43.

308-309 *Vt ibi* Modern editions of *Vg.* read: "vt et ibi", like *Nov. Test.*

312-313 *Et in ... Galilaeam Nov. Test.*: "in synagogis eorum, et in tota Galilaea".

317 *Matthaeo Mt.* 8, 2.

318 ἐμβρυμησάμενος The reading of A-D; ἐμβρυμησάμενος, the reading of E, is a spelling mistake, probably under the influence of iotacism. Cf. supra, p. 201, n.l. 221.

319 *comminatus ... eiecit* The reading of *Nov. Test. A*; B-E: "emisit".

321-324 *Vide ... sacerdotum Nov. Test.*: "vide ne cui ... teipsum ostende principi sacerdotum".

[45] [A] Coepit praedicare. Graeci addunt πολλά, id est 'multum' siue 'multa'. Diffamare. Διαφημίζειν Graece non sonat in malam partem. Verti poterat 'spargere' seu 'diuulgare'. [B] Ita vt non posset iam. Ex Graecis verbis apparet de mundato dictum. Proinde ne quid hic haereret lector, pro αὐτόν subiecimus *Iesus*, hoc est nomen pro pronomine. Ne quis hoc vt temere factum statim corrigat. [A] In desertis locis esse. 'Erat' Graece est, non *esse*, ἦν. Et conueniebant. Καὶ ἤρχοντο, id est: 'et veniebant'.

EX CAPITE SECVNDO

LB 158 | [1] Post dies. Δι' ἡμερῶν, id est 'per dies'. Nec addendum est 'octo', quod
335 in quibusdam habetur codicibus Latinis. Certe in Paulino habebatur 'post dies', in Corsendoncensi recenti manu additum erat 'octo'. Sed lucidius erat 'diebus aliquot' siue 'post dies aliquot'. Nam 'post dies' Latine nihil significat.

[2] Et conuenerunt. Καὶ εὐθέως συνήχθησαν, id est: 'confestim conuenerunt' siue 'collecti sunt'. Nec ad ianuam. Graeca sic habent: ὥστε μηκέτι
340 χωρεῖν μηδὲ τὰ πρὸς τὴν θύραν, id est: 'ita vt iam non caperent, ne ea quidem quae erant iuxta ianuam', vt intelligas domum adeo fuisse refertam, vt ne vestibulum quidem et partes ostio vicinae caperent turbam. Aureus codex habebat 'non caperet', itidem Constantiensis, denique meus vetustae typographiae, vt *caperet* verbum pertineat ad domum sitque gemina negatio: nec domus capiebat
345 nec loca vicina ianuae, hoc est vestibulum.

[3] Et venerunt. Καὶ ἔρχονται, id est 'veniunt'.

[4] Nudauerunt tectum. Ἀπεστέγασαν τὴν στέγην, id est: 'detexerunt tectum'. Est enim προσονομασία, quasi dicas: 'detegulauerunt tegulas'. Et patefacientes. Καὶ ἐξορύξαντες, id est: 'cum effodissent', vt intelligamus etiam
350 superne perfodi tecta. Submiserunt. Χαλῶσι, id est 'demittunt', proprie funibus, quemadmodum demittitur ancora, aut saxum e sublimi. In quo paralyticus iacebat. Κατέκειτο, id est 'decumbebat', quod paulo ante deprauatum erat 'recumbebat'.

[7] Quid hic sic loquitur, blasphemat. Graece est 'blasphemas',
355 βλασφημίας, 'loquitur blasphemias'. Nisi solus Deus. Εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός, id est: 'nisi vnus, qui est Deus'.

[9] Dimittuntur. Ἀφέωνται, id est 'remittuntur' siue 'remissa sunt'. Nam videtur esse praeteritum Atticum pro ἀφεῖνται. Thema actiuum est ἀφέωκα, passiuum ἀφεώνται. Ita tradit Herodianus. Fortassis interpres legit ἀφέονται per o
360 micron, vt deducatur a verbo ἔω, vnde ἔημι, vt nos superiore editione poneremus *remittantur*; in causa fuit quidam insigniter Graece doctus, ad haec non mediocri vir autoritate, qui consultus super hoc loco iussit, vt suo periculo verterem *remittantur*. Obsequutus sum, et falsus. Id quum mihi non semel acciderit, tamen audio pertinax et nulli cedens.

- sit sensus lucidius *A*.
- 340 $\mu\eta\delta\acute{\epsilon}$ *scripsi*: $\mu\eta\delta\acute{\epsilon}$ *A–E LB BAS*.
- 342–346 turbam ... Et venerunt *D E*: turbam. Et venerunt) *A B*, turbam. Aureus codex habebat non caperet quod Graece sit $\chi\omega\rho\epsilon\acute{\iota}$ singularis numeri. Et venerunt.) *C*.
- 326–328 *Coepit ... posset iam Nov. Test.*: “coepit praedicare multa et diuulgare sermonem, ita vt iam non posset (*B–E*: “Jesus”) manifeste introire in ciuitatem”.
- 331–332 *Erat ... veniebant Cf. Valla, Annot., Garin, I, p. 824, col. 1*: “Melius in quibusdam codicibus legitur ‘esset’ siue ‘erat’, $\eta\acute{\nu}$ ”. *Nov. Test. A*: “erat, et conueniebant”; *B–E*: “erat, et veniebant”.
- 334–337 *Post dies ... significat Cf. Valla, Annot., Garin, I, p. 824, col. 1*: “Non ‘post dies’ legendum est, sed ‘per dies’, $\delta\iota\prime\ \eta\mu\epsilon\rho\acute{\omega}\nu$ ”. *Nov. Test. A*: “post dies”; *B–E*: “post dies aliquot”.
- 338–341 *Et conuenerunt ... ianuam* This is a variation by Er. on Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 824, col. 1: “Deest ‘statim’. Nam dicitur ‘et statim conuenerunt ... dicitur enim ‘ita, vt iam non caperent, non ea quidem quae ad ianuam erant’, id est ‘ne ea quidem loca’”. *Nov. Test.*: “adeo vt iam non (*A*: “vt non”) caperent eos, nec illa loca quae erant (*A*: “sunt”) circa ianuam”.
- 346 *ueniunt* The reading of *Nov. Test. A* and *C–E* (*B*: “uenient”).
- 348 $\pi\rho\omicron\sigma\omicron\nu\omicron\mu\omicron\sigma\iota\alpha$ V. supra, p. 47, introd., §9.
- 350–355 *demitunt, decumbebat* and *loquitur blasphemias* The readings in *Nov. Test.* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 824, col. 1: “‘Blasphemias’ legendum est, $\beta\lambda\alpha\sigma\phi\eta\mu\acute{\iota}\alpha\varsigma$ ”.
- 357 *Dimittuntur* The reading of *Vg.* and *Nov. Test. A*; *Nov. Test. B–D*: “remittantur”, *E*: “remittuntur”.
- 357–364 *Dimittuntur ... cedens* In 1527 Er. replaced the explanation ‘dimittantur’ with ‘remittantur’ in line with his translation of *Mt.* 6, 12, which had been criticised from 1516 onwards (cf. supra, p. 157 sq., l. 125 sqq.). The extension from 1535 serves to justify this replacement which was prompted by criticism; “nulli cedens” refers to the motto ‘Cedo nulli’, which was inscribed on an ancient gem that Er. had received from his pupil Alexander Stewart in 1509 and had copied on his seal (an Erasmus medal by Quentin Matsys from 1519 carries the inscription ‘Concedo nulli’). To Alfonso Valdes’ question (Ep. 1907, ll. 54–56) what this inscription meant Er. wrote in Ep. 2018 (1 Aug. 1528, also in *LB X*, 1757 B – 1760 A), that it was not a mark of arrogance; whoever knew him would accord to him exactly the opposite quality; these were the words of Terminus, who was pictured alongside the inscription (cf. Liv. I, 55: the temple of Terminus cannot be torn down to allow the building of the temple of Jupiter on the Capitol), which Er. interpreted not only as a boundary-mark, but more as a reference to death: “Mors enim vere terminus est, qui nulli cedere nouit”. A less flattering interpretation, offered by the Franciscan Luis de Carvajal, *Apologia vitae monasticae diluens nugas Erasmi*, f° 9 v° (Salamanca, 1528), only became known to Er. when the second edition appeared (Paris, 1529); he defended himself against it in *Resp. adu. febricit. lib.*, *LB X*, 1676 F – 1677 B. Cf. Edgar Wind, *Aenigma Termini*, in *Journal of the Warburg Institute*, 1 (1937–38), p. 66 sqq., N. van der Blom, *Erasmus en Terminus*, in *Hermeneus*, 28, 1956–1957, pp. 153–58, and Rummel, *Catholic Critics*, 2, p. 101.
- 357–358 $\text{\AA}\phi\acute{\epsilon}\omega\nu\tau\alpha\iota$... $\acute{\alpha}\phi\epsilon\acute{\iota}\nu\tau\alpha\iota$ Cf. Budé, who in *Commentarii linguae Graecae, Omnia opera*, p. 100, l. 7, writes: “ $\text{\AA}\phi\acute{\epsilon}\omega\nu\tau\alpha\iota$ $\acute{\alpha}\nu\tau\iota$ τοῦ $\acute{\alpha}\phi\epsilon\acute{\iota}\nu\tau\alpha\iota$ Atticum est”, and subsequently quotes Herodianus.
- 359 *Herodianus* Herodianus Technicus, Lentz, 2 (Leipzig, 1868), p. 236.
- 361–362 *quidam ... auctoritate* This creates the impression that Er. consulted Budé, although this cannot be derived from the correspondence. If this was indeed the case, then the manner in which Er. refers to him here in 1535 may be explained by the definitive rupture between them in 1528; after all, Er. also omitted a lengthy eulogy to Budé included in all previous editions in *Annot. in Lc.* 1, 4, “Eruditus es veritatem” (v. infra, p. 450 sqq., app. crit. ad ll. 238–241).
- 364 *audio* ‘I am called’.

365 [12] Vt mirarentur. Plus dixit Graecus sermo: ὥστε ἐξίστασθαι, id est: 'vt
essent attoniti et velut extra se'. Nam ab hoc verbo dicta ecstasis, quae est raptus
LB 159 mentis. | Honorificarent. Δοξάζειν, id est 'glorificarent'.

[14] Leui Alphaei. Τὸν τοῦ Ἀλφαίου, id est 'Alphaei filium'. Ad telo-
neum. Graecam vocem reliquit, τελώνιον, quae mensa est aut locus publicano-
370 rum, vbi colligunt vectigal, quod Graece τέλος dicitur.

[16] Videntes quia manducaret. Ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα, id est: 'cum
vidissent eum edentem'. [D] Mirum quur hic placuerit soloecismus, quum Grae-
cus sermo non praebuerit occasionem. [A] Quare. Τί ἔτι, id est: 'quid quod', id
est: 'quid est quod'. Magister vester. Laurentius negat haec addita in exem-
375 plaribus quibus est vsus. In nonnullis tamen addita comperi, tametsi Theophyl-
lactus non addit. [D] In Constantiensi fuit erasum.

[17] [A] Non necesse habent. Οὐ χρεῖαν ἔχουσι, id est: 'non opus habent'.
Sani. Ἰσχύοντες, id est 'valentes' siue 'qui valent'. Vocare iustos. Graeci
addunt εἰς μετάνοιαν, id est 'ad poenitentiam'. Quanquam id suspicor adiectum
380 a quopiam. Nam nec in antiquissimis codicibus nostris reperitur, nec in Constan-
tiensi nec in meo vetustae typographiae, etiamsi apud Theophylactum additum
est.

[18] Et Pharisaei. Quidam Graecus codex habebat καὶ οἱ τῶν Φαρισαίων, id
est 'et Pharisaeorum', vt subaudias 'discipuli', quemadmodum est item paulo
385 post; nisi mauis 'ii qui sunt ex Pharisaeis', hoc est 'e factione Pharisaeica'.

[19] Nunquid possunt. Μὴ δύνανται, id est: 'num possunt'. Filii nup-
tiarum. Graeca nonnihil dissonant, οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ'
αὐτῶν ἐστίν, νηστεύειν, id est: 'filii thalami [D] nuptialis, [A] in quo sponsus cum
eis est, ieiunare'. Νυμφῶν enim nuptiale cubiculum significat, interprete Suida.
390 Deinde continenter ipse sibi respondet: ὅσον χρόνον μετ' αὐτῶν ἔχουσι τὸν
νυμφίον, οὐ δύνανται νηστεύειν, id est: 'quanto tempore secum habent sponsum,
non possunt ieiunare'.

[21] Assumentum. Ἐπίβλημα, quod ante verterat *commissuram*, [D] vt
Matthaei nono et Lucae quinto, [A] ad verbum sonat immissuram. Dilucide
395 tamen vertit interpretes. Panni rudis. Πάκους ἀγνάφου, id est 'panni nondum a
fullone curati'. Nam hunc rudem vocat interpretes. Siquidem γναφεύς fullonem
significat. Aufert supplementum nouum. Graecus addit 'eius', vt subau-
dias 'vestis'. Quod hic vertit *supplementum*, alias verterat *plenitudinem*, πλήρωμα,
[D] vt Matthaei nono. [A] Sic autem vocat eam panni particulam qua vestis
400 lacera sarcitur et expletur. Multa prudens praetereo, quod de his iam dictum sit
in Matthaeo.

LB 160 | [22] [B] Vinum nouum in vtres nouos. Graecis non est eadem προσο-
νομασία, cum illis habeatur νέον et καινούς. Quorum prius illud aptius dicitur de
iis quae sentiunt aetatem.

405 [23] [A] Coeperunt progredi. ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ὁδὸν ποιεῖν, id
est: 'coeperunt discipuli eius iter facere'. Nam quod Graecus habet sermo,
ἤρξαντο – id est 'coeperunt' –, hoc interpretes retulit ad personam; veluti cum dici-

410 tur ἄρχεσθαι λέγειν, non qui initium dicendi facit, cum ante tacuisset, sed qui primus et ante alios incipit verba facere, et ob id vertit *progre*di. Nimirum offensus absurditate sermonis, quod cum paulo ante dictum esset Iesum iter fecisse per segetes, nunc idem subiiciat de discipulis, quod coepissent iter ingredi. [B] Verum hic nec initium itineris significatur nec ordo ingredientium, sed vellendi initium. Iam enim inter eundem coeperunt vellere spicas. [A] Et vellere spicas. Τίλλοντες, id est 'vellentes' siue 'vellendo'.

415 [24] Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis. Vt paulo superius non addebatur *magister vester*, ita hic non additur apud Graecos *discipuli tui*. Quorsum enim attinebat eos nominare, cum digito illos ostenderent, *ecce?*

767-790 *Tabita ... communis* Er. here introduced considerable alterations in his text (v. app. crit.), first in 1519, then in 1527. Criticism from Lee and Stun. is apparent from *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 249 F-250 A, and *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun., ASD IX*, 2, p. 112 sqq.; Stun. based his argument on Nebrija, *Tertia quinquagena* (Alcalá de Henares, 1516), cap. 45: "Talitha et tabitha", a work which Er. writes in *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun., ASD IX*, 2, p. 114, ll. 103-104, he has not seen. Moreover, Nebrija expressed in early 1522 criticism of Johann Reuchlin (Capnion, mentioned by Er. in *A*; cf. app. crit.), *De verbo mirifico*, II, f^o c^o v^o - di v^o

(Basel, 1494), and the 1516 version of *Annot.*, in which Er. follows Reuchlin, in *Aelius Antonius Nebrissensis Regius Historiographus in Reuclinum Phorcensem et Erasmum Roterdanum, quod de talita in Euangelio Marci et de tabita in Luca non bene senserunt*. This work never appeared in print, probably due to Nebrija's death in June 1522, but was found in an 18th-century manuscript in the Kongelige Bibliotek in Copenhagen (Ny kgl samling 18, 2.°), mentioned by P.O. Kristeller in *Iter Italicum*, 3 (London-Leiden, 1983), p. 185, and published by Carlos Gilly in *Una obra de Nebrija contra Erasmo y Reuchlin, in El Erasmismo en España* (Santander, 1986), p. 195 sqq.; Nebrija writes of Er. (Gilly, p. 212 sq.): "Sed Erasmus in *Annotacionibus* suis, tractans illud ex Euangelio Marci *talita cumi*, non exstricat se, sed dicit in Graeco legi *talita per lambda* et incertum esse an puellae nomen proprium quemadmodum mulieris illius Ioppidis quam Petrus Apostolus suscitauit, an [t]abita sit legendum, quod significat respice siue attolle oculos. Multos errores in vno verbo Erasmus admittit: Primum quod legit *tabita* pro *talita*; secundum quod putat proprium esse nomen, cum sit appellatiuum; tertium quod legit *tabita* pro *abiti*: In quo aut Reuclinus sequitur aut illum Reuclinus, nam incertum habeo vter ab altero hunc errorem acceperit. In hoc tamen Erasmus tolerabilior quam Reuclinus, qui ex nomine *tabita* facit verbum *abiti* ... Sed Erasmus in eodem luto semper haeret et ab errore semel incaepo nunquam discedit: Hoc et in Euangelii interpretatione, et in *Annotacionibus* suis; hoc etiam in octauo [Gilly: "sic"] tomo cum Hieronymi Hebraicorum nominum interpretationem recenset". Er. alludes to this in *Ep.* 1431, l. 28 sq.: "<Ne>brissen<sem> iudicasset candidiorem. Et tamen ibi nihil est quod ad me pertinet, et rixa est de lana caprina". Cf. Rummel, *Catholic Critics*, I, p. 154 sq., and Graham, p. 50.

767 *Tabita ... Talitha Nov. Test.*: ταλιθά, κοῦμι; *A* and *B*: "Tabitha", *C-E*: "Talitha".

771 *Hieronymus Epist.* 57, 7, *CSEL* 54, p. 512: "Legimus in Marco dicentem Dominum:

Marcus ipse, qui sine controuersia Graece scripsit Euangelium, nobis interpreta-
 tur: *puella surge*. Diuus Hieronymus in libello quo colligit voces Hebraicas Euan-
 775 geliorum, admonet hunc sermonem *Thabita cumi* – sic enim illic scribitur, cor-
 rupte, vt arbitror – Syrum esse, non Hebraicum. תַּבִּיטָא Syriace puella significat.
 At idem in libro De optimo genere interpretandi fatetur Hebraeum esse; *Argua-*
tur, inquit, *euangelista mendacii, quare addiderit 'tibi dico', cum in Hebraeo tan-*
 780 *tum sit 'puella surge'*, nisi forte quod Chaldaicum aut Syriacum sit, id Hebraeum
 dici possit, non contra, quod Chaldaeorum aut Syrorum sermo nihil aliud sit
 quam Hebraeus, non eodem modo deprauatus, exceptis paucis vocibus, quas, vt
 fit, aliunde sibi ascuerunt. Nisi probabilius videtur Hebraeos, posteaquam in
 Syriam demigrarant, illius gentis linguam didicisse atque ea lingua libros sacros
 qui interciderant, per Esdram fuisse restitutos. Porro sermonem vulgarem nun-
 785 quam diutius eundem esse vel in quauis huius aetatis lingua perspicuum esse
 potest. Tanta est rerum humanarum volubilitas. Neque vero mihi dissimile veri
 est Christum populari sermone vsum qui tum promiscuae multitudini erat in
 vsu, praesertim cum apud populum verba faceret. Qui profitentur hoc literarum
 genus, aiunt: 'Talitha', quemadmodum magno consensu legimus in Graecis codi-
 790 cibus Chaldaeis sonare puellam. Et fieri potest, vt vox sit vtrisque communis.

[A]

EX CAPITE SEXTO

[3] Faber filius Mariae. Antiqui codices [B] aliquot [A] habent 'fabri filius
 et Mariae', suffragantibus et Graecis: ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας. Verum in
 aliis erat scriptum: Οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τέκτων ὁ υἱὸς Μαρίας; Id est: 'Nonne hic
 795 est faber ille filius Mariae?' Atque hanc quoque scripturam reperimus in vetustis
 Latinorum exemplaribus, [B] nominatim in Corsendoncensi. [A] Deinde anno-
 tandum est Graecum articulum vtrouique esse appositum, ὁ τέκτων ὁ υἱός, id est
 'ille faber, ille filius Mariae'. Praeterea vel ex hoc loco licet colligere nihil referre
 'Mariam' dicas more Hebraeorum an 'Maria' more Graecorum; qua de re multis
 800 verbis disceptat Valla. Postremo notandum et hoc, apud Matthaeum non fabrum
 vocari Christum, sed fabri filium. Hinc accipimus illum et patris sui legalis exer-
 cuisse artem. Cur enim hoc recusasset nostra causa Dei Filius, qui ne crucem qui-
 dem recusauit, neque Paulum tantum videlicet apostolum puduit opera manua-
 ria parare, quo victitaret. Quanquam non inficior in Graecis verbis facillimum
 805 esse lapsum in τέκτονος υἱός et τέκτων ὁ υἱός, nisi quod parum apte adhaeret
 Mariae. [E] Proinde curatum est a Spiritu Sancto, ne multa proderentur literis de
 rebus externis Domini Iesu, veluti de forma habituque corporis, de cibis ac vesti-
 bus, ne mentibus hominum ad superstitionem pronis daretur occasio; quando-
 quidem ex hoc quod euangelistae tradunt Iesum fuisse fabri filium ac fabrum
 810 ipsum, exortum est genus hominum qui Iesuitae vocari volunt, quod in monas-
 teriis fabrilem artem exercent, malleumque gerunt pro insigni, quum incertum
 sit quod genus fabricae exercuerit Ioseph ac Dominus. Sunt enim fabri aurarii,
 argentarii, aerarii, ferrarii, lignarii et lapidarii. Miror non extitisse qui gerant

815
LB 172

intonsum capillitium aut qui summam tunicam gestent inconsutilem. Ad harum rerum imitationem non inuitavit nos Dominus, in quibus ipse se gessit vt vnum quemlibet e numero multitudinis, nec hinc Iesuitae dici meremur; sed si auscultemus illi dicenti: *Discite a me, quod mitis sum, et humilis corde, et inuenietis requiem animabus vestris*. Qui gratis docent euangelium, qui pro conuiciis et

animal תָּבִיטָא. Quin Hebraeis sonat respice siue attolle oculos, vt possint esse duae voces Hebraicae, תָּבִיטָא attolle oculos, קִימָא surge, nisi Marcus ipse, qui sine controuersia Graece scripsit Euangelium, fuisset interpretatus puella surge. Diuus Hieronymus (774)

'talitha cumi' statimque subiunctum: 'quod interpretatur: puella, tibi dico, surge'. Arguite euangelistam mendacii, quare addiderit 'tibi dico', cum in Hebraeo tantummodo sit 'puella surge'; sed vt ἐμφοτικώτερον faceret et sensum vocantis et imperantis exprimeret, addidit 'tibi dico'".

774 *Hieronymus Interpret. Hebr. nom., Mc., CCSL 72, p. 139*: "Talithacumi puella surge. Syrum est".

800 *Valla V. supra p. 73, n.l. 151.*

800 *Matthaeum Mt. 13, 55.*

801 *patris sui legalis* The reading in *E* instead of "vitricus" in *B-D* as a result of criticism in the 'Valladolid Articles'. Cf. *Apolog. adv. mon. hisp., LB IX, 1049 AB, Rummel, Valladolid Articles, p. 75, and Catholic Critics, 2, p. 98, and Homza, p. 96.*

810-811 *genus ... Iesuitae ... insigne* I do not know who are referred to. The term 'Iesuitae' has already been known since Ludolf von Sachsen (* c. 1300, † 1378), *Vita Iesu Christi, Pars I, cap. 10* (1326; Venetiis, 1568, f° 32): "Sicut enim hic per gratiam baptismalem a Christo dicuntur Christiani, sic in coelesti gloria ab ipso Iesu dicemur Iesuitae, id est a Salvatore saluati". Godscalc Rosemond (cf. supra, p. 13, introd., §4, n. 81) used the term in the sense of 'bigot', 'zealot', in *Confessionale, Antverpiae, 1519* (first edition perhaps 1518), f° 12a: "quorundam derisorum ... qui dicerent me esse pharisaeum, iesuitam, hypocritam, beginam". The term cannot refer to two orders that carry this surname. It was used as a name of honour for the order of the Jesuates, Societas Iesu Christi, that was founded in Siena by Giovanni Colombini c. 1360 and had monasteries in Northern Italy and Toulouse in the 16th century. They wore a white toga with a quadrangular cappuccio and a brown cape; they were cha-

... 775 Thabita cumi, Syrum esse non Hebraicum. 777 At idem ... 786 potest. Tanta (*B^c C*: Tantum *B*) est ... communis. *B C*.

800 *Matthaeum C D E*: Marcum *A-C*.

801 *patris sui legalis E*: vitrici sui *A-D*.

racterised by austere penance and by their nursing of the sick and burial of the deceased, often invoking the name of Jesus (their steady salute was: Evviva Gesù). They made glassware, clocks and medicines. It cannot refer either to the Societas Iesu that came into being on 15 August 1534, during a mass in the chapel of St. Denis on Montmartre: seven men took the vow to go on pilgrimage to Jerusalem, to devote their lives to the care of the salvation of their fellow creatures and to adopt Ignatius' manner of life, evagelical (absolute) poverty. But they allowed themselves three years to complete their theological studies and in the meantime not to change their outward way of living. They did not adopt the name 'Iesuitae' themselves; it was given to them when they came into Germany, probably not only by the association with their name, but also as a nickname. Cf. Canisius, *Epist.* (5 Feb. 1545, ed. Braunsberger, 1, p. 134): "inuidia simul et obrectatione, quae nobis etiam Iesuitae nomen dedit". G. Dufner, *Geschichte der Jesuiten*, Roma, 1975; M. Heimbucher, *Die Orden und Kongregationen der katholischen Kirche*, Paderborn, 1933-1934³, 1, p. 596 sq., and 2, p. 130 sqq.; André Ravier, *Ignace de Loyola fonde la Compagnie de Jésus*, Paris, 1973; *Zeitschrift für katholische Theologie*, 27 (1903), p. 174 sq. (N. Paulus, *Der Name Jesuit vor der Gründung der Gesellschaft Jesu*) and p. 378 sqq.; J. Daniëls, *De naam Jezuiet*, in *Studiën. Tijdschrift voor godsdienst, wetenschap and letteren*, N. R., vol. 45, 79 (1913), pp. 443-451; *LThK* 5, and *TRE* 16, s. vv. Jesuiten and Jesuiten.

817-818 *Discite ... vestris Mt. 11, 29* (*Vg.*: "quia" instead of "quod"; *Nov. Test.*: "sim" instead of "sum").

820 calumniis reponunt salutiferam doctrinam, pro malefactis beneficentiam, qui nusquam spectant ad emolumentum aut gloriam suam, sed proximorum commodum ac Dei gloriam in omnibus habent pro scopo, in hos magis competit Iesuitarum cognomen. [A] Et Ioseph. Ἰωσήφ – id est ‘Iose’ – legit Laurentius. Nonnulli codices habebant Ἰωσήτος, id est ‘Iosetis’ iuxta Graecam inflexionem, vt Crates, Cratetis, Chremes, Chremetis.

825 [4] Quia non est. *Quia* de suo addidit, cum nihil sit opus. Sine honore. Ἄτιμος, id est ‘inhonoratus’ siue ‘contemptus’. Cui contrarium est ἔντιμος siue τίμιος, id est ‘in pretio habitus’. Et in domo et in cognatione sua. Communissimum enim est patria, deinde cognatio, proximum domus ac familia. Deinde additur *et in cognatione sua*, καὶ ἐν τοῖς συγγενέσιν, id est ‘inter cognatos’.

830 [5] Nisi paucos infirmos. Latinitatis ratio postulabat, vt adderet ‘quod’: ‘nisi quod’. Deinde *infirmos* Graecis est ἀρρώστους, id est ‘aduersa valetudine laborantes’.

[7] Et conuocauit. Προσκαλεῖται, id est ‘aduocat’ siue ‘accersit’, praesentis temporis. Reclamabit aliquis forte morosulus, dum huiusmodi sectamur minutias: ‘cur potius aduocat quam conuocat?’ et ‘cur aduocat potius quam aduocauit?’ Cui totidem respondebo verbis: ‘cur conuocauit potius quam aduocauit?’ et ‘cur aduocauit magis quam aduocat?’ Quod [B] posterius, [A] vt elegantius est, ita scriptum ab euangelista. Βίνοσ. Δύο δύο. Eleganter expressit interpret Latinus, cum Graece sit ‘duos, duos’ – hoc est ‘per paria’ siue ‘per iuga’ –, vt intelligas omnes duodecim fuisse missos, sed sena iuga. Quandoquidem et Matthaeus recensens duodecim apostolorum nomina binos copulauit. [B] Potestatem spirituum immundorum. Quo vitaremus amphibologiam, vertimus ‘potestatem in spiritus immundos’. Nam potestas dicitur tum eius qui habet, tum eius rei cuius potentes sumus.

845 [9] [E] Calceatos sandaliis. Σανδάλιον Graecis est calciamenti genus, conueniens mulieribus, quod plantas pedum modo tuebatur ab iniuria, superne ansulis quibusdam aut funiculis alligatum. Ὑποδήματα vero, quae frequenter hic vertit *calciamenta*, inde nomen habent quod pedibus subligentur. Vnde probabile est euangelistas inter ὑποδήματα et sandalia nullum posuisse discrimen, praesertim quum hic vtrunque coniungat ὑποδεδεμένους σανδάλια. Caeterum quae hic Graeca voce sandalia dicuntur, in Actis, cap. 12., interpret vertit *caligas*, ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Veteres autem non nouerunt hoc caligarum genus quod nunc regit etiam ilia, sed erat et hoc calciamenti genus. Vnde Caio imperatori Caligulae cognomen militari ioco fuit additum et caliga Maximini castrensi ioco abiit in prouerbium, quod calceus illius argueret illi fuisse pedes supra iustam longitudinem. Autores Suetonius, Ausonius et Iulius Capitolinus. Postremo Plinius meminit de calceatu equorum, quibus tamen adduntur soleae tantum. Itaque meo iudicio frustra quidam hic disputant an sandalia calceorum nomine contineantur et an Christus vsus sit calceis, deque duplici calceamentorum genere, altero quod
860 gestatur in pedibus, altero quod gestatur in tergo, ex hoc colligentes Christum fuisse nudipedem, quod in conuiuio peccatrix vnixerit Iesu pedes et lachrymis

humectatos capillis suis exterserit. Probabile est Christum aliquando fuisse vsum calciamentis, aliquando non fuisse vsum, videlicet prout res praesens exigebat. Alioqui Baptista non pronuntiasset se indignum qui solueret corrigiam calceamentorum Iesu. Nec magnum erat olim in calidis regionibus incalceatum ingredi. Apud Horatium libri secundi Satyra vltima Nasidienus, qui iam accubuerat, dum parat redire ad culinam curaturus reliquum apparatus, *poscit soleas*. Et vt narrat Plinius iunior in epistola ad Tacitum, auunculus quum absque soleis studeret, conscensurus locum vnde prospici poterat Vesuuii montis incendium, *poscit soleas*. Apud Platonem autem in Conuiuio Aristodemus, ni fallor, admiratur Socratem soleatum ad Agathonis conuiuium accedere, positurum vtique in accubitu calceamenta. Et apud priscos aliter discumbebant in conuiuuis quam hodie discumbimus. Ad haec videtur id olim hospitalitatis fuisse, conuiuiae aut hospiti ante discubitu lauare pedes. Superest scrupulus de dissonantia Matthaei 10., apud quem Dominus vetat, ne ituri ad praedicandum euangelium gestent calciamenta, quum diuersum scribat Marcus. Ad hoc non absurde respondent quidam apostolos non fuisse prohibitos in pedibus gestare calceamenta, sed in sarcinis. Videmus et hodie morem esse, praesertim apud Hispanos, vt famulus hero gestet togam humero pulchre complicatam, si forte oborietur pluuia. Eoque non absurde Baptista pronunciat se indignum qui baiularet calceamenta Iesu. Verum simplicius est dicere Christum discipulis adhuc rudibus crasso more loquendi voluisse persuadere, vt absque sarcinulis et impedimentis aggredierentur praedicandi negocium, nec vlla de re solliciti, nisi vt annunciarent regnum coelorum. Nec puto Christo fuisse displiciturum, si quis apostolorum vel ob itineris

823 Nonnulli *B-E*: mei *A*.

827-829 habitus. Et in domo ... cognatos. Nisi

E: habitus. Et in cognatione sua. καὶ ἐν τοῖς συγγενέσιν. id est, Inter cognatos. Deinde

additur Et in domo sine familia sua. Communissimum ... familia. Nisi *A-D*.

841 nomina *B-E*: fuisse nomina *A*.

822 *Laurentius Valla, Annot.*, Garin, 1, p. 825, col. 2: "Iose scribendum est, non Ioseph. Ἰωσῆ", "Iose" is also the reading of *Nov. Test.*

825 *Quia* Cf. supra, p. 110, n.ll. 41-43.

826 *contemptus* The translation of *Nov. Test.* 827-829 *Et in domo ... cognatos Nov. Test.*: "et inter cognatos et in familia sua".

831 *nisi quod* The reading of *Nov. Test.*

833-838 *Et conuocauit ... euangelista* Cf. supra, p. 259, n.l. 650. *Nov. Test.*: "accersit". *Mt.* 7, 14 (*Vg.*): "aduocans" (*Nov. Test.*: "cum aduocasset").

840 *Matthaeus Mt.* 10, 2 sqq.

842-843 *potestatem ... immundos Nov. Test. A* has the same text as *Vg.*; *B-E*: "potestatem aduersus spiritus immundos".

851 *Actis Act.* 12, 8.

852-853 *Veteres ... genus* Cf. supra, p. 301, n.ll. 713-714.

856 *Suetonius Cal.* 9: "Caligulae cognomen castrensi ioco traxit".

856 *Ausonius De XII Caesaribus*, monostichon 2, 4, and tetrastichon 4.

856 *Iulius Capitolinus Vita Maximini*, 28, 9: "Nam cum esset Maximinus pedum, vt diximus, octo et prope semis, calciamentum eius, id est campagum regium, quidam in luco qui est inter Aquileiam et Arziam, posuerunt, quod constat pede maius fuisse hominis vestigio atque mensura. Vnde etiam vulgo tractum est, cum de longis atque inepitis hominibus diceretur: caliga Maximini"; cf. *Adag.* 21, *ASD* II, 1, p. 132, l. 701 sqq.

856 *Plinius Nat.* XXX, 9, 23, 80.

866 *Horatium Sat.* II, 8, 75 sqq.

868 *Plinius Epist.* VI, 16, 5.

870 *Platonem Symp.* 174 A.

874 *Matthaei Mt.* 10, 10.

885 asperitatem vel ob pedem offensus vsus fuisset calceis. Eodem sensu vetuit, ne quem salutarent in via, per hyperbolen summum studium accelerandi negotii significans. Sic 4. Reg. 4. Helizeus mittens famulum cum baculo suo vetat, ne quem obuium salutet, non hoc sentiens, ne cui dicat: 'salue', sed vt quam maxime properaret. Itaque haec ad literam vrgere tendit ad superstitionem. Paulus, ille insignis euangelii praeco, 2. Tim. 4. iubet sibi remitti penulam Troade relictam, praeterea libros praesertim in membranis descriptos. Hoc plus est quam habere calceamenta mutatoria. Non est igitur euangelicae perfectionis Christum in externis anxie exprimere. Non venit in mundum, vt doceret nos quomodo oporteat calcari aut vestiri. Simili studio quo Christum faciunt nudipedem, 895 faciunt et mendicum. Paupertas conuenit Christo, mendicitas derogat illius dignitati. Mendicitatem enim nulla res excusat nisi ineuitabilis necessitas. Eoque pontificum constitutionibus cautum est, ne quis ad presbyteri gradum recipiatur, nisi paratum sit vnde viuat. Quam ob rem? Ne per inopiam adigantur ad mendicitatem, quae derogat sacerdotis dignitati. Stulta vero constitutio, si mendicitas 900 est pars euangelicae perfectionis. Paulus apud Corinthios ne mendicaret, non dico ostiatim, in diuersoriis et in nauibus, sed ne quid peteret a quoquam, noctu consuit pelles in vsum tabernaculorum. Christus in egenos erat benignus – tantum abest, vt ipse mendicaret – ac interdum mittit apostolos, vt emant cibum. Nec dissimile veri est Dominum ex bonis paternis ac maternis aut etiam ex opificio nonnihil habuisse suum. Alioqui quomodo legitur a Nazareth commigrasse Capharnaum ibique habuisse domicilium, si nec domum habuit nec suppellectilem? Quin et illud probabile est, Christum fuisse mundo honestoque amictu. Alioqui milites non fuissent inter se partiti laceros pannos. Porro quod sponte dabatur ab amicis opulentis aut piis mulieribus, multum abest a mendicitate. Nec 910 vrget quod ipse dicit Filium hominis non habere vbi caput suum reclinet. Siquidem hic sermo non proprie pertinet ad inopiam, sed ad omnia in quibus hominum mundo deditorum animus conquiescit. Hoc autem in affectibus situm est, non in rebus externis. Affectus autem gloriae periculosior est quam affectus diuitiarum. Quid sequantur qui hoc ipso videri volunt homines apostolici et euangelicae perfectionis, quod priuatim ac publice mendicent, ipsi viderint. Certe nusquam legimus Dominum mendicasse; quod enim adferunt de Samaritana, friuolum est. Sic potuisset quiuis rex mendicare. Nec tamen constat Dominum bibisse, sed quaesiuit occasionem insinuandi mulierculae quis esset. Nec vsquam legimus apostolos mendicasse nec, vt id facerent, vnquam a Domino iussos. Ne 920 paupertas quidem per se virtus est, quemadmodum nec opulentia vitium. Est autem duplex paupertas; altera quae suppeditat frugalem victum, nihil habens superflui – huic pulchre conuenit cum euangelica philosophia –; est altera quae vrget ac premit ac frequenter ad grauiora scelera sollicitat quam diuitiae. Proinde Solomon vtrunque pariter deprecatur, diuitias quia nonnunquam gignunt 925 obliuionem Dei, paupertatem quia sollicitat ad furandum et ad peierandum nomen Dei, quod vtique blasphemiae genus est. Verum ad multa alia pertrahit inopia quae non commemorat Salomon, ad sacrilegia, ad veneficia, ad lenocinia,

ad latrocinia, ad parricidia. Laudandi igitur qui diuitiis sine fraude quaesitis recte vtuntur, et laudandi sunt qui paupertatem adactam patienter alacriterque ferunt. Nec vituperandos arbitror qui spontaneam paupertatem amplectuntur, modo ea
 930
 LB 174
 conducat ad parandum ac propagandum regnum Dei, reiicienda, | si officiat. Sunt item qui nolunt Christum exercuisse paternum opificium, quod tales operae retrahant intentionem mentis ab iis quae propius faciunt ad regnum Dei, velut a studio theologiae, a contemplatione rerum coelestium, a pure orando.
 935
 Verum ab hoc impedimento nihil erat periculi Christo, nec Paulum auocauit ab euangelii negotio quod consuit coria. Fateor tamen illis recte concedi otium qui sese toto pectore parant ad praedicandum verbum Dei. Verum an hoc otium mereantur qui nihil aliud quam canunt, aliorum esto iudicium. Apud veteres laicorum erat cantus, quae nunc summa sacerdotum est religio. Postremo sunt qui contendunt apostolos emisisse vota, videlicet illa tria substantialia. In cuius
 940
 manus? Haud dubium est quin in manus Christi abbatis omnium supremi. Vt nam ea potius studeamus aemulari in Christo quorum imitatio reddit beatos et quibus apostoli Dominum imitantes vere magni fuerunt et in quibus beatus Paulus profitetur se imitatore[m] Iesu Christi. Quid prodest non gestare aes in zona, si
 945
 gestes in linteolo aut si habeas penes receptores depositum? Quid autem magni est, si pro sandaliis habeas calceos superne fenestratos? Quantus porro numerus est eorum qui ideo profitentur paupertatem, vt effugiant paupertatem? Aut etiam vt accepta abbatia possideant opimas diuitias? Professio trium votorum non

885–886 *vetuit ... in via Lc. 10, 4.*

887 *Helizeus 2. Rg. 4, 29.*

889–890 *Paulus 2. Tim. 4, 13.*

895–896 *mendicitas ... necessitas* A barely veiled attack on the mendicant orders (Franciscans, Carmelites, Dominicans and Augustinians); cf. infra, p. 476, l. 824 sqq., *De pronunt.*, ASD I, 4, p. 30, ll. 527–528 and 539–542, *Coll.* (“Conuiuium religiosum”), ASD I, 3, p. 259, l. 885 sqq., and *Moria*, ASD IV, 3, p. 160, l. 533 sq., and 176, l. 850.

896–898 *Eoque ... viuat* Perhaps Er. means *Sexti decretalium* III, tit. 4, c. 1, *CIC*, Friedberg, 2, 1020: “Ad praesentationem religiosorum ... non debent in ecclesiis ipsorum rectores institui, nisi primo tantum eisdem assignetur, vnde incumbentia onera subire possint, et congrue sustentari; nec valet contraria consuetudo”.

898 *vnde I. q. ‘id a quo’*. Cf. supra, p. 43, introd., §8b.

900 *Paulus Act. 18, 3, 1. Thess. 2, 9, and 2. Thess. 3, 8; cf. 1 Cor. 4, 12.*

903 *mittit ... cibum* This can be concluded from *Ioh. 13, 29*.

905–906 *commigrasse ... domicilium Mt. 4, 13.*

908 *milites ... pannos Mt. 27, 35; Mc. 15, 24; Lc.*

23, 34, and *Ioh. 19, 23*.

908–909 *quod sponte ... mulieribus Lc. 8, 3.*

910 *Filium hominis ... reclinet Mt. 8, 20.*

916 *Samaritana Ioh. 4, 7*: “Dicit ei Iesus: Da mihi bibere”.

922 *euangelica philosophia* Cf. supra, p. 55, n.l. 22.

924 *Solomon Prv. 30, 8 sq.*: “Mendicitatem et diuitias ne dederis mihi; tribue tantum victui meo necessaria, Ne forte satiatu[s] illiciar ad negandum, et dicam: ‘Quis est Dominus?’ aut egestate compulsus furer et periurem nomen Dei mei”.

939 *religio* Cf. supra, p. 71, n.ll. 105–106.

940 *vota ... tria substantialia* Obedience, poverty and chastity (cf. *Mod. orandi Deum*, ASD V, 1, p. 156, l. 209); ‘substantialis’ has the meaning, among others, of ‘substantial’, ‘belonging to the essence’ or ‘substance’, since Tert. *De resurrectione carnis*, 45, 15, *CCSL* 2, p. 982; in Ambr. *Exameron*, I, 8, 28, *CSEL* 32, 1, p. 27 sq., it indicates the opposite of ‘accidens’ (Lewis-Short and Blaise, *chrétiens*, s.v.).

943–944 *Paulus 1. Cor. 11, 1.*

944 *non gestare aes in zona Mc. 6, 8; cf. Mt. 10, 9 and Lc. 9, 3.*

adfert perfectionem euangelicam, sed imitatio Christi. Sic enim audit adolescens
 950 qui iubetur vendere omnia et dare pauperibus et *veni, sequere me*. Paulus autem
 Corinthios hortatur, vt ipsum imitentur, quemadmodum ipse imitabatur Chris-
 tum. Sed in quibus? Hoc paulo ante expressit. *Vsque in hanc horam, inquit, et*
esurimus, et sitimus, et nudi sumus, et colaphis caedimur, et instabiles sumus, et labo-
 955 *ramus operantes manibus nostris. Maledicimur et benedicimus, persecutionem pati-*
mur, et sustinemus, blasphemamur et obsecramus, tanquam purgamenta huius
mundi facti sumus omnium, propter ipsum usque adhuc. Similiter Petrus apostolus
 adhortans ad imitationem Christi non commemorat cibos, vestes aut pedes incal-
 ceatos. Sed quid? *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius; qui*
quum malediceretur, non remaledicebat; quum pateretur, non comminabatur etc.
 960 Sed hisce de rebus iam plus satis opinor. Est alter scrupulus de virga quam Domi-
 nus apud Matthaeum 10. et Lucam 9. vetat tolli, hic concedit. Augustinus vt ela-
 batur e quaestionis angustia, confugit ad allegoriam: vt accipiamus virgam prohi-
 bitam quae ad defensionem corporis gestatur a viatoribus, sed virgam potestatis
 viuendi ex Euangelio concessam. Hoc commentum eo valet, ne nihil responsum
 965 esse videatur. Atqui durum est, quum caetera simpliciter ac citra allegoriam acci-
 piantur, subito virgam accipere pro potestate euangelica. Deinde quid opus erat
 hoc sub aenigmate virgae concedere quod apertis verbis concessit, videlicet vt
 ederent ac biberent quae apud illos essent quibus annunciabant euangelium.
 Praestat igitur mea sententia tropum in omnibus accipere, vt intelligamus ista
 970 non simpliciter prohibita – alioqui nec hodie phas esset ecclesiasticis aliquid
 horum in via tollere –, sed Dominum voluisse suos apostolos in legatione euan-
 gelica liberos et expeditos esse ab omni sollicitudine quae torquet alios peregrina-
 tionem inituros. Prouident sibi de commeatu, armant se calceis ac vestibus aduer-
 sus iniuriam coeli, baculo aduersus vim hominum, instruunt se viatico, ne quid
 975 desit. Nimirum hoc est aes in zonis, commeatus in pera, calciamenta et altera
 tunica in sarcinis, et baculus ad pugnam apparatus. Sed conceduntur sandalia in
 pedibus, quia nec impediunt iter nec aliquid addunt sarcinae; conceditur et virga,
 non illa grauis quae gestatur ad pugnam, sed quae subleuat euntem et lassum
 recreat. Fortasse nec illud fuisset piaculum, si quis apostolorum forte habuisset
 980 aliquid nummularum in crumenula, sed ista Dominus apud Matthaeum prohi-
 bet possideri, hoc est: sollicita prouidentia parari tanquam ad euangelii praedica-
 tionem necessaria. Quemadmodum non violassent praeceptum Domini, si cui
 forte obuio dixissent: ‘aue’, nullo susceptae legationis dispendio. His igitur tropis
 animorum sollicitudo adimitur apostolis potius quam res ipsae interduntur.
 985 [II] [A] In testimonium illis. Addunt hoc loco Graeci codices, an recte
 nescio: Ἀμὴν λέγω ὑμῖν Ἀνεκτότερον ἔσται Σοδόμοις ἢ Γομόρροις ἐν ἡμέρᾳ κρι-
 σεως ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ, id est: ‘Amen dico vobis: Tolerabilius erit Sodomis aut
 Gomorris in die iudicii quam ciuitati illi’. Verum haud scio an id sit ex Matthaeo
 huc transscriptum. [D] Quod in Marco, qui fere consentit cum Matthaeo, nisi
 990 quod breuius narrat, frequentius accidit. [A] Quanquam consentiunt Graecorum
 exemplaria, [B] quae quidem mihi videre contigit.

[13] [A] Et vnguebant oleo. Hinc natum apparet quod hodie sacro oleo vnguntur periculose laborantes, non [B] perinde [A] vt reualescant atque vt tutius emigrent; cuius rei meminit et Iacobus.

995 [14] Et audiuit rex Herodes. Quidam Graeci codices addunt τὴν ἀκοήν Ἰησοῦ – id est ‘famam Iesu’ –, aliunde, ni fallor, ascriptum.

LB 175 | [20] Herodes autem metuebat. ‘Enim’ legunt Graeci, non *autem*, consentientibus et antiquis exemplaribus. Addidit autem paulo superius αὐτός, id est ‘ipse’, vt intelligeremus hunc eundem esse [D] qui Ioannem occidit et qui
1000 Christo male volebat, [A] diuersum ab eo sub quo fugit Dominus. Siquidem illi misere extincto successit Archelaus filius, cui post decem annos regno depulso successit frater Herodes iunior, cuius hic mentio, regno iam in tetrarchias diuiso, inter hunc Philippum et Lysaniam. Sic refert Eusebius in Ecclesiastica historia, libro primo, capite octauo, nono et decimo. Et custodiebat. Καὶ συνετήρει,
5 id est ‘conseruabat’ vel magis ‘obseruabat’. Id quod indicant ea quae mox subsequuntur.

[21] Herodes natalis sui. Ὅτε Ἡρώδης τοῖς γενεσίοις αὐτοῦ δεῖπνον ἐπότῃσεν, id est: ‘cum Herodes nataliciis suis coenam faceret’ siue ‘in nataliciis

986 ὑμῖν A D E: ἡμῖν B C.

988 Matthaeo A–D: Matt. E.

993 atque B–E: sed A.

1000–4 diuersum ... Et custodiebat E: diuersum a patre, et ab eo sub quo crucifixus fuit Christus. Et custodiebat A–C, diuersum ab

eo, sub quo fugit ... Archelaus filius, huic successit ... mentio. Sic refert Eusebius in Ecclesiastica histo. cap. 9. 10. et 11. Et custodiebat D.

7 αὐτοῦ B–E: αὐτοῦ A.

950 *veni, sequere me Mt. 19, 21, and Mc. 10, 21. 952–956 Vsque ... adhuc 1. Cor. 4, 11–13* (“Vsque ... facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc.”).

956–959 *Petrus ... comminabatur 1. Petr. 2, 11 sqq.; 1. Petr. 2, 22 sq.*, quoted in ll. 958–959, reads in modern versions of Vg.: “Qui peccatum ... non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur”.

961 *Matthaeum Mt. 10, 10.*

961 *Lucam Lc. 9, 3.*

961 *Augustinus Cons. euang. II, 30, 71–74, CSEL 43, pp. 175–180.*

975–976 *aes ... apparatus V. supra, p. 387, n.l. 944.*

986–988 Ἀμὴν ... *illi* The Greek text is only mentioned in app. crit. in modern editions of NT; the translation is missing in Vg.; Er. included both in *Nov. Test.* Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 825, col. 2, mentioned both the text and the translation observing that it is not surprising that it has been omitted in Vg., because much from the Lord’s Prayer has also been omitted.

989–990 *Quod ... accidit* An addition that can

be explained as a result of criticism by Sutor and others; cf. *infra*, p. 507, n.ll. 624–632.

989 *Matthaeo Mt. 10, 15.*

992–994 *Hinc natum ... emigrent In Apolog. ad Prodr. Stun. and Apolog. ad Stun. Concl.*, LB IX, 381 EF and 389 DE, Er. reacts to criticism by Stun. over this passage.

994 *Iacobus Iac. 5, 14.*

995–996 τὴν ἀκοήν Ἰησοῦ Taken from *Mt. 14, 1*. Is not to be found in *Nov. Test.*, nor in the *Aldina*, f° 366 r°, col. 1, the *Complut.* and modern editions.

997–4 *Herodes ... decimo* Cf. *supra*, pp. 230 and 292 sq., ll. 947 sqq. and 548 sqq., and *infra*, p. 493 sq., l. 288 sqq.

997 *autem Nov. Test.* reads “enim”, like modern editions of Vg.

3 *Eusebius H.E. I, 8–10, GCS 2, p. 48 sqq.*

5 *obseruabat* The reading of *Nov. Test.*

7 Ἡρώδης As late as the 18th century the usual spelling for Ἡρώδης.

8–10 *cum ... primoribus Nov. Test.*: “cum Herodes in nataliciis (E: “suis”) coenam faceret primoribus (D E: “primatibus”) et tribunis”.

suis conuiuium exhiberet'. Et principibus est μεγιστᾶσι, id est 'primatibus' siue 'primoribus'. [B] Quo verbo vsus est et Suetonius in Caligula Caesare: *regem etiam regum et exercitatione venandi et conuictu megistanum abstinuisse*. [A] Et tribunis. Καὶ χιλιάρχους, quod Graece sonat 'eos qui millenis praefecti sint', vt militum tribunos intelligas.

[22] [B] Filia ipsius Herodiadis. Sermo Graecus habet amphibologiam. Potest enim et hic accipi sensus: cum esset ingressa filia ipsa Herodiadis, id quod per se liquebit Graeca relegenti.

[23] [A] Licet dimidium. Ἔως ἡμισους, 'vsque ad dimidium'.

[26] Et contristatus est rex. Graeca sic habent: Καὶ περίλυπος γενόμενος ὁ βασιλεὺς διὰ τοὺς ὅρκους καὶ τοὺς συνανακειμένους οὐκ ἤθελεν αὐτὴν ἀθετῆσαι, id est: 'Et dolore affectus rex, propter iusiurandum et eos qui simul accumbebant, noluit eam reiicere' siue 'spernere'. Quoniam ex Matthaeo liquet post *rex* hypostigmen apponendam esse, [D] vt intelligas eum non contristatum propter iusiurandum, sed propter iusiurandum ac propter simul accumbentes noluisse frustrari puellam, quum Ioannem vellet incolumem. [A] Nec est hoc loco noluit eam contristare, quemadmodum in Matthaeo λυ|πεῖσθαι, sed ἀθετῆσαι, id est 'reiicere' siue 'repellere', quod miror cur Laurentius vertendum putarit 'fraudare' aut 'frustrari'.

[27] Misso spiculatore. Καὶ εὐθέως ἀποστείλας ὁ βασιλεὺς σπεκουλάτορα. Euangelista Latinam vsurpauit vocem, mutata vocali, [D] quum prima spiculatoris sit longa. [A] Ac mox

[29] Et tulerunt corpus eius. Πτῶμα est, hoc est 'cadauer'. [B] Interpres legisse videtur σῶμα.

[30] [A] Quae egerant et docuerant. Graecus sermo geminat coniunctionem: καὶ ὅσα ἐποίησαν καὶ ὅσα ἐδίδαξαν, id est: 'et quae egressent et quae docuissent'.

[31] Venite seorsum. Δεῦτε ὑμεῖς αὐτοὶ κατ' ἰδίαν, id est: 'venite vosipsi seorsum'. Porro αὐτοὶ positum est pro 'soli', hoc est 'dimissis caeteris'; quemadmodum καθ' ἑαυτὸν esse dicitur qui solus est et absque arbitris.

[33] Et viderunt eos abeuntes. Graece est: Καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας οἱ ὄχλοι, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτόν, id est: 'Et viderunt eos abeuntes turbae, et agnouerunt eum'; vt prius pronomen ad omnes communiter pertineat, posterius ad Christum solum.

[35] [C] Et cum iam hora multa fieret. Graeci sermonis sensus est: cum iam admodum tempestiuum esset sumere cibum. Nam ex aliis euangelistis apparet iam diei vesperum appetisse.

[36] [A] In proximas villas. Εἰς τοὺς κύκλω ἀγρούς, id est 'in circumiacentes agros'. Et quoniam ex agris nihil emitur, nisi villae sint, vertit *villas*. Nam villae domus sunt in agro. Emant sibi cibos. Ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους, id est: 'emant sibiipsis panes'. [B] Nam Hebraei omne edulium panis nomine complectuntur. [A] Quos manducent. Pro hoc Graece est τί γὰρ φάγωσιν, οὐκ ἔχουσιν, id est: 'nam quid edant, non habent'. [B] Etiamsi τί noue positum est.

[37] [A] Date illis manducare. Graeci addunt 'vos': Δότε αὐτοῖς ὑμεῖς φαγεῖν. Atque ita habent antiqui [B] codices Latini [A]: *Date illis manducare vos*. Et dabimus. Καὶ δώμεν, id est: 'demus'.

LB 177 | [39] Secundum contubernia. Συμπόσια συμπόσια, id est 'conuiuia
56 conuiuia', hoc est 'distributis conuiuuis', vt ante dixit: δύο, δύο. Laurentius mallet *manipulatim*. Super viride foenum. Ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ, id est 'in viridi herba'.

60 [40] Et discubuerunt in partes. Καὶ ἀνέπεσαν πρασιαὶ πρασιαί, id est: 'et discubuerunt prasiae prasiae'. Dicuntur autem prasiae herbaria, cuiusmodi sunt areolae hortorum; πράσιον enim viride. [B] Caeterum et hoc *prasiae prasiae*, et illud συμπόσια συμπόσια dictum est iuxta proprietatem sermonis Hebraici. Ad quam formam multa annotauit diuus Augustinus in libris quos scripsit de tropis Veteris Instrumenti, velut illud: *Decima decima agno vni septem agnis*, et *Mille ex tribu et mille ex tribu*, pro eo quod est 'ex singulis tribubus millenos'. [A] Per

12 millenis B-E: mille A.

20 dolore affectus B-E: vehementer tristis factus A.

21 spernere B-E: frustrari A.

25 contristare C-E: contristari A B.

28 σπεκουλάτορα LB *Nov. Test. BAS LB*: σπεκουλάτορα A-E *BAS*.

36 seorsum B-E: seorsim A.

37 seorsum C-E: seorsim A B.

39 eos B-E: eam A.

59 πρασιαὶ πρασιαί scripsi: πρασίαι, πρασίαι A-E.

60 discubuerunt B-E: conciderunt A.

61 hortorum B-E: ortorum A.

65 tribubus B-E: tribub. E.

10 *Suetonius Cal.* 5.

17 *vsque ad dimidium* The reading of *Nov. Test.* taken from Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 826, col. 1.

19 ἤθελεν *NT*, as also *Nov. Test.*: ἤθελῆσεν.

20-21 *Et dolore ... reicere* *Nov. Test.*: "Et dolore (A: "vehementer dolore") ... eosque (A: "et eos") ... reicere".

21 *Matthaeo Mt.* 14, 9.

22 *hypostigmen* ὑποστιγμή: 'comma'.

26 *Laurentius Valla, Annot.*, Garin, I, p. 826, col. 1.

28 σπεκουλάτορα The spelling which Er. also used supra, p. 232, l. 974 in A-E, whereas σπεκουλάτορα is used here in A-E.

36 *seorsum* Cf. p. 235, n.l. 29. *Nov. Test.*: "Venite vos soli seorsim".

39-40 Καὶ ... αὐτόν οἱ ἄλλοι, in modern editions of *NT* mentioned in app. crit., is not to be found in the *Aldina*, f° 366, r°, col. 2, the *Complut.* and *Nov. Test. A*, but it is in B-E.

46-47 *In proximas ... villas* *Nov. Test.*: "in circumiacentes villas".

48-51 *Emant ... γὰρ ... positum est* *Nov. Test.* reads γὰρ, in modern editions of *NT* mentioned in app. crit., and translates:

"emantque (A: "et emant") sibi panes; nam quod edant, non habent".

52 *Date illis manducare* *Nov. Test. A*: "Date iis vos manducare ... et demus"; B-E: "Date illis vos quod edant ... et demus".

56-58 *distributis ... herba* *Nov. Test. A*: "distributis conuiuuis in viridi herba"; B-E: "distributis ... viridi gramine". Cf. supra, p. 384, l. 838 sqq., ad *Mc.* 6, 7, and Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 826, col. 1: "Quod hic 'contubernia', in Luca [9, 14] transfertur 'conuiuia', quod nomen magis respondet Graeco etsi geminato, συμπόσια συμπόσια; quod ego transtulissem 'manipulatim', id est: 'per manipulos'; qui manipuli partim erant centeni, partim quinquageni. Proinde melius in iis codicibus legitur in quibus legitur 'per centenos et per quinquagenos', ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα. Sed cur 'foenum' potius quam 'herba'?"

60-62 *cuiusmodi* and *proprietatem* V. supra, pp. 42 and 48 sq., introd., §§8b and 10.

64-65 *Decima ... millenos* Aug. *Locut. in Hept.* IV, 90 and 100, *CCSL* 33, p. 441 sq., ad *Nu.* 29, 4 and 31, 4.

centenos et quinquagenos. Ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πενήκοντα, vt ad verbum reddam; id est 'per centum et quinquaginta'. Vt intelligas loca fuisse distincta sulco aut simili interuallo, et pro magnitudine in aliis accubuisse centenos, in aliis quinquagenos.

70 [41] Intuens in coelum. Ἀναβλέψας, id est 'suspiciens' siue 'sublatis oculis'.

[43] Et sustulerunt. Καὶ ἦραν κλασμάτων δώδεκα κωφίνους πλήρεις, id est: 'et sustulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos'; [D] genitiuus referri potest vel ad *plenos* vel ad *cophinos*.

75 [45] Et statim coegit. Ἡνάγκασεν, idem verbum quod in Matthaeo verterat *iussit*, sed perperam, vt illic indicauimus.

[46] Et cum dimisisset eos. Καὶ ἀποταξάμενος αὐτοῖς. Non est idem verbum quod paulo superius ἕως ἀπολύσει, verum aliud, quod non significat simpliciter dimittere, sed dimittere dicto 'vale' ac mandatis quae volueris mandare; quemadmodum solemus dimittere notos et amicos. [D] Eandem vocem in Actis, capite decimooctauo, vertit *valefaciens*. Similiter 2. Corinthiorum 2. Graeca vox sonat, quasi dicas: 'amandare'.

[48] [A] Et vidit eos laborantes. Βασανιζομένους. In Matthaeo vertit 'vexatos', alias 'iactatos'. In remigando. Ἐν τῷ ἐλαύνειν, quod significat agere ac regere vel nauem vel equum vel currum [D] vel simile quippiam. [E] Nam remigare Graecis ἐρέσσειν dicitur; ἐλαύνειν generale verbum est.

[51] [A] Et plus magis. Καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ, id est 'valde ex abundantia' siue 'valde supra modum'. Rursus hic est ἐξίσταντο, quod vehementem significat admirationem, vt homo prae admiratione non sit apud se. Et tamen in Graecis codicibus additur καὶ ἐθαύμαζον, *et admirabantur*; velut interpretetur euangelista quid dixisset ἐξιστάναι, quod tamen haud scio an casu sit adiectum. Et

LB 178 91 [54] Cognouerunt eum. Addunt Graeci οἱ ἄνδρες τοῦ τόπου, id est 'viri loci'. Quanquam id in plerisque codicibus non inuenitur.

[55] Vbi audiebant eum esse. Ὅπου ἤκουον ὅτι ἐκεῖ ἐστι, id est: 'simul- atque audissent quod illic esset', vt intelligas eos qui agnouerant Iesum, renunciare caeteris illum adesse.

[56] In plateis. Ἐν ταῖς ἀγοραῖς, id est 'in foris'. Quanquam et platea, [B] via fusior ac laxior, [A] forum esse potest.

EX CAPITE SEPTIMO

100 [2] Vituperauerunt. Ἐμέμψαντο, id est 'accusarunt' siue 'incusabant' [B] siue 'questi sunt'.

[3] [D] Nisi crebro lauerint manus. Ἐὰν μὴ πυγμῆν νίψωνται τὰς χεῖρας. Theophylactus interpretatur πυγμῆ, vt sit aduerbium, pro eo quod est 'vsque ad cubitum' siue, vt quidam interpretatus est, *cubitaliter*, quod ex instituto Pharisaeorum soliti sint ante cibum lauare manus vsque ad cubitum, id quod lex non praecipit. Equidem reperio apud Graecos etymologistas πυγμῆν significare duo,

105

pugnum – hoc est ‘manum complicatam’, a verbo πτύσσω, quod est plico, vnde πτυγμή, quasi dicas: πτυγμή – et cubitum, quem Graeci πῆχυν vocant; nam hac parte brachium est complicatile. Hinc et Pygmeos populos appellari putant, quorum meminit Homerus, quod cubitali sint proceritate. Verum non reperio πτυγμή apud Graecos vsurpatum aduerbii loco, et haud scio an a substantiae vocibus similia veniant, quemadmodum a πᾶς πάντι, ἔρημος ab ἐρήμη. Quod si maxime fieret, tamen magis quadrabat πτυγμήθεν – id est ‘a cubito’ siue ‘cubito tenus’ – quam πτυγμή. Ad haec nihil video causae quur haec fabula de lotione cubitali huc accersatur. Nam si constaret hoc a lege praescriptum, ne quis caperet cibum nisi lotis manibus, probabiliter videri poterat inducta cubitalis lotio. Tum enim adderetur aliquid legis praescripto. Nunc tale nihil a lege praecipitur testatur Dominus dicens: *Non lotis manibus manducare non coinquinat hominem*. Vnde probabile est in vetustioribus codicibus scriptum fuisse non πτυγμή, sed πυκνῶς aut πυκνά aut πυκνή, quod sonat frequenter aut crebro siue subinde. Verum hoc eruditissimis expendendum relinquo.

68 centenos B–E: centum A.

69 quinquagenos B–E: quinquaginta A.

72 ἦσαν scripsi: ἦρον A, ἦρον B, ἦσαν C–E BAS LB.

82 amandare E: remandare D.

83 Βασανιζομένους. In Matthaeo E: Βασανιζομένους, quod in Matthaeo A–D.

90 et admirabantur B–E: vt admirabantur A.

90 interpretetur euangelista B–E: interpretans

A.

100 Vituperauerunt E: Et vituperauerunt A–D.

102 πτυγμή LB Nov. Test. A–E: πυκμή D E BAS.

103 πτυγμή LB: πυκμή D E BAS.

110 πᾶντι ... ἐρήμη E: πάντη, et ab ἔρημος ἐρήμη D.

112 πάντι ... ἐρήμη E: πάντη, et ab ἔρημος ἐρήμη D.

113 πτυγμήθεν LB: πυκμήθεν D E.

70–71 *sublatis oculis Nov. Test.*: “sublatis in coelum oculis”.

72 Καὶ ... πλήρεις The reading of *Nov. Test.* and of the *Aldina*, f° 366 r°, col. 2.

73 *et sustulerunt ... plenos* The reading of *Nov. Test.*

75–76 *Matthaeo ... illic Mt. 14, 22; cf. supra, p. 232, l. 8 sqq.*

78 *paulo superius Mc. 6, 45.*

79 *dimittere dicto 'vale'* Cf. supra, p. 363, n.l. 287.

80 *Actis Act. 18, 18.*

81 2. *Corinthiorum 2. 2. Cor. 2, 13.*

84 *vexatos Mt. 9, 36: “vexati”, translation of ἔσκαυμένοι, 15, 22: “vexatur”, translation of δαμονίζεται.*

84 *iactatos Mt. 14, 24: βασανιζόμενον, Vg.: “iactabatur”.*

87–90 *Et plus ... admirabantur* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 826, col. 1: “Graece est ‘et valde supra modum intra se stupebant’

siue ‘attoniti erant et admirabantur’”. *Nov. Test.*: “et vehementer supra modum intra sese (A: “se”) stupebant et admirabantur”; καὶ ἐθαύμαζον, in modern editions of *NT* mentioned in app. crit., is to be found in *Nov. Test.*, the *Aldina* (f° 366 r°, col. 2), and the *Complut.*

100 *Vituperauerunt ... incusabant Nov. Test. A:* “vituperauerunt”; B–E: “incusabant”.

103 *Theophylactus Enarr. in Mc. 7, 1–5, Migne PG 123, 560 B–D.*

104 *quidam ... cubitaliter* Oecolampadius, f° 61 r°.

106 *Graecos etymologistas Etym. mag. 695, l. 37 sqq., s.v. Πυγμαίοισιν and l. 52 sqq., s.v. Πύξ.* Cf. Hesych. (Schmidt, 3, p. 406), s.v. πτυγμή, and Suid. (Adler, 4, p. 262), s.v. πτυγμή.

109–110 *Pygmeos ... proceritate* Cf. supra, p. 258, l. 663 sqq.

110 *Homerus Il. III, 6.*

118 *Non lotis ... hominem Mt. 15, 20.*

- [4] [A] Et a foro venientes. *Venientes*, tametsi non male addidit, tamen non est in Graecis codicibus. Et *a foro* idem nomen est quod modo vertit *placitam*, ἀγορᾶς. Quae tradita sunt illis. Sensus omnino conuenit, tamen
 LB 179 Graece est ἀ παρέλαβον τηρεῖν siue, vt nonnulli codices habent, | κρατεῖν, ‘quae
 126 acceperunt seruanda’ siue ‘tenenda’. Verum quoniam παραλαμβάνειν videtur esse
 ‘ab alio traditum accipere’, idcirco interpres conatus est explanatius efferre sententiam. Baptismata. Miror cur [B] interpres [A] maluerit dicere Graece quam
 130 Latine ‘lotiones’ siue ‘ablutiones’, cum hic de vulgari lotione sit mentio. Et
 vrceorum. Ξεστῶν; apparet intelligenda esse lignea, quod subiecit *aeramento-*
rum; [E] ξεστά autem dixit, quod torno poliantur aut quod sculpturis ornata
 sint, quod poculorum genus et hodie reperitur apud Heluetios. [A] Caeterum
 ‘lectos’ appellat spondas in quibus accumbebant sumentes cibum, non solum in
 quibus dormitur.
- 135 [5] Et interrogabant. Ἐπειτα ἐπερωτῶσιν, ‘deinde interrogant’.
- [6] [C] Bene prophetauit Esaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est. Cum Graeca congruant, tamen haud scio quo casu ita scriptum comperi in aureo codice: *Bene prophetauit de vobis Esaias dicens*.
- [7] [A] Doctrinas et praecepta. Et coniunctio tollenda: διδασκαλίας
 140 ἐντάλματα, id est ‘doctrinas, mandata’ per appositionem, sicut admonitum est in
 Matthaeo. [D] Vera lectio superest adhuc in codice Constantiensi.
- [8] [A] Mandata Dei. Ἐντολήν, id est ‘mandatum’, [D] quemadmodum et
 παράδοσιν, id est ‘traditionem’. Proponit enim Dominus exemplum in vno praecepto et vna traditione.
- 145 [9] [A] Irritum fecistis. Ἄθετεῖτε, id est: ‘irritum facitis’, consentientibus
 et antiquis codicibus [B] nostris [C] atque in his aureo. [A] Quanquam potius
 erat ‘reicicis’, quemadmodum et Cyprianus legit.
- [11] Si dixerit homo. Hic explicat quod obscurius erat in Matthaeo, his
 verbis a Phariseis instrui quosdam, vt parentibus desertis pecuniam conferant in
 150 donaria templi. Quanquam sermo videtur parum absolutus, sed subaudiendum
 ‘satis est’ aut simile quippiam.
- [13] Rescindentes verbum Dei. Ἀκυροῦντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, id est:
 LB 180 ‘irritum facientes’ siue ‘abrogantes’ aut ‘antiquantes’. Nam | ἀκυροῦν est proprie
 detrahare auctoritatem et irritum facere quod aliquando fuerit comprobatum.
- 155 [14] Iterum turbas. Πάντα τὸν ὄχλον, id est ‘totam turbam’.
- [15] Nihil est extra hominem. Οὐδέν ἐστιν ἔξω τοῦ ἀνθρώπου εἰσπορευόμενον εἰς αὐτόν, id est: ‘nihil est quod aliunde quam ab homine ingreditur in eum’; quasi dicas: ‘deforis’, vt paulo post vertit *omne extrinsecus introiens*, τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον.
- 160 [17] Parabolam. Περὶ παραβολῆς, id est ‘de parabola’ siue ‘de similitudine’.
- [18] Imprudentes. Ἀσύνητοι, id est ‘absque intellectu’, vt ante verterat, aut ‘expertes intelligentiae’. Et melius erat ‘siccine vos quoque’ quam sic et vos. aut ‘itane vos quoque’.
- [19] Purgans. Ἐκκαθαρίζων, id est ‘expurgans’ ad verbum.

165 [22] *Oculus malus*. Ὁφθαλμὸς πονηρός. Cur non et hic dixit: *oculus nequam*, sicut in Matthaeo: *si oculus tuus nequam est, quia ego bonus?* Nam eadem verba Graeca sunt vtrouique. Sentit autem oculum non simplicem et purum, sed fascinatore[m] et inuidum atque iniquum.

170 [24] In fines Tyri. Μεθόρια, id est ‘confinia’, hoc est ‘Tyro finitimas regiones’ siue ‘quae interiacent inter Tyrum et Sydonem’. Quanquam paulo post vitur simplici voce ὁρίων in eundem sensum.

[25] Ad pedes eius. Hoc loco sequitur ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνίς, Συροφοίνισσα τῷ γενέει, id est: ‘erat autem mulier Graeca, Syrophenissa genere’. Alii codices habebant Σύρα Φοινίκισσα, sed mendose; nam si Syra erat et regionis Phoenices, quae sine dubio Iudaeorum est, qui potuit esse Graeca [D] natione. [A] Caeterum quod ‘gentilem’ dixit, non est Graece ἐθνική, sed Ἑλληνίς, vt [E] non [A] patriam intelligas designatam, sed quo declaret non esse Iudaeam [D] religione. Siquidem gente Chananea erat, non Graeca, sed Graeca dicitur ex Hebraeorum consuetudine, quod esset aliena a religione legis Mosaicae. [A] Frequenter enim

135 Ἐπειτα ... interrogant D–E: ἔπειτα i. deinde ἐπερώτησαν A, ἔπειτα ἐπερωτῶσιν. id est (i. B) deinde interrogant B C.

139 Et coniunctio tollenda C–E: Et tollendum A B.

148–151 Si dixerit ... quippiam inter 141 Matthaeo et 142 Mandata posuerunt A–C, inter 141 Constantiensi et 142 Mandata posuit D.

123 modo Mc. 6, 56; cf. supra, p. 392, l. 97 sq.
124–134 Quae tradita ... dormitur Nov. Test.: “quae susceperunt seruanda, nempe lotiones poculorum (A: “calicum”) et vrceorum et aeramentorum et lectorum”.

135 Ἐπειτα ... interrogant The readings in Nov. Test. Ἐπειτα is mentioned as a variant in modern editions of NT.

141 Matthaeo V. supra p. 240, l. 188 sqq.

142 mandatum The text in modern editions of Vg. Nov. Test. A: “relicto mandato Dei”; B–E: “omisso praecepto Dei”.

145–147 irritum facitis ... reiicitis Modern editions of Vg. read “irritum facitis”, Nov. Test. “reiicitis”.

147 Cyprrianus De vnitate ecclesiae, 19, CCSL 3, p. 263, and Dom. orat. 2, CCSL 3A, p. 90.

148–150 Hic explicat ... templi As late as 1536 Sepúlveda reacted to this passage (Ep. 3096, ll. 32–89), probably in connection with the 5th edition. Cf. supra p. 236 sqq., l. 99 sqq., ad Mt. 15, 5.

150 absolutus V. supra, p. 44, introd., §9.

155 Iterum ... turbam Modern editions of NT

155 Iterum ... turbam inter 159 εἰσπορευόμενον et 160 Parabolam posuerunt A–D.

155 esse B–E: omnem A.

175 esse B–E: esset A.

176 ἐθνική C–E: ἐθνικός A B.

176 Ἑλληνίς B–E: Ἑλλην A.

177 sed quo declaret E: quae declararet A–D.

read πάλιν and mention πάντα in app. crit. Modern editions of Vg. read “turbam”, Nov. Test. “totam turbam”.

158 paulo post Mc. 7, 18 (“deforis” Mt. 23, 25 sq. and Lc. 11, 39 sq.).

160 de similitudine The reading of Nov. Test.

161 ante Mt. 15, 16: “sine intellectu”.

164 Purgans ... expurgans Nov. Test. A: “purgans”, B–E: “repurgans”.

166 Matthaeo Mt. 6, 23.

169–170 In fines ... Sydonem Nov. Test.: “in confinia Tyri et Sidonis”.

173 erat ... genere Nov. Test.: “erat enim mulier ... genere”.

175–180 Caeterum ... interpres Cf. Valla, Annot., Garin, 1, p. 826, col. 1: “Non est nunc ‘gentilis’ a gente, quod dicitur ἐθνικός, sed quo crebro transfert ‘Graecus’, Ἑλλην”. Vg. supplies the translation “gentilis” for Ἑλλην or Ἑλληνίς in Joh. 12, 20.; Act. 16, 1 and 3; 17, 4 and 12; 19, 10 and 17; 20, 21 and 21, 28, 1. Cor. 12, 13, Gal. 2, 3 and Col. 3, 11, for ἔθνη in Act. 14, 5 and Rom. 15, 27.

- 180 Ἑλληνα *gentilem* vertit interpres. [D] Est autem vna Syriae pars quae dicitur Syrophoenice, in qua est Damascus, vt indicat Tertullianus libro Aduersus Marcionem tertio.
- LB 181 [28] [A] Vtique, Domine. In codicibus quos hactenus viderim, nihil erat loco *vtique*, sed tantum Κύριε, καὶ τὰ κυνάρια, id est: ‘Domine, et catelli’. Quan-
- 185 quam postea in nonnullis reperi.
- [30] [B] Inuenit puellam iacentem supra lectum, et daemonium exisse. In vulgatis Graecorum codicibus ordo sermonis inuersus est. Nam illic reperit exisse daemonium, et puellam lecto decumbentem. [D] Et ‘super lectum’ Latinius erat, ἐπὶ κλινῆς.
- 190 [28] [A] Nam et catelli. Eadem vox est Graecis, canibus et catellis; quam vtrobique diminutiuum est apud illos, κυνάριον, vt admonuimus. Ad hoc παιδίωv rectius vertisset ‘filiorum’ quam *puerorum*, cum praecesserit τέκνων.
- [31] Fines Decapoleos. Δεκαπόλεως. Regio est trans Iordanem decem ciuitatum – vnde et nomen habet Graecis – [B] circa Hippum, Pellen et Gadaram,
- 195 vt testis est Hieronymus in locis Hebraicis.
- [32] [A] Surdum et mutum. Κωφὸν μογιλάλον, id est ‘surdum impeditae linguae’ siue ‘balbum’, dictione composita a μόγεις, vix, et λαλεῖν, loqui. Est autem id vitii pene perpetuum insanis aut melancholicis aut fatuis natura, vt testis est Aristoteles.
- 200 [34] Adaperire. ‘Aperire’, ἐφατά; vocem Hebraicam et hic adiicit, quemadmodum et superius, in *cumi*. Est autem פתחון vnum ex eo verborum genere quae Hebraei grauiua vocant et quae vim habeant transitiuam, quasi dicas: ‘praesta te apertum’ siue ‘fias apertus’. Neque vero libet hic commemorare ridiculam differentiam inter ‘aperire’ et *adaperire* quam Laurentius argutius irridet quam
- 205 grauem deceat virum, etiamsi merito id facit. Certe apud euangelistam nulla differentia est, cum idem vtrobique sit verbum διανοίχθητι et διηνοίχθησαν, quorum alterum vertit *adaperire*, alterum *apertae sunt*, perinde quasi nefas esset Latinis eandem vocem repetere.
- [36] Tanto magis plus. Graeci quidem codices ita distinguunt, vt *magis*
- 210 non referatur ad *praecipiebat*, quod praecesserit ὅσον, non ὅσω, vel ὅσου, sed ad idem verbum ad quod refertur, nempe ad *praedicabant plus*; [E] licet Graeci videantur ὅσον vsurpare nonnunquam aduerbialiter; [A] sed περισσότερον verti poterat ‘vehementer’ aut ‘magnopere’, vt comparatiuum positum sit loco positui; aut μάλλον vertendum erat ‘potius’, vt non habeat vim comparandi, sed corrigendi; perinde quasi dicas: ‘tantum aberat, vt facerent id quod erant iussi, vt hoc
- 215 amplius etiam praedicarent quod essent vetiti’.
- [37] Et surdos fecit audire. Vt ne quid causer de integritate Latini sermonis, quod Romanis auribus aliud quiddam sonat, ‘facit loqui’ et ‘facit currere’, rectius fuisse futurum ‘efficit, vt surdi audiant, muti loquantur’. Tempus quoque
- 220 verbi mutauit interpres aut certe librarius. Est enim ποιεῖ, id est ‘facit’; idque
- LB 182 absolutius est. Laurentius testatur in nonnullis exemplaribus Latinis conduplicari coniunctionem: ‘et surdos fecit audire, et mutos loqui’. Et mutos loqui.

- 189 κληνῆς *D*: κληνῆς *E*.
 190–192 *Nam et catelli ... τέκνων inter 180*
interpres et 183 Vtique posuerunt A–C, inter
182 tertio et 183 Vtique posuit D.
 193 *decem B–E: quinque A*.
 199–200 *Aristoteles. Adaperire D E: Aristoteles*.
In auriculas eius επέβαλε τὸς δακτύ-
λους αὐτοῦ; πτύσας εἰς τὰ ὄτα αὐτοῦ, i. imi-
sit digitos suos expuens in aures eius. Adaperire A, Aristoteles. In auriculas eius
επέβαλε τὸς δακτύλους αὐτοῦ, πτύσας εἰς τὰ
ὄτα αὐτοῦ, id est immisit digitos suos
expuens in aures eius. Adaperire B–C.
 200 ἐπφατά *C–E: ἐπφαθὰ A B*.
 200 adiicit *C–E: adiecit A B*.
 201 πηθη *E: πηθη A–E*.
 206 διανοιχθητι *B–E: ανοιχθητι A*.
 210 ὅσον non ὅσω vel ὅσον, sed *E: ὅσα, non*
ὅσω, sed A, ὅσῳ, non ὅσον, sed B–D.
 217 causer *C–E: cauiller A B*.
- 181 *Tertullianus Adv. Marcion. III, 13, 8, CCSL*
 I, p. 525.
 183–185 and 190–192 *Vtique ... reperi ... Nam*
 ... τέκνων Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 826,
 col. 1: “In Matthaeo admonui non esse
 ‘canes’ et ‘catelli’, sed tantum alterum,
 κυναριοῖς κυνάρια; et illud ‘vtique’ esse quod
 alibi transfertur ‘etiam’, ναί. Et ‘puerorum’
 opinor magis debuisse transferri ‘filiorum’, vt
 respondeat illi, ‘panem filiorum’, παιδων”.
 Cf. supra, p. 242, l. 251 sqq., ad *Mt. 15, 26 sq.*
Nov. Test.: Ναὶ κύριε, καὶ τὰ κυνάρια ...
 τέκνων, “Etiam (*A*: “Vtique”) Domine,
Nam et catelli ... filiorum”.
- 184 *loco* ‘in place of’ (usually with gen.).
 186–189 *Inuenit ... κληνῆς Nov. Test. A: “reperi-*
terit puellam iacentem supra lectum”; B–E:
“reperit daemonium exisse et filiam super
lectum”.
 195 *Hieronymus Sit. et nom. loc. Hebr.*, Migne
PL 23, 892 B: “Decapolis ... Est autem regio
decem vrbium trans Iordanem circa Hippum
et Pellam et Gadaram”. Cf. Rummel, Anno-
tations, p. 54.
 196–197 *surdum ... linguae Nov. Test.*: “surdum
 impeditaeque (*A*: “et impeditae”) linguae”.
- 198 *id vitii* Cf. supra, p. 42, introd., §8b.
 199 *Aristoteles* It is not clear to me what Er.
 based this on; Ps. *Aristot. Probl. XI, 38,*
 903^b19, connects stuttering with melancholy,
 but says nothing about “fatui”.
 200 *Adaperire Nov. Test. A: “adaperire”; B–E:*
“aperire”.
 201 *superius Mc. 5, 41*.
 201–203 *Est autem ... apertus* In Hebrew, verbs
 have several stems or conjugations. In addi-
 tion to the ground-form Qal (‘light’) there
 are also three conjugations in which the
 middle consonant is strengthened, indicating
 that the action is intensive, the Pi’el (active),
 the Pu’al (passive) and the Hithpa’el
 (reflexive or reciprocal); they are called
 ‘heavy’ stem-formations. Aramaic has two
 parallels for the Hithpa’el, the Ethpa’al and
 the Ethpe’el; according to H.L. Strack – P.
 Billerbeck, *Das Evangelium nach Markus,*
Lukas und Johannes und die Apostelgeschichte
 (München, 1924), p. 17 sq., “ἐπφαθὰ” ren-
 ders the imperative sing. masc. of the Ethpa-
 ‘al of פתפ, פתפח in which the פ is assimila-
 ted with the ב. Er. may have taken the term
 “verba grauiā” from Johannes Reuchlin, *De*
rudimentis Hebraicis (Pforzheim, 1506), III,
 p. 593 sqq. With “quae vim habeant transi-
 tuiam” Er. renders what Reuchlin writes
 about the Hithpa’el on p. 596: “Actio siue
 passio huius verbi non est ab alio sed a semet-
 ipso; quare differt a superioribus coniuga-
 tionibus. Cum enim caetera verba aut sunt
 absoluta aut transitua, hoc inuenitur esse
 retransituum tanquam inter actiuum et pas-
 siuum quodammodo medium”. Er. owned
 this book according to the Versandliste, N°
 280; cf. Husner, p. 242.
 204 *Laurentius Valla, Annot.*, Garin, I, p. 826,
 col. 1 sq.: “Adaperire’ nihil aliud est quam
 ‘aperire’; superuacuum esset admonere, nisi
 quidam superstitione vellent extrinsecus fieri
 apertionem, intrinsecus adapertionem, vt
 locum illum: ‘Omne masculinum adaperiens
 vuluam sanctum Domino vocabitur’ [*Lc. 2,*
 23], referent ad beatam Mariam, quasi non
 id dictum sit de omnibus mulieribus quae
 extrinsecus a viris aperiuntur. Certe hic locus
 ostendit ineptiam ita sentientium, cum dica-
 tur: ‘apertae sunt aures eius’ cui dictum est:
 ‘adaperire’. Sed neque Latine neque Graece
 haec est differentia, διανοίχθητι, διηνοιχθη-
 σαν”.
- 217–222 *Et surdos ... loqui* Cf. Valla, *Annot.*,
 Garin, I, p. 826, col. 2: “Graece legitur ‘et
 surdos’ et ita in quibusdam vetustis apud nos
 exemplaribus translatum legimus. Tamen
 Graece est ‘facit’, non ‘fecit’, qui plenior qui-
 dem sensus est”.
- 217 *Vt ne ... causer* Cf. supra, p. 43, introd.,
 §8b.
 221 *absolutius* Cf. supra, p. 44, introd., §9.

Ἀλάλους λαλεῖν. Gratiam annominationis non potuit interpres reddere, quasi dicas: ‘lingues linguaces’ aut ‘infantes fari’.

225

EX CAPITE OCTAVO

[1] [B] Cum turba multa esset. Graece est *παμπόλλου*, id est ‘admodum multa’ siue ‘plurima’. Nec additur ‘cum Iesu’, nec apud Graecos nec in vetustis exemplaribus [C] nec in aureo [D] nec in Constantiensi [C] denique.

[2] [A] Sustinent me. Προσμένουςί μοι, id est: ‘manent apud me’.

230

[4] Vnde istos. Πόθεν, quo Graeci vtuntur in negatione pro ‘qui’ aut ‘quomodo’.

[7] Et ipsos benedixit. Καὶ αὐτὰ εὐλογήσας, id est: ‘cum et his benedixisset’. Quanquam in nonnullis exemplaribus sic habebatur: καὶ εὐλογήσας εἶπε παραθῆναι καὶ αὐτά, id est: ‘et cum benedixisset, iussit apponi et hos’.

235

[9] Quasi quatuor millia. Ὡς, id est ‘ferme’ aut ‘circiter quatuor millia’.

[10] In partes Dalmanutha. Quidam Graecus codex habebat Μαγδαλά, cuius meminit Matthaeus, siue, vt quidam legunt, *Magedam*. [B] Nec apud quemquam adhuc reperi huius loci descriptionem, nisi quod in collectaneis Hebraicarum vocum hanc quoque reperi expositam, sed ita, vt ad hunc locum nihil attineat. [D] Augustinus De consensu euangelistarum putat eiusdem regionis plura esse vocabula, addens quod hoc quoque loco quidam codices habebant ‘Mageda’.

240

[11] [A] Conquirere cum eo. Laurentianum exemplar, vt videtur, secus habuit. Meum ad hunc modum: ἤρξαντο συζητοῦντες παρ’ αὐτοῦ σημεῖον, id est: ‘coeperunt simul quaerere ab eo signum’. Quanquam postea nactus sum in quibus ita scriptum reperi: καὶ ἤρξαντο συζητεῖν αὐτῷ καὶ ζητεῖν παρ’ αὐτοῦ σημεῖον. Id est: ‘et coeperunt disputare cum eo et requirere ab eo signum’. [B] In quibusdam pro καὶ ζητεῖν erat ζητοῦντες.

245

[12] [A] Ingemiscens spiritu. Graeci addunt ‘suo’: καὶ ἀναστενάξας τῷ πνεύματι αὐτοῦ. Si dabitur generationi isti signum. Si hoc loco est abiurantis, quemadmodum et illic: *Si introibunt in requiem meam*. Latini addunt ‘emoriar’, ‘dispeream’ aut simile quippiam. [B] Mire retudit arrogantiam Pharisaeorum, qui videri volebant cum coelo habere commercium, cum essent sceleratissimi. At Christus illis ex imo corde terrae signum promittit diuersissimum ab eo quod postulabant.

250

[14] [A] Et oblitī sunt sumere panes. Quidam Graecus codex addit ‘discipuli eius’; mihi magis placet non addi.

255

LB 183

[15] Videte et caute. Ὁρᾶτε, βλέπετε. Duo verba sunt Graecis idem significantia, citra interuentum coniunctionis, quasi dicas: ‘Videte, cernite’ siue ‘Cauete, fugite’, quo diligentiozem cautionem exprimeret. A fermento Herodis. Ἡρωδιανῶν – id est ‘Herodianorum’ – [B] pro ‘Herodis’ [A] habebant nonnulli. Et in Matthaeo mentio fit Herodianorum veluti factionis cuiusdam quae simul cum Pharisaeis aggressa sit Christum.

260

[24] Et aspiciens. Ἀναβλέψας, id est: ‘recepto visu’. Video homines. Βλέπω τοὺς ἀνθρώπους, ὅτι ὡς δένδρα ὁρῶ περιπατοῦντας, id est: ‘video homines,

265 quoniam velut arbores video ambulantes'. Et ambulantes. apud Graecos ad homines duntaxat referri potest, quod illis arbores sint neutri generis.

[25] Et coepit videre. Καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, id est: 'fecit eum denuo videre'. Bis enim recepit visum, primum vtcunque, deinde perspicue. Et restitutus est. Ante hoc addit Graecus codex καὶ διέβλεψεν, id est: 'et peruidit'. Nec est omnia, sed ἅπαντας, id est 'omnes'; [B] etiamsi hic facillimus in scriptura lapsus.

[26] [A] Et si in vicum introieris. Palam est Graeca exemplaria passim discrepare. Nam Laurentianus codex habebat *Et neque in vicum introieris neque cuiquam dixeris in vico*. Meus autem habebat καὶ ἐὰν εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲν εἴπῃς, μηδ' ἐν τῇ κώμῃ, id est: 'et si oppidum ingressus fueris, ne cui dixe-

229 Sustinent ... apud me *inter* 225 OCTAVO
et 226 Cum turba *posuerunt* B–D.
236 habebat B–E: habet A.

237 Magedam C–E: Magedan A B.
263 visu B–E: viso A.

223 *annominationis* V. supra, p. 45, introd., §9.
226–227 *admodum multa* The text of *Nov. Test.*
227 *cum Iesu* Is not to be found in modern editions of Vg., nor in *Nov. Test.*

229 *manent apud me* The text of *Nov. Test.*

234 παραθῆναι The variant reading for παρατιθῆναι in *Nov. Test.* and a number of MSS. of *NT*. The spelling παραθῆναι in place of παραθειναι, is caused by iotacism. In *Annot. in Lc.* 23, 46, infra, p. 600, l. 123, Er. writes παραθειναι.

234 *et cum ... et hos* The reading of *Nov. Test.*

235 *Quasi ... millia* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 826, col. 2: "Fere' aut 'ferme' aut 'circiter' dicendum erat, non 'quasi' ὡς". *Nov. Test.*: "ferme".

236–237 Μαγδαλά ... *Magedam Mt.* 15, 39; cf. supra p. 244, l. 291 sqq.

238 *collectaneis* The *Interpretationes nominum Hebraicorum* mention "Magedan: fructus doni vel annunciatio gratie siue poma eius". Cf. supra pp. 235 and 245, nn.ll. 62–64 and 294.

240 *Augustinus Cons. euang.* II, 51, 106, *CSEL* 43, p. 214 sq.: "Sequitur Mattheus et dicit: 'et dimissa turba ascendit in nauculam et venit in fines Magedan' ... Marcus ... hoc idem subicit quod Mattheus, nisi quod Dalmannutha, quod in quibusdam codicibus legitur, non dixit Mattheus, sed Magedan. Non autem dubitandum est eundem locum esse sub vtroque nomine. Nam plerique codices non habent etiam secundum Marcum nisi Magedan".

242–246 *Laurentianum ... signum* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 826, col. 2: "Et exierunt

pharisaei et coeperunt conquirere cum eo.' Insolens sermo 'conquirere cum eo' pro 'altercari' siue 'disputare cum eo', συζητεῖν αὐτῷ". *Nov. Test.*: "coeperuntque (A: 'et coeperunt') disputare cum illo quaerentes ab eo signum".

248 *suo* Added in *Nov. Test.*

250 *Si introibunt in requiem meam* *Ps.* 94 (95), 11, quoted in *Hebr.* 3, 11 and 4, 3.

257 *Videte et caute* *Nov. Test.* omits "et".

260 Ἡρωδιανῶν *Nov. Test.*: Ἡρώδου, "Herodis". Cf. supra, p. 389, n.l. 7.

261 *Matthaeo Mt.* 22, 16; cf. supra, p. 292 sqq., l. 548 sqq. The Herodiani are also mentioned in *Mt.* 22, 16 and *Mc.* 3, 6 and 12, 13.

263–265 *recepto ... ambulantes* *Nov. Test.*: "recepto visu dicebat. Video homines, quoniam velut arbores cerno ambulantes".

266 *neutri* Cf. supra, p. 39 sq., introd., §8a.
267–270 *Et coepit ... omnes* *Nov. Test.* "et fecit vt visum reciperet et restitutus est, ac (A: "et") denuo videbat dilucide omnes".

272–278 *Et si ... Theophylactus* In l. 273 sq. Er. gives the translation by Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 826, col. 2, of a Greek text of *NT* and takes from it the translation "oppidum" instead of "vicum". Modern editions of *NT*: μηδὲ (Tischendorf: μὴ) εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς. Vg.: "dicens: 'Et si in vicum introieris, nemini dixeris'", *Nov. Test.*: λέγων. Μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τιμὴ ἐν τῇ κώμῃ; "dicens. Neque in vicum ingrediaris, neque dixeris cuiquam in vico". In *Theophyl. Enarr. in Mc.* 8, 22–26, Migne *PG* 123, 572 D, *Mc.* 8, 26 reads as in *Nov. Test.*

ris, ne in oppido quidem'. [B] Tamen postea nactus sum exemplar consentiens cum codice Laurentiano atque id sequi malui, praesertim cum ita legat Theophylactus.

[27] [A] In castella. Εἰς κώμας, eadem vox quam toties vertit *vicum*.

280 [28] Alii vero quasi. *Quasi* non additur apud Graecos.

[29] Tu es Christus. Additum arbitror ex alio loco 'Filius Dei viui', quod tamen in emendationibus exemplaribus Latinis non additur apud Marcum, sed apud Matthaeum.

285 [30] Et comminatus est. Ἐπετίμησεν, id est 'increpauit'. Quanquam hic tolerari poterat 'interminatus est', cum additis minis aliquid interdicimus. De illo. Περὶ αὐτοῦ, id est 'de se'.

[31] Et coepit. Καὶ ἀπὸ τότε ἤρξατο, id est: 'extunc' siue 'ex eo tempore coepit', [B] vt habebatur in quibusdam exemplaribus. [A] Quoniam. Ὅτι, id est 'quod'. Post tres dies. [B] In paucis scriptum reperi [A] τῆ τρίτῃ ἡμέρᾳ, id est
290 'tertio die'; [B] sed apparet data opera mutatam scripturam, quod prima fronte falsum esse videatur, Christum resurrexisse post tres dies, qui tertio die surrexerit, praesertim cum emendatissima Graecorum exemplaria cum nostra consentiant aeditione. Atque hac quidem de re diligenter disseruit Iacobus Faber Stapulensis in libello cui titulum fecit De Magdalenis ac triduo Christi, nullum non mouens
295 lapidem, vt hanc explicet difficultatem, nunc addens horas aliquot ei diei quo reuixit Christus, proximae nocti detractas, nunc eundem ante diem praemittens ad inferos, cum in horto taederet ac moereret, nunc vni diei geminas addens noctes, videlicet parasceuae. Mihi vero non est necesse de singulis illius disputationis partibus quid sentiam, aperire. Certe non video | cur Bedam notandum
LB 184 existimarit, qui tridui mysterium conatus sit per synecdochen explicare, nimirum
300 figuram grammaticam. Quasi vero non totam historiam euangelicam grammaticis figuris debeamus aut quasi non veteres ad vnum omnes tum Graeci tum Latini quaestionem hanc per synecdochen explicent; inter quos est et Thomas enarrans prioris ad Corinthios epistolae caput decimumquintum. Quoties per

277-278 Theophylactus C-E: Vulgarius B.

279 *In castella ... vicum* Cf. supra p. 278, l. 160 sq.; translated as "vicum" only in *Mc.* 6, 36 and 56 and 8, 23 and 26. *Nov. Test.* h.l.: "vicos Caesariae".

280 *Alii ... Graecos* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 826, col. 2: "Non legitur Graece 'quasi', sed 'alii vero vnum prophetarum'".

283 *Matthaeum Mt.* 16, 16.

284-285 *Et comminatus ... interdicimus* Cf. infra p. 529, n.ll. 209-212. *Nov. Test.* h.l.: "interminatus est".

293-294 *Iacobus Faber ... Christi Faber Stapulensis* discusses in *De Maria Magdalena et triduo Christi disceptatio, ad clarissimum virum D. Franciscum Molineum, Christianissimi Francorum regis Francisci Primi Magistrum* (Parisiis, ex officina Henrici Stephani, 1517, 50 f° in 8°), f° 29 v° upto and including 49 v°, problems related to the lapse of time between the death and the resurrection of Christ and to the time at which the women went to the empty grave, and attempts to

reconcile the divergence between “tertia die resurgere” or “tertia die resurget” (*Mt.* 16, 21; 17, 23; 20, 19; *Mc.* 9, 31; 10, 34, *Lc.* 18, 33), “in triduo reaedificas” (*Mt.* 27, 40), “in tribus diebus reaedificas” (*Mc.* 15, 29), “per triduum ... aedificabo” (*Mc.* 14, 58) and “post triduum reaedificare” (διὰ τριῶν ἡμερῶν, *Mt.* 26, 61), “post tres dies resurgere” (*Mc.* 8, 31) and “tribus diebus et tribus noctibus” (*Mt.* 12, 40) and between “vespere sabbati” (*Mt.* 28, 1) and “cum adhuc tenebrae essent” (*Joh.* 20, 1) and “Exurgam diluculo” (*Ps.* 56 (57), 9), “valde mane ... orto iam sole” (*Mc.* 16, 2) and “Surgens autem mane” (*Mc.* 16, 9). Er. mentions him briefly supra, p. 218, l. 601 sqq. ad *Mt.* 12, 40, and in Ep. 765 and criticises him extensively in Epp. 766, l. 22 sqq., and 778, l. 54 sqq., in particular in l. 197 sqq.

299–300 *Beda notandum existimari* Cf. Ep. 778, l. 211 sqq. Faber Stapulensis writes about Beda on f° 35 v° sqq.: “Nam illud (inquit) quaestione non indignum esse videtur: quomodo saluator tribus diebus et tribus noctibus in corde terrae fuerit, cum ipse in parasceue hora quasi sexta sit crucifixus et in vna sabbatorum valde diluculo resurrexerit a mortuis. Itaque intelligendum est illud synecdochice dictum, hoc est, si diei parasceues partem qua sepultus est cum praeterita nocte pro nocte et die accipias, et pro toto die sabbati noctem et diem integrum, et noctem dominicam cum eodem die illucescente ac per hoc incipiente, partem pro toto, habes profecto triduum et tres noctes. Nec illud etiam minus considerandum est: quia simpla mors redemptoris nostri profuit duplae nostrae, et simpla eius resurrectio profuit duplae nostrae: mors carnis eius et resurrectio eius; mors carnis nostrae et resurrectio eius, mors animae nostrae et resurrectio eius; duae sunt mortes nostrae, et duae sunt resurrectiones nostrae. Duo et duo sunt quatuor. Vnam mortem Domini et vnam resurrectionem eius adde ad quatuor nostras: et sex faciunt. Igitur simplum Domini et duplum nostrum tres sunt; et tres partes habet senarii numeri. Quod significauerunt triginta sex horae, quibus fuit Dominus in inferno. Huic simpli congruunt duodecim horae diurnae, et viginti quatuor nocturnae. Item viginti quatuor ad duplam mortem nostram conueniunt, et illae duodecim horae ad mortem Domini simplam. Non autem immerito vno die in sepulchro et duabus noctibus iacuit; quia videlicet lucem suae simplae mortis tenebris duplae nostrae mor-

tis adimpleuit. Haec Beda. Ecce ponit dominum viginti quatuor horis nocturnis in sepulchro iacuisse; quod nequaquam ita esset, si nox illa duodecim horarum non fuisset. Fateor sane Bedam haec magna cum diligentia partim ex Augustino, partim ex seipso dixisse; et agnosco imprimis venerabilem mihi Bedam esse, sed infra euangelistam; et multa hic egregie humano more philosophatum, sed forte perparum ad intelligentiam spiritus ac euangelicum sensum; et hic sudasse, vt per grammaticorum figuras ostenderet, quomodo tribus diebus et tribus noctibus iacuerit Dominus in sepulchro, quod mysterium; Dominus non per grammaticam, sed per sacram Ionae figuram intelligi voluit. Et insuper difficile admodum illi fuisse ex viginti quatuor horis nocturnis, quibus solum Dominus sententia eius fuit in sepulchro, tres noctes comminisci; quamuis forte etiam paucioribus fuerit, si sol illa die citius solito exortus sit. Et multo magis ex duodecim horis diurnis tres conflare dies aut aequales aut paulo longiores quam sint in aequinoctio. Igitur Bedam laudabimus quod tam generoso conatu pro ingenii viribus voluerit nobis hoc mysterium aperire; sensum tamen spiritus ac euangelicum, quisquis is sit, illi caeterisque scriptoribus iure praefereamus”. The passage “si diei parasceues ... tres noctes” is a quotation from Beda, *De temporum ratione liber*, 5 (CCSL 123B, p. 289 sq.); about the “simpla mors” of Christ and the “dupla mors nostra” Beda writes in *In Lc. expos.* VI, 24, 6–7, in *In Mc. expos.* IV, 16, 9 (CCSL 120, pp. 412 and 642), and in *Homeliae Euangelii*, II, 10 (CCSL 122, p. 250 sq.).
300 *synecdochen* V. supra, p. 47 sq., introd., §9.
303 *Thomas* Thomas Aquinas, *Super Epistolas S. Pauli lectura*, 1, cura P. Raphaelis Cai, Turin, 1951⁸, p. 407, ad 1. *Cor.* 15, 4, lectio 1, n. 897: “Et etiam dixit: ‘tertia die’, non quod fuerint tres dies integri, sed duae noctes et vna dies per synecdochen”.
304–307 *Quoties ... schemata* Cf. *Annot. in Gal.* 1, 6, LB VI, 801 E (“Quod si quis tropos et schemata reiiciat in Sacris Litteris, saepe numero aut haerebit perplexus, aut frigidissimis rationibus se cogetur explicare.”) and *Hyperaspistes*, LB X, 1310 A (“Nec omnino negas aliquid obscuritatis oriri ex tropis; quos tametsi doces non temere admittendos in enarrationibus, tamen velis nolis frequenter occurrunt in Prophetis, in parabolis, in aenigmatibus ... si tropologias excludas a sacris Libris, perit bona pars et iucunditatis et vtilitatis arcanae Scripturae.”).

305 hyperbolen, enallagen similesque tropos sensum diuinorum voluminum expli-
 cant sacri doctores? Iam allegoria, parabola, vocabula passim in arcanis literis
 obuia nonne grammaticorum sunt schemata? Quid est quod tam procul a sacris
 ablegamus grammaticos de diuinis literis aliquanto melius meritos quam sint fri-
 gidi quidam ac ieiuni dialectici, ne dicam sophistae? Imo ipse Faber qua tandem
 310 bipenni Gordianum hunc nodum dissecuit? Nonne ab Apollonio porrecta, pri-
 mum ethnico, deinde qui nihil aliud sit quam grammaticus? Qui nisi succurris-
 set, totus adhuc erraret mundus et in Marco legeret Christum resurrecturum post
 tres dies. Sic enim argumentatur: Non surgit post tres dies qui surgit tertio die,
 sed constat Christum tertio die surrexisse; aduersatur igitur Euangeliiis, aduersatur
 315 articulis fidei, aduersatur omni veritati quisquis ait Christum post triduum
 surrexisse. Atqui ita sane tot iam seculis magno consensu Graeca pariter ac Latina
 legit, canit et scribit ecclesia. Neque quisquam adhuc mortalium tam impium
 errorem animaduertit, nec erat elabendi spes, nisi Apollonius rei literariae peritis-
 simus commonstrasset *μετά* Graecis nonnunquam vsurpari vice *ἐν* vel *διὰ*. Tan-
 320 tum habet pondus vnicum vnus grammatici testimonium, quoties nobis ita col-
 lubuit. Quanquam nec hoc exemplum, quod ex Apollonio produxit Faber,
 videtur ad sermonem euangelicum respondere. Neque enim simile est *μετὰ*
χεῖρας εἶχεν et *μεθ' ἡμέραν* ei quod ait Marcus, *μετὰ τρεῖς ἡμέρας*. Siquidem
 apud Apollonium *μετά* positum videtur pro *μεταξύ* aut certe pro *κατά*. Quo
 325 tamen modo non liceat abuti, si certum addas numerum? Iam constat *μετά* fre-
 quenter ab euangelistis vsurpari ad hunc modum nec aliud significare quam post.
 Velut apud Matthaenum capite vigesimo sexto, *post biduum pascha fiet*, *μετὰ δύο*
ἡμέρας, item apud Lucam *post dies octo*, apud Marcum *post dies sex*, in Actibus
non post multos hos dies aliisque locis compluribus. Sed vt his omissis, quod sentio,
 330 paucis expediam, mihi nihil causae videtur cur hic excitemus huiusmodi tra-
 goediam aut cur ad tam coactam ac violentam interpretationem confugiamus,
 quum nodus bifariam explicari possit haud magno negotio. Primum, si tertium
 diem numeremus non a morte Seruatoris, sed a tota passione, quae coepit pridie
 parasceues, cum iam iniretur consilium de comprehendendo Iesu, cum vendere-
 335 tur, cum taederet ac moereret. Siquidem passionis summam videtur et ipse Mar-
 cus suis verbis complecti, *et coepit*, inquit, *docere eos quod oporteret Filium homi-*
nis multa pati et reprobari a senioribus summisque sacerdotibus ac scribis et occidi et
post tres dies resurgere. Sic enim recensuit, vt *post tres dies* ad totum sermonem qui
 praecessit, referri possit, non tantum ad id quod erat postremum, *occuldi*. Quem-
 340 admodum proximo capite recensuit: *Filius hominis traditur in manus hominum et*
 LB 185 | *occident eum et occisus tertio die resurget*. Hic quoniam triduum numerat ab occi-
 sione, *tertio die* dixit, non: 'post triduum'. Alter modus est, si per synecdochen
 accipiamus, factum post tres dies quod factum sit post tertium diem exortum.
 Quemadmodum et vulgo loquimur: 'ab eo die coepit odisse me', cum eodem die
 345 coeperit odisse. Et 'post eum diem desiit amare', cum eodem die desierit. Haec,
 ni fallor, minus certe coacta sunt quam quae Stapulensis tanto molimine prodi-
 dit. Quod si quis adduxerit his etiam meliora, non grauabimur sequi.

[32] [A] Et palam. Καὶ παρρησίᾳ, id est ‘libere et audacter’. Neque enim hoc dicebat nisi suis, sed aperte et sine inuolucro, quemadmodum solet; tametsi sermo hic esset durissimus.

[33] Comminatus est Petro. Mirae deliciae huius interpretis, qui quod alias vertit ‘increpare’, idem nunc vertit ‘comminari’, cum nec ad sententiam quadret ‘comminari’. Nam quod sequitur, vade retro me, Satana, nimirum increpantis est, non comminantis. [C] Postremo, vt legimus ‘interminari’ pro ‘interdicere’, ita ‘comminari’ in eundem sensum non memini legere. [D] Est autem ὀπίσω μου, quod in Matthaëo notauimus.

[37] [A] Aut quid dabit homo commutationis. Τί ἀντάλλαγμα, id est ‘quam commutationem’; de quo quid nobis videretur, indicauimus in Matthaëo.

[38] Qui enim me confessus. Antiqui codices [B] magno consensu [A] pro *confessus* et *confitebitur*, habebant *confusus fuerit* et *confundetur*, [C] suffragante his et aureo codice [D] et meo vetustae typographiae. In Constantiensi rasura prodebat operam deprauatoris. [A] Atque ita habent Graeca: ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῆί με καὶ τοὺς ἑμοὺς λόγους, [C] id est: [A] ‘quicumque enim erubuerit

308 ablegamus *D E*: ablegat *B C*.

311 deinde ... grammaticus *C–E*: deinde nihil aliud quam grammatico *B*.

337 senioribus *B–D*: seniorib. *E*.

353 retro *E*: post *A–D*.

305 *hyperbolen, enallagen ... tropos* V. supra, introd., §9, pp. 47, 46 and 48, respectively.

310 *Apollonio* V. infra, n.l. 318.

312 *Marco* V. infra, n.ll. 335–336.

318 *Apollonius* Faber Stapulensis writes in *De Maria Magdalena et de triduo Christi*, F° 44 v°: “... huius praepositionis Graecae μετὰ, quae non simpliciter ‘post’ significat, sed multa insuper alia, auctore Apollonio apud Graecos rei literariae peritissimo. Nam ibi, μετὰ χειράς εἶχεν ἀεὶ, οὔτε μεθ’ ἡμέραν κατατιθέμενος, καὶ νύκτωρ ὑπὸ τὴν κεφαλὴν ὑποτιθέμενος, praeposito μετὰ ἐν καὶ διὰ, id est ‘in’ et ‘per’, significat. Ἐν quidem ibi, μετὰ χειράς. Quid enim aliud est μετὰ χειράς quam ἐν χερσίν, id est in manibus? Διὰ vero illic, μεθ’ ἡμέραν, quod idem pollet atque δι’ ἡμέρας, id est ‘per diem’”. In Apollonius Dyscolus I have not found any mention of a different meaning of μετὰ, but did find ἐπί instead of ὑπέρ, and ὑπὸ instead of ἀπὸ (Schneider, *Gr. Gr.* 2, 3, 138). Apollonius Sophista, *Lexicon Homericum* (ed. Bekker, p. III, l. 30 sqq.), mentions the use of μετὰ instead of ἐν, ἐπί, ἔξ, ὑπὸ and εἰς.

327 *Matthaeum Mt.* 26, 2.

328 *Lucam Lc.* 9, 28: “post haec verba fere dies octo” (*Vg.* and *Nov. Test.*).

328 *Marcum Mc.* 9, 2 (in *Vg.* 9, 1).

328 *Actibus Act.* 1, 5 (*Vg.*: “non post multos hos dies”).

330–331 *tragoediam* Cf. supra, p. 49, introd., §10.

335–336 *Marcus Mc.* 8, 31 (*Nov. Test.*): “et coepit ... senioribus et summis sacerdotibus ... et post tres dies resurgere”.

340–341 *Filius ... resurget Mc.* 9, 31 (modern editions of *Vg.* read “tradetur”).

342 *synecdochen* V. supra, p. 47 sq., introd., §9.

348 *libere et audacter Nov. Test.*: “libere”.

351–354 *Comminatus est ... comminantis* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 826, col. 2: “Cur non potius ‘increpuit Petrum’ quam ‘comminatus est Petro’? Increpantis enim, non comminantis est dicere: ‘vade retro me satana’”, and infra, p. 529, n.ll. 209–212. The addition from 1522 (l. 354 sq.) corresponds with Er.’s defense in *Apolog. resp. lac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 114, ll. 106–111. “Increpare” figures in *Vg.* in *Mt.* 4 times, in *Lc.* 11 times; “interminari” already occurs in Plaut. and Ter. i. q. “minando interdicere” (*ThLL* 7, 225, s.v.). *Nov. Test.* h.l.: “increpauit Petrum”.

356 *Matthaeo* V. supra, p. 250, l. 465 sqq.

358 *Matthaeo* V. supra, p. 251, l. 481 sqq.

me et meos sermones'. Ac paulo post: καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυνθήσεται
 365 αὐτόν, id est: 'et Filius hominis erubescet de eo' [C] aut 'Filius hominis pudebit
 illius'. [E] Pro nobis facit interpretatio Theophylacti. Apud Bedam in contextu
 quidem legitur *confessus* et *confitebitur*, sed ipsa enarratio, quae verecundiae
 meminit, declarat illum legisse *confusus* et *confundetur*. Idem liquet ex verbis Gre-
 370 gorii quae referuntur in Cathena. [B] In eundem sensum legit diuus Augustinus
 refellens Adimantum Manichaeum: *Omnis qui confusus fuerit me in gente ista
 adultera et peccatrice et Filius hominis confundetur illum, cum venerit in gloria
 Patris sui*. [D] Quin et Irenaeus libro tertio, capite vigesimo, ad eundem modum
 LB 186 abutitur | *confusus* et 'confundi'. [B] Satis hic apparet *confessus* et *confitebitur*
 375 'confundor te' pro eo quod 'pudet me tui', viderint literatores.

[A]

EX CAPITE NONO

[1] Regnum Dei veniens. Ἐληλυθυῖαν, id est 'venisse'. Est enim partici-
 pium praeteriti temporis, quod vertendum erat per infinitum ob inopiam Latini
 sermonis.

380 [2] Et post dies sex. Lucas facit dies ferme octo. Marcus consentit cum
 Matthaeo in numero. [D] Hoc admonui, ne quis temere scripturam mutet; diffi-
 cultatem quaestionum explicant doctores. [A] Et duxit. Καὶ ἀναφέρει, id est
 'subducit', praesentis temporis, vt *et assumit*, παραλαμβάνει. Seorsum solos.
 Sic habebat antiquissimus codex: κατ' ἰδίαν μόνους, id est 'seorsum solos'. [B]
 385 Latina vetera consentiebant in 'seorsum', sed Paulinum habebat 'solus', Corsen-
 doncense 'solos'. [D] Itidem et Constantiense. [B] Aliquis offensus perissologia
 vocem alteram vt superuacaneam reliquit. Verum hoc modo voluit euangelista
 significare secessum vehementer secretum. [A] Et transfiguratus est. Graece
 est καὶ ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτοὺς μετεμορφώθη, id est: 'et dum orant illi, trans-
 390 figuratus est'; quanquam illud 'dum orant' in plerisque Graecorum codicibus
 non additur [B] nec a nobis est additum. [D] Apparet huc transscriptum ex
 Lucae nono; [E] quando Theophylactus nec legit nec attingit hanc particulam.

[3] [D] Splendentia et candida. Abest in Graecis coniunctio, στίλβοντα
 λευκὰ λίαν, vt intelligas ex insigni candore fuisse relucentia. Hoc et ideo visum est
 395 admonere, quo minus absurdum videatur quod in Matthaeo Graeci legunt 'vt
 lux', non 'vt nix'. [A] Qualia fullo. Poterat vitare absurditatem sermonis, si
 οἷα vertisset in aduerbium: 'quam candida reddere non potest fullo'.

[5] Et faciamus. Θέλει ποιήσωμεν, id est: 'vis faciamus'. Quanquam ple-
 raque Graecorum exemplaria consentiunt cum nostra aeditione vulgata.

400 [7] Charissimus est ἀγαπητός, id est 'dilectus' siue 'charus', nisi quod arti-
 culus additus indicat vnice dilectum, ὁ ἀγαπητός.

[11] Quid ergo dicunt. Πῶς οὖν λέγουσι, id est: 'quomodo ergo dicunt'.
 Quanquam emendati codices habebant ὅτι λέγουσιν, id est: 'quod dicunt'. Et
 mox

LB 187

406

[12] *Primo restituet omnia. Ἀποκαθιστᾶ, id est: 'restituit', prae|sentis temporis, vt referatur ad prophetiam Malachiae, quae praedixit id futurum, non ad tempus aliquod definitum; [D] et 'primum' Graecis dictum pro 'prius'.*

410

[16] [A] *Quid inter vos conquiritis. Καὶ ἐπηρώτησεν τοὺς γραμματεῖς: Τί συζητεῖτε πρὸς αὐτούς. Potest et hic sensus accipi: 'et interrogauit scribas: Quid conquiritis' siue 'disputatis aduersus illos' siue 'cum illis?' Apparet interpre-*

365 *de eo C-E: eum A B.*

372 *libro tertio, capite D: lib. tertio cap. E.*

384 *seorsum solos C-E: seorsim solos A B.*

400 *Charissimus est ἀγαπητός D E: Filius meus charissimus. ἀγαπητός A-C.*

400-402 *dilectus ... Quid D E: dilectus. Quid*

A, dilectus, vt hactenus vertit. Quid B C.

409 *αὐτούς ... et interrogauit C-E: αὐτούς. id est, (i. A) et interrogauit A B.*

366 *Theophylacti Enarr. in Mc. 8, 38-39, Migne PG 123, 577 B: "Ὁς γὰρ ἂν ἐπαισχυθῆ με, καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, ... καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπαισχυθήσεται αὐτόν.*

366 *Bedam In In Mc. expos. II, 8, 38, CCSL 120, p. 539 sq., Mc. 8, 38 is quoted as: "Qui enim me confusus erit et mea verba in generatione ista adultera et peccatrice et Filius hominis confundetur eum cum venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis". The readings "confessus fuerit" and "confitebitur" are mentioned in app. crit.*

368-369 *Gregorii Thomas Aquinas quotes freely from Greg. M. Hom. in Ev., II, 32, 5, Migne PL 76, 1236 AB, in Catena Aurea, Guarienti, I, p. 494, col. 2: "Sunt autem nonnulli qui Christum ideo confitentur, quia cunctos Christianos esse conspiciunt. Non ergo ad probationem fidei vox sufficit, quam defendit a verecundia professio generalitatis. Pacis ergo tempore est aliud, vbi ostendamus nobis. Veremur saepe a proximo despici, dedignamur iniurias verbi tolerare. Si contigerit iurgium fortasse cum proximo, erubescimus priores satisfacere: cor quippe carnale dum huius vitae gloriam quaerit, humilitatem respuit".*

369 *Augustinus Contra Adimantum, 18, CSEL 25, p. 174.*

372 *Irenaeus Haer. III, 18, 5, SC 211, p. 358: "Etenim ipse confessorum se promittebat coram Patre suo eos qui confiterentur nomen suum coram hominibus, negaturum autem eos qui negarent eum, et confusurum qui confunderentur confessionem eius".*

377 *venisse The reading of Nou. Test.*

380 *Lucas Lc. 9, 28.*

381 *Matthaeo Mt. 17, 1.*

382-386 *Et duxit ... solos Nou. Test.: "subducit eos in montem excelsum seorsim solos".*

389 *ἐν τῷ προσεύχεσθαι αὐτούς Is not included in the modern editions of NT, nor in Nou. Test., nor in the Aldina, but is mentioned in app. crit. by Tischendorf.*

392 *Lucae Lc. 9, 29: "Et facta est, dum oraret, species vultus eius altera".*

392 *Theophylactus Enarr. in Mc. 9, 1-2, Migne PG 123, 580 A.*

395 *Matthaeo Mt. 17, 2; cf. supra, p. 252, l. 507 sqq.*

398 *Θέλει ποιήσωμεν Tischendorf notes in his app. crit. θέλεις and εἰ θέλεις; Nou. Test.: "et faciamus", and, as also in the Aldina and modern editions, καὶ ποιήσωμεν.*

400 *dilectus The translation of Nou. Test. Cf. Valla, Annot., Garin, I, 827, col. 1: "Variandi gratia dixit interpretes 'charissimus' pro 'dilectus'".*

402-403 *Quid ergo ... dicunt Cf. Valla, Annot., Garin, I, 827, col. 1: "Graece non legitur 'ergo' nec 'quid', sed 'quod' seu 'quia', ὅτι λέγουσιν".*

405-407 *Primo ... prius Nou. Test.: "prius, restituit".*

406 *Malachiae Ml. 4, 5 (= 3, 23 sq.): 'Ἠλίαν ... ὃς ἀποκαταστήσει.*

408-411 *Quid ... vos Cf. Valla, Annot., Garin, I, p. 827, col. 1: "Non interrogauit Iesus discipulos, sed tantum scribas quid altercarentur. Dicitur enim Graece: 'et interrogauit scribas: quid altercamini' siue 'disputatis?' 'Apud eos' siue 'ad ipsos', hoc est: cum discipulis meis; siue 'apud ipsos', id est: 'vos ipsos', καὶ ἐπηρώτησε τοὺς γραμματεῖς: τί συζητεῖτε πρὸς αὐτούς". Nou. Test.: "Quid disputatis cum illis?"*

tem legisse πρὸς ἑαυτούς [C] siue πρὸς αὐτούς, [A] id est: ‘inter vos’. Sed alias admonuimus hanc orthographiae rationem passim negligi in Graecis codicibus.

[20] Spiritus conturbauit. Graece est εὐθέως τὸ πνεῦμα ἐσπάραξε τὸ παιδίον, id est: ‘statim spiritus discersit puerum’. Opinor interpretem legisse 415 ἐτάραξεν, ac fortasse rectius. Quanquam in plerisque exemplaribus non erat παιδίον, sed αὐτόν; apparet enim iam non fuisse puerum, cum pater respondeat hoc illi a puero accidisse; etiamsi paulo post vocat eum puerum, *pater pueri*. Elis-
sus in terram. Καὶ πεσὼν ἐπὶ τῆς γῆς, id est: ‘lapsus in terra voluebatur’.

[21] Ab infantia. Παιδιόθεν, id est ‘a puero’. Sed recte mutauit interpres, 420 nisi dicere maluisset: ‘a prima pueritia’; iam enim puer erat, cum sanaretur. [D] Et

[22] In aquam. Graecis est ‘in aquas’, εἰς ὕδατα, consentientibus et vetustis exemplaribus, nominatim Constantiensi.

[23] [A] Si potes credere. Τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. Addidit articulum, qui 425 tamen ad superiora referri potest, vt respondeat: [D] ‘Dixit [A] ei’ [D] videlicet [A] illud [D] quod audies, [A] siue ad sequentia: ‘Hoc si potes, nempe credere’. [C] Quemadmodum dicitur Graecis: τὸ ‘μηδὲν ἄγαν’ ἄγαν μὲ τέρπει. Nec enim est hic ociosus articulus qui magno consensu habetur in Graecorum exempla-
ribus.

[30] [A] Praetergrediebantur Galilaeam. Παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλι- 430
λαίας. Praepositio παρά facit, vt intelligas illos clam aut cele|riter et in transcurso
velutque obiter fecisse iter per Galilaeam, ita vt nec aperirent se vsquam nec com-
morarentur, [D] et videri poterant declinasse Galilaeam in discessu, nisi obstaret
praepositio διὰ, quae facit, vt non possit aliud accipi quam illis iter esse factum
per Galilaeam. 435

[31] [A] Filius hominis tradetur. Παραδίδοται, id est ‘traditur’, vt intel-
ligas mox futurum.

[32] [C] Et illi ignorabant verbum, et timebant interrogare. Haec 440
non habentur in aeditione Aldina. [D] Quod an casu factum sit, nescio. Poterat
videri factum ab eo, quisquis fuit, qui sibi videtur habuisse studio, vt assutis
aliunde fragmentis redderet Marci Euangelium aliquanto copiosius. Nam haec
habentur in Luca, nisi consentirent Latini codices cum Graecis.

[33] [A] Qui cum domi esset. Καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος, id est: ‘et cum
esset in domo’ siue ‘in aedibus’, non vtique suis.

[34] Quis eorum maior esset. Graece tantum est τίς μείζων, id est: ‘quis
maior’. Reliqua addita sunt explicandae rei gratia. 445

[36] Quem cum complexus esset. Καὶ ἐναγκαλισάμενος, id est: ‘cum
posuisset in vlnis’, vt solemus infantulos. Compleximur enim et eos quos in
vlnas non sumimus.

[37] Non me suscipit. Οὐκ ἐμὲ δέχεται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀποστείλαντά 450
με, id est: ‘non me recipit solum, sed eum qui me misit’. Sic habebant nonnulli
Graecorum codices, verum altera lectio mihi magis probatur. Nec enim hic nega-
tio remouet, sed corrigit magis, quasi dicas: ‘non tam me recipit quam eum qui
misit me’.

- 455 [38] [C] Et prohibuimus eum. Post haec in Graecis exemplaribus repetitur ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, id est: 'quod non sequeretur nos'. [D] Probabile est aliquem offensum iteratione sustulisse posteriorem particulam.
- LB 189 | [41] [B] Calicem aquae frigidae. *Frigidae* nec in Graecis additur exemplaribus nec apud Hieronymum in aeditione Basiliensi nec in vetustissimis exemplaribus, nominatim in Paulino, nec in Corsendoncensi [D] nec in Constantiensi [C] nec in aureo denique. [A] Non perdet mensuram suam. 'Mercedem' legendum pro 'mensura'. Atque ita scriptum est in emendationibus Latinorum exemplaribus.
- 460 [42] Mola asinaria. Graeci legunt λίθος μυλωνός, id est 'saxum molare'.
465 Apud Matthaëum erat *mola asinaria*.
- [43] Debilem. Κυλλόν. 'Cyllus' proprie Graecis dicitur cui altera manus trunca sit aut manca. Nam debilitas ad omnia membra pertinet, quemadmodum χωλός ad pedes proprie pertinet.
- 411-413 vos ... Spiritus C-E: vos. Obiurgat autem pharisaeos quod disceptarent cum turba de resurrectione. Spiritus A, vos. Obiurgat ... resurrectione. Etiam si mihi magis probatur, quod secutus est interpres. Spiritus B.
- 417 etiam si B-E: quanquam A.
- 418 terra voluebatur C D E: terram A-C.
- 420 iam enim puer D E: iam enim nihil nisi puer A-C.
- 451 sed eum E: sed et eum A-D.
- 465 erat A-D: at E.
- 466-468 Debilem ... proprie pertinet inter 463 exemplaribus et 477 Luscum posuerunt A-D.
- 468 χωλός B-E: κυλλός A.
- 411-412 vos. Sed alias ... codicibus Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX, 144 BC, makes clear that, in 1519, under the influence of Lee, Er. (v. app. crit.) added a sentence to a passage from 1516, but opted for a different wording from 1522 onwards. Cf. supra, p. 123, n.ll. 329-341.
- 413-418 Spiritus ... voluebatur Nov. Test.: "spiritus discerpebat illum. Et prolapsus in terra voluebatur spumans".
- 422 aquam Modern editions of Vg. read "aquas", like Nov. Test.
- 425 Dixit ei Vg.: "ait illi", Nov. Test.: "Dixit illi".
- 427 τὸ 'μηδὲν ... τέρπει Quotation from an epigram by Alpheus Mitylenaeus, *Anthologia Graeca*, IX, 110, ll. 1-4: Οὐ στέργω βαθυλήϊους ἀρούρας, Οὐκ ἔλθον πολύχρυσον οἶα Γύγης· Αὐτάρκους ἔραμαι βίου, Μακρῖνε, Τὸ 'Μηθὲν' γὰρ ἄγαν ἄγαν με τέρπει. Μηδὲν ἄγαν was, according to Plato, *Hipparch*. 228E, an inscription on the temple of Apollo in Delphi. Cf. *Adag.* 596, *ASD* II, 2, pp. 120-122, ll. 87-154. Liddell-Scott, s.vv. ὁ, ἦ, τό: "Τὸ ἄγαν, the sentiment 'ne quid nimis'".
- 430-435 Praeteregre diebantur ... Galilaeam Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 827, col. 1.
- 438-439 Et illi ... *Aldina* Mc. 9, 32 (in Vg. 9, 31), is not included in *Nov. Test. A* and in the *Aldina* (P^o 367 v^o, col. 1), but is included in *Nov. Test. B-E*, translated as: "At illi ignorabant quod dixerat, et timebant eum interrogare".
- 442 *Luca* Lc. 9, 45.
- 445-446 *Quis eorum ... gratia* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 827, col. 1: "Graece legitur 'quis maior' quasi quis maior caeteris; nam maior omnium non ita belle dicitur, τίς μείζων; quoniam paulopost dicitur 'erit omnium nouissimus, πάντων ἔσχατος'".
- 451 non me ... misit Nov. Test.: "non me recipit, sed eum qui misit me".
- 455-457 Et prohibuimus ... particulam Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 827, col. 1, believes that copyists left this passage out in order to avoid repetition, whereas he himself finds this repetition highly charming.
- 458 frigidae Does not occur in modern editions of Vg., nor in *Nov. Test. B-E*, but it is in *Nov. Test. A*.
- 461-464 Mercedem ... saxum molare Readings of *Nov. Test.*
- 465 Matthaëum Mt. 18, 6.

[44] Vbi vermis. Ὅπου ὁ σκώληξ. Alibi vertit 'eruginem' quod hic 'vermem'. [B] Caeterum moritur et extinguitur vtrunque praesentis temporis est Graecis. Licet in Latinis codicibus aliquot deprauare coeperint 'moriatur' et 'extinguetur'. [E] Qui ex hoc loco contendunt ignem apud inferos esse materialem, necesse est, vt fateantur illic et vermem esse materialem; quod si hic tropum admittunt vermem interpretantes remorsum conscientiae, poterant et per ignem accipere perpetuum cruciatum animae; in quem sensum hunc locum interpretatur Theophylactus.

[47] [A] Luscum. Μονόφθαλμον, id est 'vnoculum'. Quod tamen eleganter vertit hoc sane loco. 'Luscus' enim Latinis dicitur non qui strabis ac distortis sit oculis, sed qui altero careat oculorum.

LB 190 | [50] In quo illud condictetur. *Condictis* lego in vetustis codicibus, ἀρτύ-
481 σετε. Sic enim legisse videtur qui sic vertit. At aptius erat 'ipsum' quam *illud*.

LB 189F | [49] [C] Omnis enim igne salietur. Quo sermo foret mollior, nos de nostro addidimus *omnis homo*.

LB 190E | [50] [A] Si sal insulsum fuerit. Reddidit προσονομασίαν ἄλς ἀναλον, id
486 est: 'si sal sale caruerit'. | [D] Habete in vobis. *Salem* hic vsurpauit masculino genere, nihil aliud, opinor, sequutus quam dictionis euphoniā.

[A]

EX CAPITE DECIMO

[1] Vltra Iordanem. Διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰωρδάνου, quod magis sonat 'per regionem' siue 'ripam quae est vltra Iordanem'. Etiam si sensum expressit
490 interpres.

[8] Et erunt duo. Οἱ δύο, 'qui duo fuerant', vt intelligamus e duobus hominibus velut vnum fieri. Nec est in carne vna. Quod sordide quidam interpretantur de coitu, sed 'vnam', vt et alias indicauimus.

[9] Quod Deus coniunxit. Συνέζευξεν, id est 'coniugauit', si quis ad verbum malit reddere.
495

[12] Moechatur. Graece est idem verbum quod modo vertit *adulterium committit*, μοιχᾶται. Quid autem est

[11] Super eam, ἐπ' αὐτήν. Cur non potius 'aduersus illam' siue 'in illam', hoc est 'in iniuriam illius'?

[13] Offerebant illi paruulos. Παιδιά, id est 'pueros' siue 'puellos'.
500 Comminabantur. Ἐπετίμων, id est 'increpabant'. Mirum cur hanc vocem plerunque interpres gaudeat vertere *comminabantur*, etiam refragante sententia.

[14] Sinite paruulos. Τὰ παιδιά, id est 'puellos', vt modo dictum est. Nec additur apud Graecos coniunctio, nec prohibueritis. [D] Viuidius enim est
505 'sinite, ne prohibueritis'. Anadiplosis sententiae facit ad epitasin.

[15] [A] Non intrabit. Οὐ μὴ εἰσέλθῃ. Conduplicata negatio vim addit futuri, aut certe modi potentialis.

[16] Et complexans. Καὶ ἐναγκαλισάμενος, id est 'suscipiens eos in vlnas', sicut paulo ante dictum est.

- LB 191 | [17] Procurrrens. Προσδραμών, id est ‘accurrens’. Interpres nisi dormitavit,
 511 legisse videtur προδραμών, id est ‘praecurrens’. Vitam aeternam percipiam.
 Κληρονομήσω, [B] quod alias vertit *hereditabunt*.
 [18] [A] Nisi vnus Deus. Εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός, id est: ‘nisi vnus, qui est Deus’
 siue ‘nempe Deus’, vt articulus vim habeat velut interpretantis quis sit ille vnus.
 515 [19] Nec fraudem feceris. Μὴ ἀποστερήσης, id est: ‘ne fraudaueris’. [D]
 Fraudamus enim illum quem priuamus re debita. Quanquam et qui spoliat,
 Graecis ἀποστερεῖ. [B] Et

477–479 Luscum ... oculorum *inter* 468 pertinet et 464 Mola *posuerunt* A–D.
 480–481 In quo ... illud *inter* 485 caruerit et Habete *posuit* LB.
 484–485 Si sal ... caruerit *inter* 469–470 vermem et 480 In quo *posuit* A, *inter* 472 extinguetur et 480 In quo *posuerunt* B–D.
 488 Ἰωρδάνου, quod B–E: Ἰωρδάνου, i. quod

469 *Alibi ... eruginem* Mt. 6, 19 sq.
 470–476 *moritur ... Theophylactus Nov. Test.*: “non moritur et ignis non extinguetur”. The addition from 1535 offers textual similarities with *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, LB IX, 699 A–C and is therefore related to N. Beda’s criticism of *Enchir.*, Holborn, p. 120, ll. 6–10, and *Paraphr. in Mc.*, LB VII, 231 BC.
 476 *Theophylactus Enarr. in Mc.* 9, 42–49, Migne PG 123, 593 AB. Cf. Beda, *In Mc. expos.* III, 9, 44, CCSL 120, p. 554, and Ps. Hier. *Comm. in Mc.* 9, Migne PL 30, 639 B.
 477 *Luscum ... vnoculum Nov. Test.*: “bonum est (A: “tibi”), vt luscus (A: “vnoculus”) introeas in regnum Dei”.
 483 *omnis homo* The reading of *Nov. Test.*
 484–486 *Si sal ... euphoniā Nov. Test.*: “Si sal insulsus (A: “insulsum”) fuerit, per quid (A: “in quo”) ipsum condietis? Habete in vobis ipsi salem”. Modern editions of Vg. read “sal” and mention “salem” in app. crit.
 484 *προσονομασίαν* V. supra, p. 47, introd., §9.
 488–489 *per ... Iordanem Nov. Test.*: “per regionem quae est vltra Iordanem”.
 491–493 *Et erunt duo ... indicauimus* Er. does not react here to criticism expressed, as *Resp. ad annot. Ed. Lei*, LB IX, 144 sq., makes clear, by Lec. V. supra, p. 267, nn.ll. 856–879 and 874–876 ad Mt. 19, 5. Bludau, p. 51, finds this passage offensive; cf. supra, p. 75, n.ll. 221–543, ad Mt. 1, 18–22. *Nov. Test. A*: “et erunt duo in carne vnam”; B–E: “et fient duo caro vna”.

A.
 489 ripam quae D E: litus quod A–C.
 501–502 increpabant ... plerunque D E: increpabant, quod mirum cur plerunque A–C.
 504 nec E: ne A–D.
 506–508 εἰσέλθη ... Et complexans B–E: εἰσέλθη, id est non intret. Et complexans A.
 515 Nec E: Ne A–D.

496–499 *Moechatur ... illius Nov. Test.*: “adulterium committit aduersus illam”..
 500 *puellos Nov. Test. A B*: “puellos”; B–E: “pueros”.
 501 *Comminabantur ... increpabant* Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 827, col. 2, notices the same. Cf. infra p. 528, l. 209 sqq. *Nov. Test.*: “increpabant”.
 503–504 *Sinite ... prohibueritis Nov. Test.*: “Sinite pueros (A B: “puellos”) venire ad me, ne prohibete illos”. Modern editions of Vg. read “Et ne”.
 505 *Anadiplosis* V. supra, p. 44, introd., §9.
 505 *epitasin* V. supra, p. 46, introd., §9.
 507 *modi potentialis* Evidently Er. attributes a potential value to the dubitative subjunctive and to the subjunctive after οὐ μὴ. There are no parallels in ancient Latin grammar for this view; the term ‘potentialis’ does not occur there, the Greek term δυνατικός does. Er. explains in a scholium to Hier. *Epist.* 60, 7, 3: “cernas” (*CSEL* 54, p. 556, l. 15) in Hier. *Opera* (Basel 1553), I, p. 35: “δυνατικῶς dixit, id est modo potentiali; quasi dicas: ‘cernere licet’”. Cf. supra, pp. 137 and 312, ll. 647 sqq. and 54 sqq., and infra, pp. 416 and 567, ll. 686 sqq. and 261 sq.
 508 *Et complexans ... vlnas Nov. Test.*: “Et cum cepisset in vlnas”.
 512 *hereditabunt Hebr.* 6, 12.
 513–514 *Nisi ... vnus Nov. Test. A*: “Nisi vnus Deus”; B–E: “nisi vnus nempe Deus”.
 515 *ne fraudaueris Nov. Test.*: “ne fraudes”.

[21] Intuitus eum Iesus dilexit eum. Ἠγάπησεν αὐτόν. Origenes videtur legisse ἐφίλησεν, non ἠγάπησεν. Argumento est quod homilia in Matthaeum adducens hunc locum ita legit: *'dilexit eum' siue 'osculatus est eum'*. Neque enim ἠγάπησεν, [C] opinor, [B] ad osculi significationem potest pertinere. Caeterum de dilectione nec apud Matthaeum nec apud Lucam vlla fit mentio. [D] Et fieri potest, vt aliquis offensus vel ambiguitate vocis vel osculo adolescentis ex ἐφίλησεν fecerit ἠγάπησεν, quanquam et in Graecis lexicis inuenio ἀγαπάζομαι pro 'amplector', sed vt amplectimur quod probamus, velut amplectimur bonas literas. [A] Et veni, sequere me. Addunt hic Graeci codices ἄρας τὸν σταυρόν, id est 'sublata cruce', quum tamen hoc non habeatur in veteribus codicibus nec reperitur apud alios euangelistas, vt illinc huc ascriptum videri possit.

LB 192 [24] Filioli. Τέκνα, id est 'filii' siue 'nati'. Neque enim hic | est diminutivum, quemadmodum illud apud Paulum ad Galatas τεκνία μου, *filioli mei*. [B] Confidentes in pecuniis. Πεποιθότας, 'fretos' siue 'fisos'. [D] Etenim quum confidere sit idem quod fidere, tamen 'confidens' non idem valet, vt indicauit M. Tullius. Nec videtur participium, sed nomen, eoque ponitur absolute: 'homo confidens', non 'confidens mihi'. [B] Hic satis aperit quos dixerit diuites, non quibus diuitiae obuenerunt, sed qui iuxta diuitum vulgus multum tribuunt diuitiis.

[26] [A] Qui magis admirabantur. Ἐξεπλήσσοντο, id est 'obstupescabant'; [D] verbum Graecum est vehementius.

[29] [A] Aut filios. Τέκνα, id est 'liberos', [C] vt vtrunque sexum complectaris. [A] Aut patrem, aut matrem. Hoc loco Graeci codices addunt ἢ γυναῖκα, id est 'aut vxorem'. Quod tamen perperam a quopiam additum, vel hinc licet coniiicere quod mox, cum repetit res relictas, non addit vxores. Verisimile est vxoris nomen hic adiectum ex Matthaeo et Luca. Verum Marcus breuitatis studiosus sub nomine domus iudicauit contineri vxorem.

545 [40] Ad dextram meam vel ad sinistram. Vt sensus sit idem. Latinius est 'sedere mihi a dextris' et 'sedere mihi a sinistris'. Nec est in Graecis meum dare vobis, sed solum 'non est meum dare'. Consentiebat cum Graecis codex Constantiensis. Sed quibus paratum est. Sermoni parum absoluto adiecimus duo verba. Subauditur enim 'sed ii sedebunt a dextris ac sinistris mihi quibus' etc.

LB 193 | [41] Et audientes decem indignati sunt. Ἠρξάντο ἀγανακτεῖν, id est: 'coeperunt indignari'. Et sic habent vetusti codices nostri.

[42] Et principes. Καὶ οἱ μεγάλοι αὐτῶν, id est 'magni illorum'. Quod tamen haud male vertit, nisi malis dici: 'et qui magni sint inter eos' aut 'magnates illorum'.

555 [43] Fieri maior. Μέγας, id est 'magnus', et in hunc modum subinde citat Hieronymus. [B] Allusit Christus ad vitam communem hominum, inter quos magnates et optimates e sublimi despiciunt infimates nec prae se ducunt pro hominibus, cum ipsis nihil sit abiectius, si velimus hominem suis aestimare virtutibus.

560

[46] [A] Et proficiscente eo. Καὶ ἐκπορευομένου, 'egrediente eo'. Bartimaeus. *Filius Timaei* additum videri potest interpretandi causa. Nam id sonat *Bartimaeus*. Hebraeis enim בֶּרְמַי filius et Timaeus, quemadmodum et Bartholomaeus, filius Ptolemaei, conflatis diuersarum linguarum vocibus, [C] et

526-528 Et veni ... videri possit *E*: Et veni ... 527 cruce *inter* 515 fraudaueris et 517-518 Et intuitus *posuerunt* *B C*, Et veni ... 528 videri possit. *inter* 517 ἀποστειρεῖ et 517-518 Et intuitus *posuit* *D*.

529-530 Filioli ... filioli mei *E*: Filioli ... Filioli mei. etc. *A*, Filioli ... filioli mei *inter* 536 diuitiis et 537 Qui magis *posuerunt* *B-D*.

542-551 vxores ... Et audientes *E*, vxores. Et

520 *dilexit* ... *est eum* Orig. *Comm. in Mt. XV*, 14 (ad *Mt.* 19, 16-30), *GCS* 10, p. 386: "nam secundum Marcum sic dicit: 'intendens in eum' (qui dixerat: 'omnia haec seruauit a iuuentute mea') 'dilexit eum' vel 'osculatus est eum'".

526 ἄρας τὸν σταυρόν *Is* to be found in *Nov. Test.*, like in the *Aldina*, P 367 v°, col. 2, and the *Complut.*, but in modern editions of *NT* mentioned in app. crit.

529 *Filioli ... nati* *Nov. Test.*: "Fili". Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, 827, col. 2: "Non est Graece 'filioli', sed 'filii' siue 'nati', τέκνα".

530 *Paulum Gal.* 4, 19; here *Nov. Test.* contains: τέκνα (as do Wettstein and Westcott-Hort; Tischendorf, Merk and Nestle read: τέκνα), and (as also in *Vg.*) "Filioli mei".

533 *Tullius Cic. Tusc.* III, 7, 14: "Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis est. Qui autem est fidens, is profecto non extimescit; discrepat enim a timendo confidere".

539-541 *Aut filios ... vxorem* *Nov. Test.*: "aut vxorem, aut liberos". ἢ γυναῖκα, in modern editions of *NT* mentioned in app. crit., occurs in *Nov. Test.*, the *Aldina* (P 368 r°, col. 1) and the *Complut.*

542 *mox* *Mc.* 10, 30.

543 *Matthaeo et Luca* *Mt.* 19, 29 and *Lc.* 18, 29.

545-547 *Ad dextram ... dare* *Nov. Test.*: "sedere mihi a dextris ac sinistris (*A*: "sedere a dextris ac sinistris meis"), non est meum dare".

548 *absoluto* *V.* supra, p. 44, introd., §9.

552 *coeperunt indignari* The text of *Nov. Test.*

553-555 *Et principes ... illorum* *Nov. Test.*: "Et qui magnates sunt inter eas" (*A*: eos").

556-557 *Fieri maior ... magnus ... Hieronymus* Cf. supra, pp. 277 and 279, nn.ll. 128-137

audientes *A*, vxores. *A* dextris meis et sinistris meis. 545 *Vt* sensus ... 546 sinistris. 548 Sed quibus ... Et audientes *B C*, vxores. Verisimile ... 544 vxorem. *A* dextris meis et sinistris meis. 545 *Vt* sensus ... Et audientes *D*.

554 sint *D E*: sunt *A-C*.

562 additum videri potest *C-E*: additum est *A B*.

563 enim בֶּרְמַי *B-E*: בֶּרְמַי enim *A*.

and 137. Valla too, *Annot.*, Garin, 1, 827, col. 2, offered the translation "magnus". *Nov. Test.*: "fieri magnus".

558-559 *magnates ... hominibus* Cf. *Rhet. Her.* IV, 20, 28: "neminem prae se ducit hominem". The use of 'pro' with abl. instead of the predic. acc. means that something is in fact not what it should be taken for (Kühner-Stegmann, 1, 18, Anm. 5); cf. *Plaut. Stich.* 571: "sese ducit pro adulescentulo".

564-568 *et deprauata ... in me* Added in 1522 and 1527 as a result of criticism by Stun. (l. 566: "quidam"); cf. *Apolog. adv. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 67, n.l. 118 (where De Jonge quotes from his *Annotationes contra Er.*: "Soleo profecto quoties Annotationes Erasmi lego, in quibus ea pertractat quae ad Hebraicam Chaldaicamque linguam attinent, in cachinnos pene solui; adeo interdum imperite, ne dixerim ridicule, quae a suo Theseo Oecolampadio tumultuarie edoctus est, in medium profert."), and p. 114, l. 113 sqq., where Er. writes among other things: "Hic Stunica meus 'pene soluitur in cachinnos' ... Quis non inuideat felicissimo Stunicae suas delicias, suos risos, suos 'cachinnos'? Sed interim homo rerum omnium adprime doctus non intelligit 'cachinnos' hos non in me cadere, sed in Hieronymum, quem hic sequutus sum" and refers to *Hier. Comm. in Gal.* II, 4, 6 (Migne *PL* 26, 400 B). *Stun.* also observed in connection with Er.'s remark in *Annot. in Act.*, 4, 36 (*LB* VI, 453 F - 454 D): "Barnabas. Est enim vox Hebraica, בֶּרְמַי filius est", that בֶּרְמַי is not Hebrew, but Aramaic; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, p. 146, l. 716 sqq. Cf. *Rummel, Catholic Critics*, I, p. 154.

565 deprauata, ni fallor, vna aut altera literula. Caeterum quod diximus de Barti-
maeo, quidam miro cachinno prosequitur in suis annotationibus, cum id hause-
rim ex Hieronymi commentario in epistolae ad Galatas cap. 4. [D] In illum igi-
tur suos cachinnos torqueat, non in me.

[48] [A] Et comminabantur. Καὶ ἐπετίμων, id est: 'et increpabant'.

570 [49] Animaequior esto. Θάρσει, id est: 'bono animo esto' siue 'confide'.
Nec enim est comparatiuum, sed positiuum; et aliud est fidere – hoc est θαρρεῖν
– quam aequo animo esse. Aequo animo est qui boni consulit ac tolerat. Fidit cui
certa spes est.

LB 194 [50] [D] Exiliens venit. Graece non est ἐξαλλόμενος, sed ἀναστάς, id est
576 'surgens'. Nam paulo ante dictus est sedere *iuxta viam*. In | Actis, capite tertio, de
claudo legitur ἐξαλλόμενος, id est 'exiliens'. Nam ea vox ad miraculi magnitudi-
nem declarandam facit, quia qui sanabatur, adeo claudus erat, vt a baiulis gesta-
retur. Hic in oculis, non in pedibus miraculum est.

580 [51] [A] Rabboni, vt videam. Rursus Hebraeam vocem posuit, pronun-
ciatione nonnihl mutata, cum alibi 'rabbi' sit, quod Hebraeorum lingua Chal-
daeorum ac Syriacae commercio vitaretur; quemadmodum et hodie Iudaei
'rabeni' magistrum vocant, sed insignem et eminentem. Vt videam. Ἴνα ἀνα-
βλέψω, id est: 'vt visum recipiam'.

[52] Et confestim vidit. Ἀνέβλεψε, id est: 'visum recepit'.

585

EX CAPITE VNDECIMO

[1] Et cum appropinquarent Hierosolymae. Hic Graecus codex addit
Betphage, vt sint tria loca, Hierosolyma, Betphage, Bethania. Siquidem mons
Oliueti duobus passuum milibus abest ab Hierosolymis, in cuius latere est
Bethania, Betphage in ipso monte [B] sita est.

590 [3] [A] Quid facitis? Τί ποιεῖτε τοῦτο; Id est: 'Cur facitis hoc?'.

[7] Et sedit super eum. Nonnulli Graeci codices habent ἐπ' αὐτῶ, vt sit
asinus aut certe pullus asinae. Nonnulli ἐπ' αὐτήν, id est 'super illam', vt sit asina
foemina. [B] Quod posterius consentit cum Matthaeo.

595 [11] [A] Cum vespera esset hora. Ὁψίας ἤδη οὔσης τῆς ὥρας, id est:
'cum vespertinum iam esset tempus'. [C] Siquidem 'horam' Graece loquens pro
tempore posuit.

[12] [A] Et alia die. Καὶ ἐπαύριον, id est 'postridie' siue 'postero die'.

LB 195 [13] Siquid forte. Εἰ ἄρα εὐρήσει τι, id est: 'siquid inuenturus esset'.
600 Coniunctionem expletiuam vertit in *forte*, idque suo mo|re, sed nullius eruditi
hominis exemplo. Quorsum enim attinebat addere *forte*, cum Dominus plane
speraret cibum? Aut certe volebat videri sperare.

[21] Cui male dixisti. Ἦν κατηράσω, id est: 'quam deuouisti' siue 'quam
execratus es' siue 'cui male precatus es'.

605 [22] [B] Habete fidem Dei. Bona fide Graeca reddidit interpretes πίστιν
Θεοῦ. Caeterum sentit fiduciam erga Deum.

[23] [A] Tollere et mittere. Ἄρθητι καὶ βλήθητι passiva sunt imperatiui modi.

[25] Cum stabitis ad orandum. Καὶ ὅτ' ἂν στήκητε προσευχόμενοι, id est: 'cum steteritis deprecantes'. Ex quo apparet olim stantes precari solitos. [B] Peccata vestra. Augustinus libro De ciuitate Dei vigesimoprimum, capite vigesimo septimo annotauit vim et emphasisim huius pronomini *vestra*. Nam intelligi peccata non quaelibet aut quamlibet grauiā, sed eiusmodi sine quibus non viuunt etiam probi, quales tum erant apostoli quibus haec dicuntur.

[26] [A] Quodsi vos non dimiseritis. Haec in Graecis [B] plerisque [A] codicibus non adduntur. Nec Theophylactus legit aut interpretatur. Videri potest huc asscriptum ex Matthaei sexto.

569 Et comminabantur *E*: Et rursus comminabantur *A–D*.
 570 animo esto *A–D*: animo est *E*.
 587 Hierosolyma *C–E*: Hierosolymae *A*, Hierosolyme *B*.
 588 ab Hierosolymis *B–E*: a Hierosolymis *A*.
 594 vespera *E*: vesperae *A–D*.

569 *Et comminabantur ... increpabant* Cf. infra, p. 528, l. 209 sqq. *Nov. Test.*: "Et increpabant".

570 *Animaequior ... confide* Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 827, col. 2, observes that "aequanimis", not "animaequus" is customary, that the Greek does not contain a comparative and that "confide, filia" in *Mt.* 9, 22, is a better translation. *Nov. Test.*: "Bono animo esto".

574–575 *Exiliens ... surgens* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 827, col. 2. *Nov. Test.*: "surrexit et venit".

575 *Actis Act.* 3, 8.

579–584 *Rabboni ... recepit* *Nov. Test.*: "Rabboni, vt visum recipiam ... recepit visum".

587–589 *Betphage ... sita est* V. Hier. *Sit. et nom. loc. Hebr.*, Migne *PL* 23, 884 C.

590 *Cur facitis hoc* The text of *Nov. Test.*

592 *super illum* *Nov. Test.*: "super illum".

594–595 *Cum ... tempus* *Nov. Test.*: "Cum circumspexisset omnia iamque tempus esset vespertinum".

597 *Et ... die* *Nov. Test.*: "Et postero die".

598–601 *Siquid ... sperare* *Nov. Test. A*: "si forte inueniret aliquid in illa"; *B–E*: "si videlicet inuenturus esset aliquid in illa".

599 *Coniunctionem expletiuam* V. supra, p. 45, introd., §9.

602–603 *quam execratus es* The text of *Nov. Test.*

604–605 *Habete ... Deum* *Nov. Test. A*: "Habete fidem Dei"; *B–E*: "Confidite Deo".

609 deprecantes *B–E*: orantes *A*.

609 precari *B–E*: orare *A*.

614 Quodsi *E*: Quia si *A–D*.

615–617 adduntur ... Vnum *E*: adduntur. Vnum *A*, adduntur, tamen adiecimus, quod in vetustis adderentur, et in Graecis nonnullis. Vnum *B–D*.

608–611 *Cum stabitis ... vestra* *Nov. Test.*: "et cum steteritis orantes ... delicta vestra". Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 827, col. 2: "Neque eleganter dicitur 'stabitis ad orandum' neque Graeco respondet, quod ita ad verbum transfertur: 'cum steteritis orantes', ὅταν στήκητε προσευχόμενοι".

610 *Augustinus Civ.* XXI, 27: "Non enim ait Dominus, inquit: 'si dimiseritis peccata hominibus, dimittet vobis pater vester cotidiana parua peccata', sed 'Dimittet', inquit, 'vobis peccata vestra'. Qualiacumque ergo vel quantacumque sint, etiamsi cotidie perpetrentur nec ab eis vita discedat in melius commutata, per elemosynam veniae non negatae remitti sibi posse praesumunt".

611 *emphasisim* V. supra, p. 45 sq., introd., §9.

612 *eiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.

614–616 *Quodsi ... sexto* The text of *Mt.* II, 26 in *Vg.* ("Quod si vos non dimiseritis, nec Pater vester qui in caelis est dimittet vobis peccata vestra") is not to be found in *Nov. Test.* (neither in Greek nor in Latin), the *Aldina*, f° 368 v°, col. 1, or the *Complut.* In modern editions of *NT* the Greek equivalent is mentioned in app. crit.; it is quoted by Theophyl. *Enarr. in Mt.* II, 24–25, Migne *PG* 123, 617 C: Εἰ δὲ ὑμεῖς οὐκ ἀφίετε, οὐδὲ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὃ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν. Cf. *Mt.* 6, 15: ἐὰν δὲ μὴ ἀφήτε τοῖς ἀνθρώποις (*Nov. Test.* adds here τὰ παραπτώματα αὐτῶν), οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν.

[29] Vnum verbum. Ἐνα λόγον, id est ‘vnum sermonem’, potius hoc certe loco.

[30] Baptismum Ioannis. Βάπτισμα, id est ‘baptisma’ siue ‘baptismus’.
 620 Cum enim habeamus hoc ‘baptisma’ et hunc ‘baptismus’ a Graecis, quorsum
 opus erat confingere barbaram vocem, tertiam, hoc *baptismus*? Adeo nihil inter-
 esse putant quidam quomodo loquantur. [B] Huiusmodi ferme destomachatur
 hoc loco Laurentius Valla non absque causa, licet ignarus, vt apparet, Augusti-
 625 num ita frequenter loqui, et adeo frequenter, vt non queat praetexti scriptoris
 error. Sic enim loquitur tractatu in Ioannem quarto, in caput primum: *Itaque*
non durauit diu baptismum Ioannis, rursus tractatu proximo: *Illi enim nullum*
 LB 196 *baptismus erat | necessarium*, ac mox: *Quoniam ergo Ioannes acceperat baptismum,*
quod proprie Ioannis diceretur, iterum paulo inferius: *tale erat baptismum Ioannis*.
 [C] Nec alibi tamen raro idem facit. [B] Etiam si et in homiliis Origenis semel
 630 atque iterum sic positum offendimus. [D] Et apud Irenaeum, vt appareat erudi-
 tos in hoc populi imperitiae gessisse morem.

[32] [A] Timemus populum. Ἐφοβοῦντο τὸν λαόν, id est: ‘timebant popu-
 lum’. Atque ita habent vetustissimi codices Latini, [B] nominatim exemplar Pau-
 linum [D] et Constantiense. [B] In Corsendoncensi videre erat etiamnum rasurae
 635 vestigium. Offendit autem castigatorem persona dure subitoeque mutata, quasi
 vero hoc esset nouum in euangelistis. [C] Id incommodi vitari poterat, mutata
 sermonis figura: ‘metuendus est nobis populus’, aut mutata alterius verbi per-
 sona, quemadmodum nos fecimus: [D] ‘at si dixissent ex hominibus’. [A] Quia
 640 vere propheta. Ὅτι, id est ‘quod’ potius quam *quia*, et ‘fuisset’ potius quam
 esset. Opinor enim Ioannem iam fuisse mortuum, ex ipsius Marci narratione.

EX CAPITE DVODECIMO

[1] Pastinavit. Ἐφύτευσεν, id est ‘plantavit’, [D] vox a pastino dicta, quae
 declarat instrumentum bifurcum quo semina panguntur, vnde vites sterilescentes,
 quum refodiuntur, dicuntur repastinari. [A] Et fodit lacum. Ὑπολήμιον, in
 645 quod excipitur liquor vuarum.

[4] In capite vulnerauerunt. Λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, id est:
 ‘iactis lapidibus capitauerunt’, vt ad verbum reddam, hoc est: ‘comminuerunt
 caput’. Verum quoniam interpretes vidit illum redisse viuum, vertit *vulnerauerunt*,
 ne putaretur extinctus. Et contumeliis affecerunt. Καὶ ἀπέστειλαν ἡτιμω-
 650 μένον, id est: ‘remiserunt affectum contumelia’ [D] seu potius ‘ignominia’. Nam
 ‘contumelia’ magis in verbis est.

LB 197 | [6] [A] Charissimum. Ἀγαπητόν, id est ‘dilectum’. Quia reuerebuntur.
 Ἴσως ἐντραπήσονται, ‘forsitan reuerebuntur’. Quanquam nonnulli Graecorum
 codices habebant ὅτι pro ἴσως. [D] Sic enim legit Theophylactus et aeditio His-
 655 paniensis; certe Latini codices vetusti habent *quia* pro ‘forte’. [A] Quae lectio
 magis mihi probatur. Nec enim est consentaneum diffidere eum qui mittit filium
 vnicum. Et ὅτι quanquam Latine reddi non potest hoc loco, tamen apud Graecos
 vim habet confirmandi.

[11] A Domino factum est istud. *Istud* referendum est ad *caput* aut certe ad ‘angulum’, id quod sermo Graecus indicat, εἰς κεφαλὴν γωνίας παρὰ Κυρίου ἐγένετο αὕτη, id est: ‘in caput anguli. A Domino factum est hoc’, subaudi ‘caput’, nisi malis ‘angulum’, de quo dictum est in Matthaeo. [E] Illud extra controuersiam est, αὕτη Theophylacto referri ad angulum, quam interpretatur ecclesiam, quod vtrunque populum connectat in fide Christi. Hieronymus enarrans Psalmum 118., vnde hoc desumptum est testimonium, legit: *factus est iste*, vt ad lapidem et Christum referatur. [A] Mirabile. Θαυμαστή. Et hoc ad *caput* [D] siue ad ‘angulum’ [A] refertur, quemadmodum *factum est*.

[13] Vt eum caperent. Ἀγρεύωσι, id est ‘captarent’ siue ‘venarentur’. Et cur non potius ‘in sermone’ quam in verbo, cum Graeca vox ‘sermonem’ significet magis quam ‘verbum’?

617 *Vnum verbum ... sermonem Nov. Test. A:* “vnum sermonem”; B–E: “quiddam”.

619 *baptismus* The reading of *Nov. Test.*

622 *Huiusmodi V. supra*, p. 42, introd. §8b.

623 *Laurentius Valla Annot.*, Garin, 1, p. 827, col. 2: “Ita parum curae est hominibus seruare loquendi proprietatem, vt cum dicitur ‘baptismus’ et ‘baptisma’ etiam, tertium addant ‘baptismum’, vt iterum superius admonui. Graece nunc baptisma est, βάπτισμα”. Cf. p. 823, col. 2, ad *Mc.* 1, 4: “‘Baptismus’ quidam putant neutri quoque esse generis, et sic aliquando in Euangelio legunt, quasi non sufficiant ‘baptismus’ et ‘baptisma’, et quasi lingua Graeca patiatur hic dici ‘baptismum’”.

623–628 *Augustinum ... Ioannis In Tract. in Ioh.* 4, 12, and 5, 5 sq., *CCSL* 36, pp. 37 and 43 sq., Aug. always uses forms of “baptismus”.

629 *Origenis* Among other passages in *Comm. in Mt.* XIV, 15, XVI, 6 and XVII, 1, *GCS* 10, pp. 317, 482, 484 and 575.

630 *Irenaeum* According to the index in *SC* 263, pp. 293 and 210, Iren. always uses forms of “baptisma” or “baptismus”.

632–633 *timebant populum* The text of *Nov. Test.*

634 *videre erat* “It was possible to see”; cf. *Annot. in Ioh.* 5, 2, *LB* VI, 357 F: “videre est”. This construction is already to be found in antiquity; cf. Hor. *Serm.* I, 2, 101: “videre est”, and Verg. *Aen.* VI, 596, and VIII, 676: “cernere erat” (*OLD*, s.v. “sum”).

638–640 *Quia ... esset Nov. Test.*: “quod vere propheta fuisset”.

642 *plantauit* The reading of *Nov. Test.*

646–651 *In capite ... verbis est Nov. Test.*: “illi (om. C–E) coniectis in eum saxis comminuerunt (C–E: “illi”) caput, et remiserunt contumeliis affectum”.

652 *dilectum* The translation of *Nov. Test.*, as also of Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 827, col. 2.

652–655 *Quia ... forte* Modern editions of *NT* read, like *Nov. Test.*, the *Aldina* and Theophyl. *Enarr. in Mc.* 12, 1–9, Migne *PG* 123, 621 D: λέγων ὅτι ἐντραπήσονται τὸν υἱὸν μου. The *Complut.* presents this same text and, like *Vg.*: “dicens: Quia reuerbuntur filium meum”. *Nov. Test.*: “dicens, reuerbuntur filium meum”.

657 ὅτι Cf. supra, p. 110, n.ll. 41–43.

659–667 *A Domino ... factum est Nov. Test.*: “factus est (A: “in”) caput anguli, a domino factum est hoc, et est mirabile”. Cf. supra, p. 288 sqq., ll. 437–498.

662 *Matthaeo Mt.* 21, 42, cf. supra, p. 288, l. 441 sqq.

663 *Theophylacto Enarr. in Mc.* 12, 10–12, Migne *PG* 123, 624 B.

664–665 *Hieronymus ... iste Tract. in Ps.* 133, 3, *CCSL* 78, p. 292 (“Lapis quem reprobaerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli”); Ps. Hier. *Brev. in Ps.* 117, Migne *PL* 26, 1257 BC (“Lapidem quem ... anguli”). *Brev. in Ps.* 117 is included as *Comm. in Ps.* 117 in Er.’s edition of Hier.’s *Opera*, t. 8, Basel, 1516; in the 1553 edition the text is quoted on p. 175, the commentary in the left margin. “Factus est iste” does not occur in the *Thes. Hier.*

668–669 *captarent ... sermone Nov. Test.*: “captarent sermone”.

[14] Non curas quenquam. Οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός, id est: 'non est tibi curae de quoquam'; tametsi Graecis οὐδενός vel ad hominem referri potest vel ad rem, hoc est: 'non curas vllum hominem' aut 'non curas rem vllam'; quanquam quod sequitur, indicat ad hominem magis esse referendum, quod alii verum reticerent, ne quosdam offenderent. In faciem hominum. Εἰς πρόσωπον τῶν ἀνθρώπων, id est 'ad personam hominum'. Quanquam Graece πρόσωπον vtrunque significat, 'faciem' et 'personam', hoc tamen loco mollius erat 'persona' quam 'facies'; atque ita verterat eandem dictionem in Matthaeo, [D] cap. 22. [A] Licet dare tributum. Κῆνσον, id est 'censum', quae vox Latina est, vt iam indicauimus. An non dabimus. Graece est Ἐξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι ἢ οὐ; Δῶμεν ἢ μὴ δῶμεν; Id est: 'Licetne censum dare Caesari | an non? Demus an non demus?' Vrgent enim hac iteratione responsum, quasi futurum sit, vt si responderit non dandum, daturi non sint, sin dandum, daturi. [D] Hic consentiebat codex Hispaniensis cum Theophylacto, [E] licet Theophylactus non attingat hanc lectionem in commentario. Opinor hic Latinam esse veriorem. Alioqui bis idem quaeritur in priore parte, 'licet dare' et 'dabimus'. Qui deprauauit locum, non animaduertit ἢ μὴ δῶμεν habere vim potentialem, quasi dicas: 'an non debemus dare', vt respondeat illi: 'licetne dare'. Graeci nimium sibi permisissent in sacris libris, praesertim in Marco et Actis Apostolorum; tametsi scribis hoc potissimum imputandum, qui quod studiosus aliquis sibi notarant in suo codice, retulerunt in contextum.

[15] [A] Qui sciens versutiam. Ὑπόκρισιν, id est 'simulationem', quod miror quare libuerit interpreti mutare, nisi forte legit πονηρίαν.

[17] Quae sunt Dei, Deo. Haud scio casune factum sit an data opera quod Deo bis addidit articulum, Caesari nequaquam: τὰ Καίσαρος Καίσαρι, τὰ τοῦ Θεοῦ τῷ Θεῷ, tanquam Caesarem velut incertum et ignotum nominet, quod multi sint eius nominis, Deum veluti certum designet.

[18] Et venerunt super eum. Καὶ ἔρχονται πρὸς αὐτόν, id est: 'et veniunt ad eum'.

[19] Et filios non reliquerit. Τέκνα, 'liberos', nam Graeca vox etiam filias complectitur. [E] Matthaei cap. 22., quum Graeci magno consensu legant τέκνα, tamen Latini codices habent 'filium', non 'filios', quanquam ad sensum nihil refert vtrum legas. [A] Nec est suscitetur semen fratris sui, sed 'fratri suo', dandi casu, ἀδελφῷ αὐτοῦ. Semen enim appellat posteritatem siue prolem, [D] quam frater fratri suscitatur, non sibi, eo quod in mortui nomen transit quod nascitur. Hac enim ratione mortuis quodam modo adoptabantur filii.

[24] [A] Nonne ideo erratis? Οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε; 'An non igitur erratis?', vt referatur ad id quod sequitur, et sit sensus eos ob id errare, quod non intelligerent scripturas. Siquidem Pharisei errabant, non quod ignorarent scripturas, sed quod auaritia et ambitione forent excaecati. Sadducaei labeantur ob imperitiam scripturarum.

[25] Neque nubentur. Graece γαμεῖν verbum est commune et viro et mulieri. Verum de hoc dictum est in Matthaeo.

- LB 199 | [28] Conquirentes. Συζητοῦντας, id est ‘simul disputantes’.
- 715 [30] Ex tota virtute. Ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου, id est ‘ex toto robore tuo’.
- Nam ipse mox vertit *fortitudine*; virtus enim apud Latinos ambigua vox est.
- [31] [B] Simile est illi. Graece est ‘simile est illud’, καὶ δευτέρα ὁμοία αὐτῆ.
- Primum praeceptum est: *diliges Dominum Deum tuum*. Et alterum simile, videlicet hoc: *diliges proximum* etc. [D] Interpres legisse videtur ταύτη pro αὐτῆ.
- 720 [34] [A] Quod sapienter respondisset. Νουνεχῶς. Composita dictio est ab eo quod est νοῦν ἔχειν, id est ‘mentem habere’; qua periphrasi Graeci significant sapere siue cordatum esse, vnde *cordate* vertimus.
- [35] Et respondens Iesus dicebat docens. Καὶ ἀποκριθεὶς. Reperies aliquot locis hoc participium ita positum, vt sensus magis exigit ἀνακρίνομενος, id est ‘interrogans’. Nisi mauis ex hoc intelligi sermonem aliorum praecessisse, quem euangelista non retulerit.
- 725 [39] Et primos discubitus. Debat sibi constare interpres, postea quam coeperat nomina vertere in verba. Sic enim est Graece: τῶν θελότων ἐν στολαῖς περιπατεῖν καὶ ἀσπασμοὺς ἐν ἀγοραῖς καὶ πρωτοκαθεδρίας ἐν συναγωγαῖς καὶ πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δειπνοῖς, id est: ‘volentibus in stolis obambulare et salutationes in foris et praesidentias in synagogis et primos accubitus in coenis’ [E] aut

675 hominum *E*: hominis *A–D*.

678 eandem dictionem *D E*: ni fallor *A–C*.

681 censum dare Caesari an *C–E*: censum Caesari dare an *A B*.

700 reliquerit *D E*: reliqui *A–C*.

716 virtus enim ... vox est *E*: *om. A–C*, nam virtus apud Latinos ambigua vox est *D*.

720 sapienter *E*: prudenter *A–D*.

723 docens *E*: dicens *A–D*.

671–678 *Non curas ... facies Nov. Test.*: “non curas quenquam, non enim respicis personam hominum”. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 827 sq., had preferred: “Non est tibi curae de quoquam” and “in personam hominum”.

678 *Matthaeo Mt. 22, 16*.

679–685 *Licet ... commentario* ἔξεστι ... δῶμεν is the text of *Nov. Test.*, modern editions of *NT* (Merk: δοῦναι κῆρυσον), the *Aldina*, f° 368 v°, col. 1, the *Complut.*, and Theophyl. *Enarr. in Mc. 12, 13–17*, Migne *PG 123, 624 C*, and Valla, *Annot.*, Garin, 1, 828, col. 1, who translates: “licet dare censum Caesari an non? demus an non demus?”. *Nov. Test.* translates: “Licet censum Caesari dare an non? Demus an non demus?”.

687 *vim potentialem* Cf. supra, p. 409, n.l. 507.

692–693 *Qui ... mutare* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 828, col. 1, from which *Nov. Test.* derives the translation “simulationem”.

700 *Et filios ... liberos Nov. Test.*: “et liberos non relinquat”.

701 *Matthaei Mt. 22, 24*.

703–704 *suscitet ... suo Nov. Test. A*: “fratris sui”; *B–E*: “fratri suo”.

707–708 *An ... erratis Nov. Test.*: “An non propterea erratis?”

713 *Verum ... Matthaeo V. supra p. 294 sq., l. 594 sqq., ad Mt. 22, 30*.

714 *simul disputantes* The text of *Nov. Test.*

716 *fortitudine Mc. 12, 34*.

722 *cordate Nov. Test.*

723 *respondens* Cf. supra, p. 204 sq., n.l. 272–274.

730–738 *volentibus ... condemnationem Nov. Test.*: “scribis qui amant stolati (*A*: “in infulis”; *B*: “infulati”) obambulare (*A*: “ambulare”), et amant salutationes (*A*: “et salutationes”) in foris, primasque (*A*: “et primas”) sellas in congregationibus, et primos concubitos in coenis, qui deorant domos viduarum, et sub praetextu longas faciunt preces (*A*: “orationes”). isti accipient grauiorem damnationem” (*A*: “maius iudicium”). Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 828, col. 1: “qui deorantes domos viduarum et praetextu multa orantes” siue ‘et praetendentes longam precem, hi accipient amplius’ siue ‘abundantius iudicium”.

‘qui cupiunt in stolis obambulare ac salutari in foris et primas tenere cathedras in synagogis primoque loco accumbere in coenis’.

[40] [A] Qui deuant domos etc. Graeca sic habent: οἱ κατεσθίοντες τὰς οἰκίας τῶν χηρῶν καὶ προσφάσει μακρὰ προσευχόμενοι, id est: ‘deuorantes domos viduarum et praetextu longas facientes preces’ siue ‘sub praetextu prolixè precantes’. Prolixius. Περισσότερον, id est ‘abundantius’ siue ‘plus iudicii’. [B] Porro iudicium appellat condemnationem, quemadmodum frequenter accipitur in arcanis literis. Quam rem annotauit et diuus Augustinus libro De agone christiano, capite vigesimoseptimo.

[41] [A] Iactaret. Βάλλει, id est ‘mitteret’ siue ‘iaceret’. Nam iactu mittunt huiusmodi.

[42] Quod est quadrans. Graece scribens abusus est voce Latina, κοδράντης, [E] licet deprauata. [A] Et conuocans. Προσκαλεσάμενος, id est ‘aduocans’ [B] siue ‘cum ad se vocasset’.

[A]

EX CAPITE DECIMOTERTIO

[1] Quales lapides. Ποταποί. Miror cur Laurentius *quales* mutandum putarit in ‘quantos’. Ποταπός enim sonat cuiusmodi, sed ita vt non simplicem habeat interrogationem, vt ποῖος, sed admirationem potius [D] in bonam partem, velut si de ignoto scisciteris, recte dixeris: ποῖος οὗτος, sed ποταπός non recte dixeris.

[2] [A] Vide has omnes. Βλέπεις, id est ‘vides’. In nonnullis erat βλέπετε, id est ‘videtis’.

[6] [B] Dicentes quia ego sum. “Οτι ἐγώ εἰμι. Quia hoc loco tantum affirmat et ob id erat omittendum. Sermo neque ad Graecam proprietatem respondet neque ad Romanam. Potest autem bifariam accipi: ‘dicentes: Ego sum’, vt subaudias ‘Christus’, aut ‘dicentes se esse eum qui ego sum’. Incommodum vitari poterat, si vertisset ‘Dicentes: Ego sum Christus’.

[7] [A] Et opinioniones. Ἀκοάς, id est ‘rumores’. Nam ad verbum sonat auditiones.

[8] Et regnum super. Cur non potius ‘contra regnum’, sicut modo verterat? Nam eadem est praepositio Graecis, ἐπί.

[9] Videte vosmetipsos. Consentiant quidem Graeci codices, verum mutanda erat hoc loco Graeci sermonis figura: ‘cauete vos vobisipsis’. [B] Neque vero est ociosa pronominis additio, quo discernuntur discipuli a caeteris. [A] Et haud scio an scriptum fuerit a Marco ἐαυτοῖς. In conciliis. Rectius erat ‘in concilia’, εἰς συνέδρια. Et ante praesides. Καὶ ἐπὶ ἡγεμόνων καὶ βασιλέων ἀχθήσετε, id est: ‘et sub praesidibus et regibus ducemini’, vt intelligas eos ad iudices duci.

[11] Nolite praecogitare. Μὴ προμεριμᾶτε, id est: ‘ne ante sitis solliciti’ siue ‘anxii’ siue ‘ne [D] cum sollicitudine [A] praecogitetis’, id quod solent acturi causam apud principes. Quod datum vobis. “Ο ἐὰν δοθῇ, id est: ‘quod-

cunque datum fuerit'. Non enim vos estis loquentes. Οὐ γὰρ ἐστε ὑμεῖς οἱ λαλοῦντες, id est: 'non enim vos estis qui loquimini', [B] vt vertit in Matthaeo.

775 [12] [A] Et consurgent. Ἐπαναστήσονται, id est 'insurgent'.

[14] Abominationem desolationis. Τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως. Sed hoc loco addunt Graeci codices – an recte, viderint alii – τὸ ῥηθὲν ἀπὸ Δανιὴλ τοῦ προφήτου, id est 'dictum a Daniele propheta'. Apparet enim ex Matthaeo huc adiectum. Quanquam et illic ab alio quopiam additum videri poterat, [B] nisi sic ab Origene citaretur. | [A] Vbi non debet. "Ὁπου οὐ δεῖ, 'vbi non oportet'.

LB 202 781 [17] Et nutrientibus. Καὶ θηλαζούσαις, id est 'lactantibus'.

[19] Tribulationes. Θλίψεις, id est 'tribulatio, qualis non fuit'; vt sit appositio ad epitasin faciens, cum dies calamitosos calamitatem vocet. Creaturae. Κτίσεως. Vt sit verbale; quanquam reperimus hanc dictionem ancipitem in literis sacris. Aliquoties vsurpatur pro ipsa conditione seu creatione, nonnunquam pro rebus conditis. Neque fient. Οὐδὲ οὐ μὴ γένηται, id est: 'neque fiat'.

736 precatones B–E: orationes A.

737 precantes B–E: orantes A.

746 EX CAPITE DECIMOTERTIO inter 753 videtis et 759 Et opiniones posuit A.

759–760 Et opiniones ... auditiones. inter 753 videtis et 754 Dicentes posuerunt B–D.

779 videri poterat B–E: apparet A.

786 fient E: fiet A–D.

739 *Augustinus De agone christiano*, 27, 29, CSEL 41, p. 130: "Sic ergo cum dixit: 'ad iudicium non veniet', hoc dixit, quia non veniet ad damnationem".

741 *mitteret* The reading of *Nov. Test.*

742 *huiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.

744–745 *Et conuocans ... vocasset* Cf. supra, p. 259, n.l. 65o.

747–748 *Quales ... quantos* Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 828, col. I. *Nov. Test.*: "quales".

752 *Vide ... vides* *Nov. Test.*: "vides", like modern editions of *Vg.*

754–757 *Quia ... sum* Cf. supra p. 110, n.ll. 41–43. *Nov. Test.*: "dicentes: Ego sum Christus".

755 *proprietaem* V. supra, p. 48, introd., §10.

759 *opiniones* Cf. supra, p. 307, n.l. 905, ad *Mt.* 24, 6. *Nov. Test.*: "rumores".

761 *super ... contra* *Nov. Test.*: "regnum aduersus regnum".

763–764 *Videte ... vobisipsis* *Nov. Test. A*: "Cauete vobis"; B–E: "Cauete vos vobis".

766 *ἐαυτοῖς* *Nov. Test.*, like the Aldina, f^o 369 r^o I, the *Complut.* and modern editions of *NT*: βλέπετε δὲ ὑμεῖς ἑαυτοὺς.

766–767 *in concilia* The reading of *Nov. Test.*

768 *et sub ... ducemini* *Nov. Test.*: "et sub praesidibus ac regibus ducemini".

770–772 *Nolite ... principes* *Nov. Test.*: "ne praecogitetis". Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 828, col. I: "Graece est 'ne anxii sitis quid

loquamini".

772–773 *quodcunque ... fuerit* *Nov. Test.*: "quicquid datum fuerit".

773–774 *Non enim ... loquimini* *Nov. Test.*: "Non enim estis vos qui loquimini".

774 *Matthaeo Mt.* 10, 20.

775 *insurgent* The text of *Nov. Test.*

776–779 *Sed ... adiectum* Like the app. crit. of modern editions *Nov. Test.* reads here: ὑπό instead of ἀπό, and "desolationis de qua dictum est a Daniele propheta". In *Mt.* 24, 15, *Nov. Test.* reads (like modern editions): διὰ instead of ἀπό, and, like *Vg.*: "desolationis, quae dicta est a Daniele propheta".

779–780 *nisi ... citaretur* Added in 1519 under the influence of criticism by Lee; cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei*, LB IX, 146 A.

780 *Origene Comm. in Mt. series*, 40, GCS II, p. 78: "abominationem desolationis, quod scriptum est per Daniele propheta".

780 *vbi non oportet* The reading of *Nov. Test.*

781 *lactantibus* The translation of *Nov. Test.*, adopted from Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 828, col. I.

782 *Tribulationes ... fuit* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 828, col. I. *Nov. Test.*: "afflictio (B–E: "talis afflictio") qualis non fuit".

783 *epitasin* V. supra, p. 46, introd., §9.

784 *reperimus* Perfect tense; cf. supra, p. 156, l. 114 sq.

Quaquam videtur abusus tempore, vt saepe numero occurrunt huiusmodi, [D] praesertim addita gemina negatione οὐ μή.

790 [20] [A] Abbreuiasset dies. Ἐκολόβωσεν, id est ‘decurtasset’, amputata parte aliqua prioris mensurae. Nam hoc est κολοβοῦν, vt admonuimus in Matthaео.

[21] Ecce hic est. Ἴδου ὧδε ὁ Χριστός, id est: ‘ecce hic Christus’. Et *hic* aduerbium est, non nomen.

795 [32] Neque angeli in coelo. Οἱ ἐν τῷ οὐρανῷ, id est ‘qui sunt in coelo’. [C] Apud Matthaеum non est mentio Filii.

[34] [A] Potestatem cuiusque operis. Graece est ἐκάστῳ τὸ ἔργον αὐτοῦ, id est: ‘vniciuique opus suum’. [D] Caeterum in nonnullis codicibus Graecis habebatur τὴν οὐσίαν – id est ‘substantiam’ –, in aliis τὴν ἐξουσίαν – id est ‘potestatem’. Prior lectio magis congruit cum parabola quae est apud Matthaеum, de bonis in famulos distributis.

800 | [35] [A] An galli cantu. Ἀλεκτοροφωνίας, id est ‘gallicinio’. Est enim Graecis dictio composita, sicut et illa, μεσονυκτίου, quasi dicas: ‘medinocitio’.

EX CAPITE DECIMOQVARTO

805 [1] Pascha et Azyma. *Azuma* pluralis est numeri, quemadmodum dicimus: ‘Lupercalia’, ‘Saturnalia’; vnde vertere poterat ‘tempus azymorum’, [D] quo abstinebant a fermentatis. [A] Dolo tenerent. Ἐν δόλῳ κρατήσαντες ἀποκτείνωσιν, id est: ‘per dolum captum’ siue ‘comprehensum occiderent’. ‘In’ enim praepositio pro ‘per’ vsurpatur Hebraeis.

810 [2] [D] Dicebant enim. Ἐλεγον δέ, ‘dicebant autem’, quaquam id minimum refert. [A] Ne forte tumultus. Μήποτε, id est ‘ne’ aut ‘nequando’, de quo non semel iam admonuimus.

[3] Nardi spicati. ‘Pisticae’ legendum, quod nardus sit foeminini generis. Laurentius existimat pisticam vocari, probatam et spectatam, arguens diuum Augustinum, qui putet a loco dictum. Allusum autem ad fidem christianam, [C] 815 quod Graece pistis dicatur fides. [A] Interpres vertit spicatam, [C] eo [A] quod [C] nardi [A] genus quoddam vocetur spica siue spicum nardi. Theophylactus Graecus interpres, licet recentior, ambigit vtrum pistica dicatur species nardi eius cognominis an probata, velut ἄδολος, hoc est germana, nulla arte vitata. At Dioscorides complura nardorum genera commemorans quibus cognomina sint a locis 820 addita, pisticae nullam mentionem fecit, neque Plinius. Is cuius extant in Marcum Commentaria Hieronymi nomine, sed falso, belle et expedite scilicet interpretatur ‘pisticam’, hoc est ‘mysticam’. Hugo Carrensis interpretatur ‘vnguentum mixtum’, quod non solum e foliis ac radice, verumetiam e spicis nardi conflatum sit, quasi vero non longe optimum sit quod e foliis conficiatur. [D] Plinius enim 825 libro duodecimo, cap. duodecimo, tradit folium nardi in vnguentis [E] tenere principatum. [D] Quo loco licebit plura de generibus nardi discere, si cui vacat. Inibi fit mentio pseudonardi passim nascentis; hanc herbam esse puto quam

830 vulgo dicimus lauendulam, *crassiore, vt inquit, atque latiore folio et colore languido in candidum vergente*. Veram autem nardum depingit his verbis: *Frutex est graui et crassa radice, sed breui ac nigra fragilique, quamuis pingui, situm redolente vt*

812 Nardi ... legendum C–E: Nardi pistici Pistici legendum A, Nardi pistici. Pisticae legendum B.

787 *huiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.

789 *Abbrenuiasset* The reading of *Nov. Test.* Modern editions of *Vg.* read “breuiasset”.

790–791 *Matthaeo* V. supra p. 308, l. 962 sqq. ad *Mt.* 24, 22.

792 *ecce hic Christus* The reading of *Nov. Test.*

794 *Neque ... coelo* *Nov. Test.*: “ne angeli quidem (A: “nec angeli”) qui in coelo sunt”.

795 *Apud Matthaeum ... Filii* Perhaps added under the influence of N. Beda’s criticism of *Paraphr. in NT.* V. supra, p. 313, n.ll. 57–79, ad *Mt.* 24, 36.

799 *Matthaeum* *Mt.* 25, 14 sqq.; cf. supra, p. 318, l. 205 sq.

801 *gallicinio* The translation of *Nov. Test. Vg.*: “galli cantu”.

802 *μεσονυκτίου* The reading of *Nov. Test.*, the *Aldina* (f^o 369 r^o, col. 2) and the *Complut.*; modern editions read *μεσονύκτιον*.

806–807 *Dolo ... occiderent* *Nov. Instr.*: “per dolum comprehensum (A: “iniecta manu”) occiderent”; cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, 828, col. 2: “Alius forsitan ad verbum transtulisset ‘quomodo eum dolo captum’ seu ‘prehensum dolo occiderent’; nam nunc, vt multis in locis, ‘tenere’ significat capere.”, and supra, p. 263, n.l. 768.

807–808 *In’ ... Hebraeis* Cf. supra, p. 121, n.l. 283.

809 *dicebant autem* The reading of *Nov. Test.*, in imitation of Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 828, col. 2.

810–811 *ne ... admonuimus* *Nov. Test. A*: “ne quando”; *B–E*: “ne”. Cf. supra, p. 127, n.ll. 405–406, ad *Mt.* 4, 6.

812 *Nardi ... Pisticae* *Nov. Test.*: “nardi pisticae”.

813 *Laurentius* Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 828, col. 2: “‘Spicatae preciosae’ legendum est. Refertur enim non ad ‘vnguenti’, sed ad ‘nardi’, quod est foeminini: ἀλάβαστρον μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτελοῦς. Idem dico de loco apud Ioannem [*Joh.* 12, 3]: ‘Maria ergo accepit libram vngenti nardi pistici preciosi’. Sed cum fit idem vtrobique nomen, cur interpres non transtulit ‘spica-

816 Theophylactus C–E: *Vulgarius* A B.

817 species E: genus A–D.

824 foliis D E: spicis A–C.

tae’, in Ioanne non transtulit? Pisticae enim Graecum verbum est; quod Augustinus putat dictum ab aliquo loco, et ait: Pistice interpretatur fidelis a fide, quae est christiana religio, quia pistis Graece dicitur; quasi Graeci pistini appellarent tunc religionem et non probationem; vt cum dicimus: fac fidem, feci fidem, id est nardi pisticae, id est probatae et fidelis, nec dolosae. ‘Spicatae’ autem ideo transtulit interpres, quod dicitur spica nardi; vt spica Celtica, et quae preciosior est spica Indica”.

814 *Augustinum Tract. in Ioh.* 50, 6, ad *Joh.* 12, 3, *CCSL* 36, p. 435: “Vnguentum illud iustitia fuit, ideo libra fuit; erat autem vnguentum nardi pistici pretiosi. Quod ait: ‘pistici’, locum aliquem credere debemus, vnde hoc erat vnguentum pretiosum; nec tamen hoc vacat, et sacramento optime consonat. Πίστις Graece fides dicitur”.

816 *Theophylactus Enarr. in Mc.* 14, 1–5, Migne *PG* 123, 645 B: Πιστικὴν δὲ νάρδον νόει, ἥτοι εἶδος νάρδου, οὕτω λεγόμενον πιστικῆ, ἣ τὴν ἄδολον νάρδον καὶ μετὰ πίστεως κατασκευασθεῖσαν.

818–819 *Dioscorides* *Diosc. De materia medica* uses νάρδος passim in the books I and V, but never ‘nardus pistica’.

820 *Plinius* V. infra, n.l. 824.

820–822 *Is cuius ... mysticam* Ps. Hier. *Comm. in Mc.* 14, Migne *PL* 30, 652 C: “Pistica nardus dicitur, id est: mystica et pretiosa”. Cf. supra, p. 353, n.l. 49.

822 *Hugo Carrensis* Hugo de Sancto Caro, *Postilla*, ad locum: “Nardi spicati, etc. Spicata nardus dicitur mixta: quia non solum de radice sed de spicis et foliis compositum erat: quod est preciosius”.

824 *Plinius* *Nat.* XII, 12, 26, 42 (“De folio nardi plura dici par est vt principali in vnguentis. Frutex ..., vt cypiros, aspero ... celebrant”; cf. ll. 829–832), 43 (“crassiore ... vergente”, l. 828 sq.), and XXXVI, 8, 12, 60 (“Hunc ... cauant et ad vasa ... optume seruare incorrupta dicatur”; cf. ll. 836–838).

cyperi, aspero sapore, folio paruo densoque. Cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant. [E] Fieri tamen potuit, vt Marcus vulgari more loquens Latinam vocem corrupte posuerit, pisticam appellans pro spicatam. Mirum enim quam deprauate Graeci Latinorum nomina vsurpent. [D] De alabastrite lapide meminit idem lib. 36., cap. septimo. Quum enim proximo capite meminisset onychis, ita prosequitur: *Hunc alioqui lapidem alabastritem vocant, quem cauant ad vasa vnguentaria, quoniam optime ea incorrupta seruare dicitur.* Haec consentiunt cum eo quod scribit Horatius in Odis:

Nardi paruus onyx eliciet cadum.

840 Beda refert de nardo et alabastro ex his duobus Plinii locis quos indicaui, mutatis aliquot verbis, mire dissimulans autorem, quasi Plinius sit autor pudendus, praesertim quum de rebus naturalibus agitur. Quanquam fieri potest, vt Beda Plinium in spacio marginis annotarit, quemadmodum in praefatione testatur se annotasse titulos eorum e quibus hauserat quae refert. Verum hos omisit scribarum inertia. Quod idem factum est in commentariis quos aedidit in Euangelium Lucae, quum ipse lectorem aut scribam obsecret, ne has nomenclaturas omitteret. Cautius fecit Thomas Aquinas, qui in Cathena sua titulos autorum ipsi contextui admiscuit. Ex Catena videtur et Theophylactus id temporis fuisse versus, adeo conueniunt quae illic referuntur, nomini Theophylacti. Quin et illud mirandum, quum pleraque Graecorum monumenta tum in sacris literis tum in philosophicis appareat tum fuisse versa, sic interisse, vt nusquam extent. Id casu factum videri vix potest. [A] Lyranus macerat sese num herba sit nardus an frutex an paruula arbuscula.

[4] Vt quid. Εἰς τί, id est ‘ad quid’.

855 [8] [B] Praeuenit vngere corpus meum. Non est χρίσαι, quod est quocunque illitu vngere, sed μύρισαι, quod proprie est vnguentis et odoramentis vngere.

[9] [A] In memoriam eius. Εἰς μνημόσυνον αὐτῆς, id est ‘in monumentum eius’, subaudi ‘mulieris’, de quo in Matthaeo admonuimus.

860 [13] Lagenam. Κεράμιον, id est ‘vas fictile’ siue ‘aqualem fictilem’, [D] nisi quod dure hydriae siue aquali additur aquae. Mollius erit, si dicas: ‘aquae plenam’, nam aqualis est etiam vacua.

[14] [A] Vbi est refectio. Κατάλυμα. Laurentius mauult ‘diuersorium’, vt vertit apud Lucam, quanquam vtrunque vox Graeca significat.

865 [15] Coenaculum. Ἀνώγειον. Triclinium intelligit, sed lectis stratis, in quibus olim discumbebatur. Dictum est autem Graecis ἀνώγειον, quod subductius sit a solo, quod veteres in superiore aedium parte coenitarent. [D] Stratum. Post hoc in Graecis codicibus additur ἔτοιμον, id est ‘paratum’, sed aliunde, ni fallor, huc transscriptum.

LB 205 | [19] [A] Nunquid ego. Graeci sic habent: Μήτι ἐγώ; Καὶ ἄλλος· Μήτι ἐγώ;
871 Id est: ‘Nunquid ego? Et alius: Nunquid ego?’ At mihi sane videtur hoc ex interpretamento quopiam adiectum. Nam cum semel dixisset: εἰς καθ’ εἰς, quid erat

necesse addere 'et alius, et deinde alius', praesertim quum Marcus nihil aliud [B] fere [A] scripserit quam Matthaei compendium?

875 [20] Qui intingit manum. Ὁ ἐμβαπτόμενος, id est 'qui intingit'. [B] *Manum* interpres addidit de suo. [A] Atque sic habent antiquissimi codices;

841-848 pudendus ... Ex Catena E: pudendus.

Videri poterat religionis causa siluisse nomen scriptoris ethnici, nisi idem faceret Hieronymo. Quum enim quae narrat Marcus consentiant cum Matthaeo, verba Hieronymi ex commentariis in Matthaeum, transscribit in Marcum. Et hoc appellat scribere commentarios. Candidius Aquinas, qui ea quoque verba quae Beda sublegerat ex Hieronymianis commentariis, nomine Bedae

citatur. Ex Catena D.

852 Lyranus B-E: Lyra A.

853 paruula arbuscula. Vt quid D-E: parua arbuscula, de quo si dubitavit, quin potius consuluit Plinium, Dioscoridem, Theophrastum, aut si nihil aliud, certe Isidorum suum.

Vt quid C.

865 Ἄνώγειον LB Nov. Test.: ἀνώγειον A-E BAS.

866 ἀνώγειον LB Nov. Test.: ἀνώγειον A-E BAS.

838 *Horatius Carm.* IV, 12, 17.

840 Beda In *In Mc. expos.* IV, 14, 3, *CCSL* 120, p. 606, l. 438 sqq., Beda offers the quote from Plin. *Nat.* XII, 12, 26 (ll. 829-932), in *In Lc. expos.* III, 7, 36-37, *CCSL* 120, p. 166, he quotes freely from Plin. *Nat.* XXXVI, 7, 12 ("Alabastrum est genus marmoris candidi variis coloribus intertincti quod 'ad vasa vngentaria' cauare solent eo 'quod optime seruare incorrupta dicatur'"); he does not mention Plinius' name in either case. I cannot deduce from Hier. *Comm. in Mt.* IV, 26, 7, *CCSL* 77, p. 246: "Alius euangelista pro alabastro vnguenti pretiosi (quod genus est marmoris) nardum pistacum posuit, hoc est verum et absque dolo, vt fidem ecclesiae et gentium demonstraret", and Beda, *In Mc. expos.* IV, 14, 3, *CCSL* 120, p. 606: "Et hoc est quod ait Marcus, 'vnguenti nardi spicati pretiosi', quia videlicet vnguentum illud quod attulit Maria domino non solum de radice confectum nardi verum etiam quo pretiosius esset spicarum quoque et foliorum eius adiectione odoris ac virtutis illius erat accumulata gratia", what Er. wrote in 1527 (v. app. crit.).

847 *Cathena* Thomas Aquinas, *Catena Aurea*, Guarienti, I, p. 539 sq., quotes or paraphrases from Beda, *In Mc. expos.* IV, 14, 3 (*CCSL* 120, p. 606, l. 434 sqq.), Theophyl. *Enarr. in Mc.* 14, 1-5 (Migne *PG* 123, 645 B), Aug. *Cons. euang.* II, 78, 153 (*CSEL* 43, p. 257), and Ps. Hier. *Comm. in Mc.* 14 (Migne *PL* 30, 652 D).

852 *Lyranus Postilla*, ad locum: "Dicunt aliqui, quod nardus est herba faciens spicas in cacumine, de quibus extrahitur liquor optimus,

sicut aqua rosacea de rosis; et talis liquor vocatur hic unguentum. Alii dicunt quod est frutex vel arbor paruula et inde fluit vel extrahitur liquor modo praedicto".

854 *ad quid* The reading of *Nov. Test.*

859 *Matthaeo* V. supra p. 322, l. 287 sqq., ad *Mt.* 26, 13.

860-862 *Lagenam* ... *vacua* *Nov. Test.* A-C: "hydriam aquae"; D E: "hydriam fictilem aquae plenam".

862 *aqualis* ... *vacua* Cf. Plaut. *Curc.* 312: "dare aequalem cum aqua".

863 *diuersorium* In *Nov. Test.* Er. has followed the preference of Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 828, col. 2: "'Vbi est refectio mea?' Melius apud Lucam transferretur 'diuersorium'; eadem vox κατάλυμα."

864 *Lucam* *Lc.* 22, 11.

865-869 *Coenaculum* ... *transscriptum* *Nov. Test.*: "triclinium magnum stratum paratum" and (like the *Aldina*, f° 369 v°, col. 1): ἀνώγειον (the *Complut.*: ἀνώγειον, modern editions: ἀνάγειον) μέγα, ἐστρωμένον, ἔτοιμον. In *Lc.* 22, 12, ἔτοιμον is missing, both in modern editions as in *Nov. Test.*, the *Aldina* (f° 380 v°, col. 1) and the *Complut.*

870 Μήτι ἐγώ ... Μήτι ἐγώ In modern editions of *NT* mentioned in app. crit., but in *Nov. Test.* part of the Greek text and translated by: "Num ego? Et alius, num ego?"; Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 828, col. 2, also gave this reading and the translation of l. 871 sq.

873-874 *praesertim* ... *compendium* This passage gave offence to Lee; cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *LB IX*, 146 B.

876 *Manum* Is not included in *Nov. Test.*

quanquam in Matthaeo erat ἐμβαψάμενος, id est ‘qui intinxit’. [B] Nec hic necesse est accipi exacte temporis rationem. Non enim hoc expressit quid tum ageret Iudas, sed his verbis indicauit ad quantam familiaritatem admissus esset qui ex eadem patella cum Christo peteret intinctum.

880

[21] [A] Filius hominis tradetur. Παραδίδοται, id est ‘traditur’, praesentis temporis, [C] sed vsurpatum vice futuri. Sunt qui moueant scrupulum de verbo ‘trado’, cui non putant esse locum, nisi cum res in manum datur aut posteris traditur; cum ‘prodere’ sit nonnunquam ‘indicare’, nonnunquam ‘deserere’, aliquoties ‘in manum dare’, sed in malam partem.

885

[22] [A] Et benedicens fregit. Καὶ εὐλογήσας ἔκλασεν, id est: ‘cum benedixisset, fregit’, non enim simul benedixit ac fregit. Et ‘benedicere’ non est pingere gestu manus signum crucis, sed laudes Deo canere et verba boni ominis dicere. Sumite, hoc est. Graeci addunt λάβετε, φάγετε, id est: ‘sumite, edite’, quemadmodum erat in Matthaeo.

890

[24] Qui pro multis effundetur. Τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, id est: ‘qui pro multis effunditur’. Iam enim hoc repraesentabat quod paulo post esset futurum. [B] Qui tantopere asseuerant quibus verbis Christus consecrauerit, cum id nusquam expresse legatur, hunc annotent locum, quo res ita narratur, quasi Christus prius poculum porrexerit, deinde vbi bibissent, tum demum dixerit: ‘Hic est calix’ etc. [C] Sic enim habent verba euangelistae: *Et accepto calice, gratias agens dedit eis, et biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic est sanguis meus* etc. Quanquam hac in re nolim esse peruerse contentiosus, cum locus excusari possit per figuram πρωθύστερον.

895

900

 45 atque adeo Lucas ipse in Actis Apostolorum, id quod indicabimus suo loco. Quin
 et Origenis interpres vertit ad hunc modum: *Quae in nobis manifestissime sint
 ostensae*, et subiicit idem: πεπληροφορημένων, *quod vno verbo Latinus sermo non
 explicat; certa enim fide et ratione cognouerat.* Quanquam ex his verbis colligere
 licet scriptorem hunc aut paraphrasten Origenis fuisse, non interpretem, aut
 50 nonnihil addidisse de suo, quo res esset explanatior. In eandem sententiam inter-
 pretatur Theophylactus Graecus interpres recentior, sed haud quaquam malus
 mea sententia. [D] Ait enim: Πεπληροφορημένων δὲ εἶπε πραγμάτων· οὐ γὰρ
 κατὰ ψιλὴν παράδοσιν εἰσι τὰ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ’ ἐν ἀληθείᾳ καὶ βεβαίᾳ πίστει καὶ
 μετὰ πάσης πληροφοροῦσθαι. Πῶς δὲ εἰσι πεπληροφορημένα ταῦτα, εἰπέ, ὁ Λουκᾶ.
 55 Καθὼς παρέδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ’ ἀρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται τοῦ λόγου, id est: ‘Res
 autem gestas dixit πεπληροφορημένας; non enim gesta Christi simpliciter vulga-

rique more tradita sunt, sed vera firmaque fide, cum omni certitudine constant. Sed age dic Luca, vnde ista rerum certitudo? Sicut tradiderunt nobis ab initio qui ipsi ab initio spectatores ac ministri fuerunt eorum quae narrant'. [A] Indicat huiusmodi nonnihil et Ambrosius, licet obscurius, [C] scribens hunc in modum:

60 *'quae in nobis completae sunt', vel quae in nobis redundant. Quod enim redundat, nulli deficit; de completo nemo dubitat, cum fidem effectus astruat, exitus prodat.* Ac

LB 218 *mox: Ergo fundatus in petra, et qui omnem fidei sumpserit plenitudinem firmiterque constantiae, recte dicit: quae in nobis completae sunt.* Argute quidem

65 *lusit in verbis Ambrosius, sed interim gnarus Graecae linguae satis indicat vim Graecae vocis πεπληροφορημένων. Nescio an illud sit operae precium adiicere, vocem hanc et ad rem accommodari et ad personam. Nam et cui persuasum est, πληροφοροθηείς dicitur, et quorum est facta fides, πεπληροφορημένα dicuntur, [D]*

18 non iuxta perpetuam rerum gestarum seriem B-E: nullo ordine A.

36-38 πεπληροφορημένων ... vocant C-E: πεπληροφορημένων. Nam opinor Lucam ea scribere, quorum plerisque non ipse quidem interfuerit, sed quae certissima fide didicerit ab his, qui non solum testes ac spectatores fuerant earum quae commemorabant, verum etiam pars aliqua rerum gestarum. Ad eundem modum, et Vergilianus Aeneas historiam excidii Troiani narraturus sibi fidem conciliat. Quaeque ipse miserrima vidi, et quorum pars magna fui. Testes rei vocat ἀνόπτως, dictione composita ex ἀνός ipse, et ὄπτω video. Caeterum eos qui pars aliqua fuerunt rerum gestarum, vocat ὑπηρέτας, hoc est ministros. Subseruit enim qui

adiuuat in re peragenda. Porro graeci πληροφορημα vocant A, πληροφοροφημένων. Nam opinor ... fuerant eorum quae ... fui. Porro Graeci, vt modo dicere coeperam πληροφορόρημα vocant B.

42 plenissime B-E: certissime A.

44 eo E: ea A-D.

46 Origenis interpres vertit E: Origenes, siue quis alius is fuit. Nihil enim moror, cum constet ab homine erudito sumptum, vertit A-D.

46 sint E: sunt A-D.

49 paraphrasten B-E: paraphrastem A.

51 Theophylactus C-E: Vulgarius A B.

51-52 recentior ... sententia B-E: qualiscunque, sed non omnino pessimus A.

63 fundatus D E: fundatis C.

Little is known about the gospel of the Egyptians; the most important source is Clem. Al. *Strom.* III; it existed in Egypt in the second century. Schneemelcher, I, p. 174 sqq.

The gospel *secundum duodecim* is identified by the majority of the researchers with the gospel of the Ebionites. V. Schneemelcher, I, p. 300, and supra, p. 213, n.l. 486.

14 *Nicodemi* About the gospel of *Nicodemus*, little is clear. Schneemelcher, I, p. 395 sqq.

24-32 *Ambrosius* ... *prosequitur Expos. Lc., Prologus*, 4 and 7, *CCSL* 14, pp. 3 and 5.

31-32 *Fuit* ... *Zacharias Lc.* I, 5.

41-45 *Pauli* ... *Apostolorum Rom.* 4, 21, and 14, 5, *Col.* 4, 12 and 2. *Tim.* 4, 5 and 17; in *Act.* πληροφορορέω is not to be found. Forms of 'abundare' occur both in St. Paul and in *Act.*

46-48 *Origenis interpres* ... *cognouerat Orig. Hom. in Lc.* I, *GCS* 9, p. 5 sq.: "Affectum suum Lucas indicat ex sermone, quo ait: 'In nobis manifestissime sunt ostensae', id est πεπληροφορημένων, quod vno verbo Latinus sermo non explicat. Certa enim fide et ratione cognouerat neque in aliquo fluctuabat, vtrum ita esset an aliter".

51 *Theophylactus Enarr. in Lc.* I, 1-4, *Migne PG* 123, 692 B: Πεπληροφορημένων ... οὐ γὰρ ἀπλῶς κατὰ ψιλὴν ... ἀλλ' ἐν ἀληθείᾳ καὶ πίστει βεβαίᾳ καὶ μετὰ πάσης πληροφορίας ... τοῦ λόγου.

61-64 *quae ... completae sunt* *Ambr. Expos. Lc.* I, 3 sq., *CCSL* 14, p. 8 ("quae ... deficit et de completo ... prodat." and "Ergo ... fidei sumpserit plenitudinem ... completae sunt.").

quemadmodum et homini fit fides et rei fidem facimus. Suetonius suo more
 70 Graecam loquutionem referens scripsit in Tiberio: *Persuasionisque plenus cuncta
 fato agi*, velut exprimens Graecam vocem *πληροφορηθείς*.

[2] [A] Sicut tradiderunt. Vel hinc liquet Lucam [C] euangelistam ab aliis
 [A] audita scribere. Traditur enim id quod narratione transfunditur ab aliis in
 alios. Nisi sic malumus accipere, *sicut nobis tradiderunt* absolute dici, vt ipse
 75 Lucas sit e numero eorum qui *tradiderunt*, et *nobis* ad omnes referatur qui ex
 praedicatione apostolorum Christum didicerunt. Verum id vt est a nemine dic-
 tum, ita coactius est, mea quidem sententia. [B] Quorsum autem opus est hic
 laborare in probationibus, cum diuus Hieronymus in Catalogo scriptorum eccle-
 siasticorum ingenue fateatur Lucam ea stilo fuisse prosequutum quae ab aliis
 80 acceperat, sed fidei certissimae viris, hoc est: 'non a quibuslibet, sed ab iis qui
 omnibus quae narrabant, interfuissent'. Hieronymi verba super hac re subscri-
 bam, si quis forte requiret: *Et Lucam*, inquit, *non solum ab apostolo Paulo didicisse
 euangelium, qui cum Domino in carne non fuerat, sed et a caeteris apostolis. Quod
 ipse quoque in principio sui voluminis declarat: 'Sicut tradiderunt nobis qui a prin-*
 85 *cipio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis'. Igitur Euangelium, sicut audierat,
 scripsit. Acta vero Apostolorum, sicut viderat, composuit.* Et apertius etiam in prae-
 fatione quam praefixit Commentariis in Matthaenum: *Tertius*, inquit, *Lucas medi-*
cus natione Syrus Antiochensis, cuius laus in Euangelio, qui et ipse discipulus apostoli
Pauli in Achaiae Boeotiaeque partibus volumen condidit, quaedam altius repetens et,
 90 *vt ipse in prooemio confitetur, audita magis quam visa describens.* Hactenus Hiero-
 nymus. [C] Verum de hoc paulo post, per occasionem aliarum vocum, aliquanto
 plura dicemus. [B] Dubitari poterat vtro referenda esset [C] haec particula, [B]
sicut tradiderant nobis, ad superiora, vt sit sensus certitudinem persuasionis hinc
 esse quod qui ea rettulerant, non solum ipsi interfuerant ceu testes [C] ac specta-
 95 tores rerum gestarum, [B] verum ipsi quoque rerum aliquarum partem gessissent,
 an ad sequentia, vt sit sensus se quoque velle contexere Christi vitam bona fide
 quam [C] totam pleneque [B] a grauissimis autoribus didicisset. [C] Qui ab
 initio ipsi viderunt. Quod interpret circunloquutus est *qui ipsi viderant*,
 Graecis est vnica dictio *αὐτόπται*, a pronomine *αὐτός*, ipse, et *ᾶπτω*, video. Cer-
 100 tissimus enim habetur testis oculatus, vt aiunt. Hoc quoque indicio colligere licet
 Lucam non vidisse quae scribit in hoc libro, cum ipse se scriptorem fateatur, illos
αὐτόπτας, non a sese, sed ab illis auctoritatem fidemque mutuans. Caeterum eos
 qui pars aliqua fuerunt rerum gestarum, vocat *ὑπηρέτας*, hoc est 'ministros'. Sub-
 seruit enim qui adiuuat in re peragenda. *Αὐτόπται* erant, cum cernerent eiicien-
 105 tem daemonium, *ὑπηρέται*, cum soluerent Lazarum, cum et ipsi iussu Domini
 aederent miracula, cum illius causa periclitarentur. Graeci literatores vocem exis-
 timant ductam ab *ὑπό* et *ἐρέσσειν*, hoc est: ab subremigando, quod nauclero
 remiges subseruiant. Caeterum quoniam dure videbatur Latinis dici minister
 negotii non qui fuerit exequutor, sed qui partem ipse gesserit ac passus sit, malui-
 110 mus ita reddere. Ac pars aliqua fuerunt eorum quae narrabant. Sic et Vergilianus
 Aeneas sibi fidem conciliat:

*quaeque ipse miserrima vidi
et quorum pars magna fui.*

[D] Hieronymus in praefatione quam aedidit in omnia Euangelia, paulo aliter legit: *Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonem et ministraverunt ei.* [A] Neque vero quicquam ad rem facit quod argutatur Valla, hic λόγου potius vertendum fuisse *verbi* quam *sermonis*, quo commodius possit ad Christum referri. Quandoquidem hoc loco λόγον vocat ipsas res gestas quae narrantur. Qui sermonis typus in libris sacris haud quaquam est nouus. [B] Quod genus est libri Regum 3., cap. 15.: *Non declinasset ab omnibus quae praeceperat ei, cunctis diebus vitae suae, excepto sermone Vriae Ethaei.* Nihil enim hic dixisse fertur Vrias, sed

74–75 tradiderunt ... sententia C–E: tradiderunt, quanquam id mea sententia coactus est A B.

77 Quorsum C–E: Quid B.

80–82 fidei certissimae viris ... subscribam C–E: viris certissimae fidei. Sed Hieronymi super hac re verba subscribam B.

84 declarat: Sicuti C–E: declarat, dicens, Sicut B.

92 referenda C–E: referendum B.

94 interfuerant C–E: interfuisent B.

94–95 spectatores D E: testatores C.

95 verum ... gessissent C–E: verum aliquam rerum partem gessissent B.

116 quicquam C–E: proprie A.

116 quod argutatur Valla E: quod Valla cauillatur A B.

118–119 Quandoquidem ... nouus C–E: siquidem λόγον hoc loco vocat ipsas res gestas quae narrantur. Etiam si alio detorquet Ambrosius. A, siquidem ... narrantur B.

119 est libri C–E: est illud libri B.

120 Regum B: Reg. C–E.

69 *Suetonius Tib.* 69: “plenusque persuasionis cuncta fato agi”.

78–86 *Hieronymus ... composuit De vir. ill.* 7, Migne PL 23, 621 A: “Quidam suspicantur, quotiescunque in epistolis suis Paulus dicit: ‘iuxta Euangelium meum’ de Lucae significare volumine, [l. 82 sqq.] et Lucam ... declarat, dicens: ‘Sicut ... composuit’”. Cf. app. crit., ad l. 84.

87–90 *Tertius ... describens Hier. Comm. in Mt., Praefatio, CCSL* 77, p. 2.

97–98 *Qui ... viderunt Nov. Test.*: “qui ab initio suis oculis viderant”.

99–100 *Certissimus ... testis oculatus* Derived from Plaut. *Truc.* 489: “Pluris est oculatus testis vnus quam auriti decem”, quoted by Festus (p. 179 Müller) and by Er. in *Adag.* 1554, ASD II, 4, p. 60, l. 995. Cf. Otto, p. 251, N° 1274.

106–108 *Graeci ... subseruiant Etym. mag.* 780, l. 40 sqq., s.v. ὑπηρέτης: Ἐκ τῆς ὑπὸ προθέσεως καὶ τοῦ ἐρέσσειν, τὸ κωπηλατεῖν, γίνεται ὑποερέτης: ἐκβολῇ τοῦ ο, καὶ τροπῇ τοῦ Ε εἰς Η, ὑπηρέτης.

112–113 *quaeque ... fui* Verg. *Aen.* II, 5 sq.

114 *Hieronymus* Does not mention it in the

Praefatio in euangelistas ad Damasum, Migne PL 29, 557 A – 562 A, but in *Comm. in Mt., Praefatio, CCSL* 77, p. 1.

116 *Valla Annot., Garin, I, p. 829, col. 2*: “Sicut tradiderunt ... assecuto a principio omnibus diligenter ... veritatem”. Vt dixit interpres: ‘verborum’, λόγων, cur non dixit: ‘verbi’, λόγου, potius quam ‘sermonis’; cum possit referri ad Iesum qui est verbum, quem nunquam, quod memini, reperio appellatum sermonem nisi apud Lactantium, dum Graecam vocem transfert”. Pace wrote about this to Er. in Ep. 619, l. 120 sqq.: “Ego de illo λόγου quod sequitur, longe magis dubito; ad Christumne referendum sit, vt Valla sentit (quem tu cauillari dicis), an ad res gestas. Nam si ad res gestas Lucas referre voluisset, deberet potius vti numero plurali quam singulari, meo quidem iudicio, ideo quod sic magis Graece fuisset locutus. Praeterea non video cur hic locus non possit commode sic verti: ‘Sicuti tradiderunt nobis hii qui Christum viderunt eique ministrarunt’”.

120 *Regum* 3. 1. *Rg.* 15, 5 (In *Vg.* “excepto sermone Vriae” is the translation of וְיָרִיחַ רִקְיָהּ, ‘except in the matter of Uriah’).

intelligi voluit facinus nepharium quod Dauid in illum perpetrarat; cuius rumor iam peruenerat ad multos. Nec huic arbitror dissimile quod legimus apud hunc ipsum euangelistam: *videamus hoc verbum quod factum est nobis*. Sentiunt enim se
 125 velle experiri quod audierant nunciantibus angelis. Nec illepidum est quod hic philosophantur Origenes et Ambrosius, quomodo verbum, quod magis auditu
 LB 219 percipitur quam oculis, hic dica|tur cerni, propterea quod ait: *videamus*, et hic habetur ἀυτόπται τοῦ λόγου. Neque falsa est distinctio Verbi substantialis, vt appellant, quod caro factum est, et verbi quod aëris ictu pertingit ad aures.
 130 Neque non verum est factis esse praestandum quod intellectu cognoris quodque animo destinari. Nam huc detorquent illud ‘ministri verbi’. Sed tamen hoc in loco non videntur admodum tempestiua. Vbi allegoriae nubilum admittit huiusmodi coniecturas, non improbarim lectoris animum auocari similibus commentatiunculis, ne vel desperans desinat legere vel offensus absurditate sensus historici resiliat. In caeteris probarim sensum simplicissimum minimeque detortum in
 135 sacris literis. Iam quod negat Valla Christum in mysticis literis vsquam Sermone[m] dici, sed duntaxat Verbum, in promptu est refellere, cum passim reperitur non apud Lactantium modo, quem is vnum excipit, verum etiam apud Cyprianum, Hilarium, Hieronymum, Augustinum, Ambrosium, Prudentium, et his
 140 recentiores Bedam, Anselmum ac Remigium, quemadmodum satis declarauimus

122–143 perpetrarat ... Assequito C–E: perpetrarat. Etiam si alio detorquet Ambrosius. Testes rei vocat; ἀυτόπτας dictione composita ex αὐτός ipse, et, ὄπτω video. Certissimus enim habetur testis oculatus, vt aiunt. Caeterum eos qui pars aliqua fuerunt rerum

gestarum, vocat ὑπηρέτας, hoc est, ministros. Subseruit enim qui adiuuat in re peragenda. Carrensis interpretatur ministros verbi, qui non intelligunt sonum, verum etiam praestant, quod praeceptum est. Assecuto B.

124 *videamus ... nobis* Lc. 2, 15.

125–129 *Nec ... Origenes et Ambrosius ... aures* Orig. *Hom. in Lc. 2*, GCS 9, p. 7 sq. (“Et certe vox auditur potius quam videtur, sed propterea scriptum est, vt ostenderetur nobis aliis oculis ‘videre vocem Dei’, quibus illi adspiciunt, qui merentur. Porro in Euangelio non vox cernitur, sed sermo, qui voce praestantior est. Vnde nunc dicitur: ‘Sicut tradiderunt nobis qui a principio ipsi viderunt et ministri fuerunt sermonis’. Igitur apostoli ipsi viderunt sermonem, non quia adspexerant corpus Domini Saluatoris, sed quia Verbum viderant Sed absit vt quisquam incredulus sermonem Dei videat”). Ambr. *Expos. Lc. I*, 5 sqq., CCSL 14, p. 8 sqq. (e.g.: “Sed quia non prolatiuum verbum, sed substantiale signatur verbum illud quod ‘caro factum est et habitauit in nobis’ [Ioh. 1,14], non vulgare verbum, sed illud caeleste intellegamus, cui apostoli ministrarunt”).

132–136 *Vbi allegoriae ... literis* That Er. preferred a simple interpretation to an allegori-

cal one is also apparent from *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 280, ll. 25–28, *Ecl. III*, LB V, 1043 AB, and Ep. 1333, l. 398 sq. Rummel, *Annotations*, p. 62.

136–141 *Iam quod ... Valla ... Apologia ... conscripsimus* For Valla v. supra, p. 443, n.l. 116. After Er. in the 1519 edition of *Nov. Test.* translated ὁ λόγος in Ioh. 1, 1, as ‘sermo’ instead of ‘verbum’, agitation arose in Paris and Er. was attacked in Brussels and London; in Brussels by a Carmelite, probably a pupil of Nicolaas Baechem, in London by Henry Standish (1505–1518 provincial of the order of the Franciscans, c. 1508–1515 Warden of Greyfriars, the London convent of the Franciscans, from 1518 till his death in 1535 Bishop of Asaph in Wales. *Contemporaries*, 3, p. 279; cf. Ep. 1126, l. 17 sqq.). Reacting to these attacks, Er. not only added passages in 1522 in *Annot.*, h.l., ll. 122–124 (“cuius rumor ... attingemus”), and ad Ioh. 1, 1 (“Erat verbum”), LB VI, 335 sq., but also wrote the *Apologia de In principio erat sermo* (LB IX,

- 111–122); the first edition was published by D. Martens in Louvain, February 1520; an edition nearly three times as large was published by Froben in Basel in August. After this *Apologia* had been published, Er. writes that a Spanish Franciscan attacked him in the presence of the king and the queen of England (Ep. 1127^a, ll. 10–20, Allen, *Op. ep.* VIII, after p. xlv). And Thomas More defends “sermo” against the Carthusian John Batmanson in *Letter to a Monk*, *CW* 15, pp. 236–248. Later Er. returned to the subject in the controversies with N. Beda, Sutor and the Spanish monks in *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, in *Declarat. ad cens. Lutet.*, *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.* and in *Apolog. adv. monach. hisp.*, *LB IX*, 446 EF, 498 CD, 595 F – 596 E, 876 AB, 768 F, 801 F and 1048 A. Especially in the firstnamed *Apologia* (*LB IX*, 114 C – 118 F), but also in *Annot. in Ioh.* 1, 1, Er. mentions Church Fathers who use “sermo” and quotes from their works; v. infra, nn.ll. 138–140. Cf. Asso, pp. 175–225, Bludau, p. 60 sq., Henry de Vocht, *History of the Foundation and the Rise of the Collegium Trilingue Lovaniense 1517–1550* (in *Humanistica Lovaniensia*, 10–13, Louvain, 1951–1955), 1, p. 349. Boyle, p. 6 sqq., *CWE* 6, p. 307, Rummel, *Valladolid Articles*, p. 74, and *Catholic Critics*, 1, pp. 122 sqq., 128, 142, 230, n. 19, and 235, n. 53, and Homza, p. 95.
- 138 *Lactantium Inst.* IV, 8 sq., *CSEL* 19, p. 299 sq., (mentioned in *LB VI*, 336 A, quoted IX, 117 F – 118 A).
- 138–139 *Cyprianum Quir.* II, 3 and 6, *CCSL* 3, pp. 31 sq. and 37 (quoted in *LB VI*, 335 CD, and IX, 114 C – 115 A).
- 139 *Hilarium* Er. quotes from Hil. *Trin.* II, 15 (*CCSL* 62, p. 52), in *LB VI*, 335 E, and *LB IX*, 116 E – 117 A.
- 139 *Hieronymum Comm. in Eph.* I, ad *Eph.* 1, 3, and 1, 15–18, Migne *PL* 26, 475 C and 488 C (quoted in *LB VI*, 335 E–336 A, and IX, 117 EF).
- 139 *Augustinum Tract. in Ioh.* 54, 6 and 108, 3, ad *Ioh.* 12, 48 and 17, 17, *CCSL* 36, pp. 461 and 617 (quoted in *LB VI*, 335 D and IX, 115 B – D), *Trin.* I, 12, 27 and IV, 20, 27, *CCSL* 50, pp. 66 and 196 (quoted in *LB IX*, 115 DE and 119 E), *Enarr. in Ps.* 147, 22, *CCSL* 40, p. 2157 sq. (quoted in *LB IX*, 115 EF), and *Principia dialecticae*, 6, Migne *PL* 32, 1411–1413 (a free quotation from col. 1412 in *LB IX*, 120 D).
- 139 *Ambrosium* Er. mentions in *Annot. in Ioh.* 1, 1, *LB VI*, 335 F, “libro De fide aduersus Arianos, capite secundo” by Ambr. and quotes from it in *LB IX*, 117 CD; it concerns a passage of *De fide orthodoxa contra Arianos*, 2, 26 (*CCSL* 69, p. 226), attributed now to Gregorius Illiberitanus (of Elvira near Granada, † after 392). *CPL* p. 192, N° 551, Frede, p. 498 sq., and Boyle, p. 164, n. 110. In *LB IX*, 117 C – E, he also quotes *Exameron*, I, 9, 33, and II, 2, 4 (*CSEL* 32, 1, pp. 35 sq. and 44), and a *Comm. in Hebr.* that according to him is, if not by Ambr., then certainly by Remigius or someone who is his equal; it concerns quotations from *Enarrationes in epistolas Pauli*, XXVII, in *Hebr.* 4, 12 (Migne *PL* 112, 735 D – 736 D) by Rabanus Maurus, who also quotes *Ioh.* 1, 1, as “In principio erat sermo, et sermo erat apud Deum, et Deus erat sermo” in *Expositio super Ir.* V, 11 (Migne *PL* 111, 888 B).
- 139 *Prudentium Cathemerinon*, 6 (*Hymnus ante somnum*), 1–4, *CCSL* 126, p. 29 (quoted in *LB VI*, 336 A and IX, 118 AB).
- 140 *Beda In Ioh. expos.*, ad *Ioh.* 17, 17, Migne *PL* 92, 883 B: “in quibusdam codicibus etiam ibi scriptum est: ‘In principio erat sermo’”. Er. also mentions Beda in *LB VI*, 335 E. In *LB IX*, 116 C, he does not mention Beda, but Lyranus. This work is not by Beda (F. Stegmüller, *Repertorium biblicum Medii Aevi*, 2, Madrid, 1950, N° 1682, J. Machielssen, *Clavis patristica pseudepigraphorum Medii Aevi*, 2A, Turnhout, 1994, p. 453, N° 2034, and Frede, p. 322, N° 1121D). Frede ascribes this work to someone from the circle of Virgilius, bishop of Salzburg, probably c. 780.
- 140 *Anselmum* Er. also mentions him in *Annot. in Ioh.* 1, 1, *LB VI*, 335 E, and in *Apolog. adv. monach. hisp.*, *LB IX*, 1048; in *Apologia de In principio erat sermo*, *LB IX*, 118 C – E, he gives quotations from an explanation of *Ioh.* 1, 1 and 17, 17: “Sanctus Anselmus igitur enarrans hunc Euangelii locum, ‘In principio erat verbum’, scribit hunc in modum: ‘Filius verbum vocatur, quia per eum Pater mundo innouit, vel quia ipsum dicendo, id est generando, Deus Pater omnia creauit. Ipse enim est dictio, et verbum, et sermo Patris. Pater est principium, ex quo omnia; Filius est principium, per quod omnia’. Ecce vir tantus non veretur, Filium Dei vocare sermone, vocare dictionem, hoc est loquutionem Patris. Idem testatur, idem esse Filio nasci, et pronuntiari a Patre. Rursus in Ioannis caput xvii exponens hunc locum, ‘Sanctifica eos in veritate’: ‘Sic enim seruantur’ inquit, ‘ex malo, quod superius orabat vt fieret; iam erant sanctificati, qui de mundo non erant,

in Apologia quam hac de re conscripsimus, et in Euangelio secundum Ioannem carptim attingemus.

[3] [A] *Assequuto omnia. Παρηκολουθηκότι. Assequuto* non est hic accipiendum quemadmodum vtuntur Latini, quibus assecutus omnia dicitur is qui
 145 nulla in re frustratus sit, quod Graeci vocant τυχεῖν, [C] cui diuersum est ἀτυχεῖν.
 [A] Sed παρακολουθεῖν est 'assectari' et 'adesse' et 'subsequi' potius quam 'assequi'.
 Vt enim assidere dicitur literae, qui nusquam discedit a litera, ita παρακολουθεῖν
 dicitur qui, quoquo versum te conferas, adest et assectatur indiuiduus comes.
 Neque vero desunt qui [C] ex occasione huius verbi [A] sic interpretentur, Lucam
 150 ab initio interfuisse omnibus [C] quae scribit. [A] Sic enim [B] istis, opinor, [A]
 visus est sentire quisquis fuit cuius extant in Lucam commentarii Adamantii
 titulo. Verum huic interpretationi palam reclamant ea quae praecedunt [C] in
 hoc ipso sermone Lucae. [A] Quae quantumuis torqueas, obsecro, num omnibus
 155 interfuit Lucas quae narrat? Num etiam colloquio Mariae cum angelo, num spectaculo Iesu transfigurati? Quanquam si quis Origenis sermonem diligentius
 expendat, sentiet illum non hoc affirmare quod Lucas interfuerit omnibus quae

143 Παρηκολουθηκότι C-E: παρακολουθηκότι
 ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς A B.

151 quisquis fuit C-E: quisquis is fuit A B.

154-179 angelo ... epistolis E: angelo? Proinde res ipsa nos cogit, vt intelligamus Lucam non interfuisse omnibus quae memorat, sed ordine omnia prosecutum, et rerum seriem vt gestae sunt, ita narrandi ordine secutum esse, aut certe sic omnia cognouisse, ex his qui quae viderant narrabant, vt nihil praetermiserit, quod ad historiae seriem pertineret. Vtitur enim hoc verbo Paulus quoque in suis epistolis A, angelo. Quanquam si quis Origenem attentius expendat, non affirmat Lucam interfuisse iis quae narrat, sed negat ex rumore cognouisse, hoc est, dubio atque incerto autore, sed grauissimis ac certissimis testibus. Verum is sibi solet nonnunquam permittere, ad eum modum ludere in literis arcanis, et haud scio an hoc sit quod subindicat Hieronymus in praefatione, quam praefixit homiliis in Lucam a se versis, cum ait alterum in verbis ludere. Iam quod negat Valla, Christum vsquam sermonem dici, sed duntaxat verbum, promptum est refellere, cum passim reperiatur, non apud Lactantium modo, quem is vnum excipit, verum

etiam apud Hilarium, Cyprianum, Prudentium: denique hoc ipso loco, interprete Hieronymo, quod liquet ex iis quae modo ex eius catalogo retulimus: atque adeo in ipsis prophetarum oraculis. Omnipotens sermo tuus domine de regalibus sedibus venit. Neque vero libet refellere, quod hoc loco simul et Origenes, et Ambrosius philosophantur, quomodo verbum cerni dicatur, cum auribus non oculis sentiatur sermo, nisi quod, vt dixi: simplicius arbitror, hic sermonem accipi, pro rei gestae narratione. Quod genus est, videamus hoc verbum quod factum est nobis. Proinde res ipsa nos cogit, vt intelligamus Lucam non interfuisse omnibus quae memorat, sed ordine omnia persecutum, et rerum seriem vt gestae sunt, ita narrandi ordine secutum esse, aut certe sic omnia cognouisse, ex his qui quae viderant narrabant, vt nihil praetermiserit, quod ad historiae seriem pertineret. Vtitur enim hoc verbo Paulus quoque in suis epistolis B, angelo ... 157 historia, sed negat ex rumore ... autore, sed grauissimis ... 164 autores, vita ... 168 pertineret. 170 Scripsit ... epistolis C, angelo ... 164 autores, vita ... 168 pertineret. 170 Scripsit ... epistolis D.

sed orat vt in eadem sanctitate amplius proficiant, fiantque sanctiores, et liberentur a malo perfidiae, in quod Iudas proditor cecidit. Sanctificantur itaque in veritate haeredes

Noui Testamenti, id est 'in Christo', cuius veritatis vmbrae fuerunt significationes Veteris Testamenti.' Et exponit quam veritatem intelligat, dicens: 'Sermo tuus veritas est', id

est: 'ego qui sum Filius Patris, verbum Patris, sum veritas.' As Boyle, p. 164, n. 114, has also observed, these quotes are not mentioned in the edition of Anselmus' *Opera omnia* by F.S. Schmitt (Segovia, vols. 1 and 2, Edinburgh, vols. 3–6, 1938–1961). Migne *PL* 162, 1183 B, writes that the commentaries by Anselmus of Laon to *Mt.* and *Ioh.* are to be found in the editions of Anselmus of Canterbury that were published in Cologne in 1573 and 1612; these editions contain some commentaries to certain passages of *Mt.*, *Lc.* and *Ioh.*, the same as in the editions of Paris, 1549, and Cologne, 1560, but not to the chapters Er. mentions. The first quotation, "Filius ... quod omnia", occurs in Martinus Legionensis (of Leon, Spain), *Serm.* 4, 1, Migne *PL* 208, 84 CD [est between 'Filius' and 'principium' is missing]. Parts of the second quotation figure in Beda, *In Ioh. expos.*, ad *Ioh.* 17, 17, Migne *PL* 882 D – 883 B ("Sanctifica ... orauit", "in eadem proficiunt sanctitate, fiuntque sanctiores", and "Sanctificantur ... fuerant sanctificationes Veteris Testamenti", in Alcuin of York, *Comm. in Ioh.* VII, 39, ad *Ioh.* 17, 17, Migne *PL* 100, 965 CD and in Rabanus Maurus, *Hom.* 38, Migne *PL* 110, 216 D ("Sanctifica ... orauit vt fieret de malo perfidiae, in quo cecidit Iudas ... Testamenti, cuius ... sanctificationes Veteris Testamenti"). In Alcuin this quotation is followed by: "Sermo etiam tuus", inquit, 'veritas est'. Quid aliud dixit quam: 'ego veritas sum'; in Rabanus by: "Et cum sanctificantur in veritate, vti que sanctificantur in Christo, qui veraciter dixit: 'Ego sum via et veritas et vita, et veritas liberabit vos'".

140 *Remigium* Er. also mentions Remigius in *LB* VI, 335 E. In *LB* IX, 118 EF, he quotes from a work that he attributes to him. It concerns *In diuini Pauli epistolas expositio, In Hebr.* 4, 12, in Migne (*PL* 117, 849 sqq.) ascribed to Haymo Halberstatiensis († 853), but according to F. Stegmüller, *Repertorium biblicum Medii Aevi*, Madrid, 1940–1955, 3, p. 16 sqq., nos 3101–3114, probably written by Haymo of Auxerre († c. 855). Cf. Boyle, p. 164, n. 115. Valla also called Haymo Remigius (Bentley, *Humanists*, p. 60).

143–239 *Assequuto ... arrogat rebus* The additions of 1519 and 1522 were inspired by Ep. 403 by Budé; the quotations from Demosthenes (ll. 172 sq. and 175 sq.), Galenus (l. 177) and Lucianus (l. 220 sq.) and the reference to Aeschines (l. 174) are also taken from this letter; Er. reacted to it in Ep. 421

and especially in Ep. 441. Richard Pace too commented on this passage in connection with the correspondence between Budé and Er. (Ep. 619, l. 88 sqq.); cf. supra, p. 443, n.l. 116. Cf. Bludau, p. 62 sq., and Rummel, *Catholic Critics*, 1, p. 41 sqq.

147 *assidere ... literae* Cf. Plin. *Epist.* III, 5, 19: "qui tota vita litteris adsident".

149–150 *Neque vero ... scribit* The Ὑπόθεσις εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον, which Er. ascribes to Theophyl. and included in *Nov. Test.* from 1519 (*LB* VI, 215–216; cf. H. von Soden, *Die Schriften des Neuen Testaments*, Berlin, 1902, 1, p. 324), states that Luke, according to some, was one of the seventy apostles in *Lc.* 10, 1, and was one of the 'men of Emmaus' (*Lc.* 24). Theophyl. expresses a different opinion in *Enarr. in Lc.* 1, 1–4, Migne *PG* 123, 692 B. Th. Zahn, *Das Evangelium des Lucas*, Leipzig-Erlangen, 1920^{3&4}, p. 7, n. 11, refers to Adamantius (Origenes; v. infra, n.ll. 150–152), *Dialogus de recta in Deum fide*, 1, Migne *PG* 11, 1721 C: Μάρκος οὖν καὶ Λουκᾶς ἐκ τῶν οἱ ὄντες ... Euthymius Zigabenus (12th century) writes in *Comm. in Lc.* 1, Migne *PG* 129, 857 B.C., that he was a disciple of Christ and that he, according to some, belonged together with Mark to the 70 apostles. Jacobus a Voragine too, *Legenda aurea*, cap. 156 'De sancto Luca euangelista', ed. Th. Graesse (Osnabrück, 1969; reprint 1890³), p. 692, refers to this tradition: "Lucas ... fuit secundum quosdam vnus de 72 Domini discipulis. Sane cum Hieronymus dicat eum fuisse discipulum apostolorum, non Domini, et Glossa super Exod. 25. notet quod Domino praedicanti non adhaesit, sed post resurrectionem eius ad fidem venit, magis tenendum est quod non fuerit vnus de 72, licet aliqui sic fuerunt opinati."; a *Glossa interlinearis* in the *Glossa Ordinaria* (v. supra, p. 31, introd., §5) notes ad Ex. 25, 12: "pones per quatuor arcae angelos": Johannes et Matheus qui Christo praedicanti adhaeserunt. Quorum duo euangelistae in carne praedicanti adhaerebant, duo alii post resurrectionem et ascensionem Christo adhaeserunt". The tradition may be derived from Orig. *Hom. in Lc.* 1, *GCS* 9, p. 9: "Visum est et mihi ... ecclesias.", quoted infra, p. 448, l. 159 sqq., but, as Er. states, wrongly.

150–152 *Sic enim ... Adamantii titulo* Adamantius, man of steel, is the surname of Orig. which is mentioned by Eus. *H.E.* VI, 14, 10, *GCS* 2, 2, p. 552. Cf. supra, p. 195, n.ll. 57–58.

textit in historia, verum negat se carptim et ex rumore cognouisse, hoc est: dubio
 atque incerto autore, sed rem omnem ordine ex grauissimis ac certissimis testi-
 bus. Verba ipsius subscribam: *‘Visum et mihi assequuto ab initio’*. *Inculcat ac repli-*
 160 *cat, quoniam ea quae scripturus est, non rumore cognouerit, sed ab initio ipse fuerit*
consequutus. Vnde et ab apostolo merito collaudatur dicente: ‘cuius laus est in euan-
gelio per omnes ecclesias’. Hactenus ille. Certe Lucas obambulans per omnes eccle-
 sias non vidit ea quae gessit Christus, sed ab ipsis discipulis et apostolis cognouit
 ac didicit quae gesserat ac docuerat. Atque illos non esse vanos autores et vita
 165 ipsorum ac miracula declarabant. Neque tamen hoc sentio, πᾶσιν referendum ad
 personam, vt intelligamus Lucam omnibus apostolis adfuisse, sed ad rem; vt sen-
 sus sit illum omnia ordine persecutum et sic omnia cognouisse ex his qui quae
 viderant, memorabant, vt nihil praetermiserit quod ad historiae seriem pertineret.
 Augustinus libro De consensu euang. 4., cap. 8., legit *assequuto a principio omni-*
 170 *bis*, seruata constructione Graeca. Scripsit autem non *omnia*, sed *ex omnibus*, vt
 annotauit Ambrosius. Porro ne quis nobis diffidat, vsus est hoc verbo Demos-
 thenes ἐν τῷ Περὶ παραπροσβείας: ἵνα ὡς μετὰ πλείστης συγγνώμης παρ’ ὑμῶν ὁ
 τὰ τούτου πονηρέύματα εἰδὼς ἐγὼ καὶ παρακολουθηκῶς ἅπασι κατηγορῶ. Sentit
 autem non se fuisse spectatorem ac testem quae gesserat Aeschines, sed omnia
 175 peruestigasse. Idem alibi: ὑμεῖς γάρ, δικασταί, ῥῆξον παρακολουθήσετε πᾶσι τοῖς
 λεγομένοις. Sequitur enim cogitatio iudicis ordinem referentis. Et apud Galenum
 legimus παρακολουθῆσαι τινη θεωρίᾳ, quod animi contemplatio sequatur oratio-
 nem; quod non faciunt ii qui parum attentum sunt iis quae dicuntur. Vsus est ali-
 quoties hoc verbo et Paulus in suis epistolis in eundem ferme sensum, [B] velut
 180 ad Timotheum capite quarto: Ταῦτα ἐπιτιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς καλὸς ἔση διά-
 κωνος Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐντρεφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως καὶ τῆς καλῆς διδασ-
 καλίας, ἧ παρακολουθήσας, id est: ‘De his si commonefeceris fratres, bonus eris
 minister Iesu Christi, enutritus in sermonibus fidei et bonae doctrinae, quam
 vsque sequutus es’. Neque enim assentior iis qui idem putant esse Graecis παρα-
 185 κολουθεῖν et ἐπιτυχεῖν siue ἐφικνεῖσθαι. Siquidem assequimur expetita ac diffici-
 lia. Assectamur et παρακολουθοῦμεν a quibus non recedimus. Qua de re plura
 dicemus in locum Pauli quem modo adduximus. [A] Iam quod dixit: ἄνωθεν, aut
 intelligendum est ‘ab initio’ et ‘ordine’, vt intelligamus nihil praetermissum, aut
 ‘denuo’ ac ‘deintegro’, vt quod alii vel carptim vel parum certa fide narrarunt,
 190 ipse denuo plena certissimaque fide iisdem de rebus texat historiam. [B] Siqui-
 dem haec vox ἄνωθεν Graecis tria declarat, ‘desuper’ – hoc est: ‘e supernis’ –, ‘ab
 integro’ siue ‘denuo’ et ‘ab initio vsque ad finem’ siue ‘a summo vsque ad imum’.
 [A] Optime Theophile. Miror vnde Lyranus suspicatus sit Theophilum
 220 magnatam quempiam aut principem fuisse, quod Lucas | ‘optimi’ cognomen
 195 addiderit. Ita ne primates optimos vocare solemus aut num illis peculiare est opti-
 mos esse? Verum id Lyranus in aliquo legerat glossemate, quod vt legere potuit,
 ita ob inscitiam Graecae linguae intelligere non potuit. Nam apud Graecos
 κράτος robur sonat siue imperium. Et κρατεῖν est ‘vincere’ siue ‘compotem esse’;
 vnde Paulus in Actis Apostolorum Festum κράτιστον vocat, quasi dicas: ‘pluri-

- 200 mum pollentem'. Id quod attestantur et interpretes Origenes, Theophylactus, Ambrosius. Quanquam κρείττων non solum potentio-
rem, cui respondet ἥττων, verum etiam potio-
rem ac pluris faciendum, cui super-
latiui vice est κράτιστος. [B] Qui vertit homilias Origenis in Lucam, annotavit
κράτιστον significare optimum siue potentissimum. [A] Caeterum Theophilus
205 sonat amans Dei siue gratus Deo, quod vtrum proprium sit nomen an epitheton
pii lectoris, alii disputent. Ego proprium hominis vocabulum esse puto.

185 ἐφικνεῖσθαι B D E: ἀφικνεῖσθαι C, ἐφικ-
νεῖσθαι C'.

193 Lyranus B-E: Lyra A.

200 Theophylactus C-E: Vulgarius A B.

159-162 *Visum ... ecclesias* V. supra, p. 447, n.ll.
149-150.

161-162 *cuius ... ecclesias* 2. *Cor.* 8, 18.

169 *Augustinus Cons. euang.* IV, 8, 9, *CSEL* 43,
p. 404.

171 *Ambrosius Expos. Lc.* I, 11, *CCSL* 14, p. 12:
"Adsecuto itaque se non pauca dicit, sed
omnia et adsecuto omnia visum est scribere
non omnia, sed ex omnibus; non enim scrip-
sit omnia, sed adsecutus est omnia, quia
'quae fecit' inquit 'Iesus, si scribantur omnia,
nec ipsum capere mundum arbitror' [*Iob.* 21,
25]".

171-176 *Demosthenes ... λεγομένοις* Together
with Timarchos, Demosth. accused Aes-
chines in 345 B.C. of wilfully neglecting the
interests of Athens as a member of a legation
that was negotiating peace; the first quote is
from *Περὶ παραπροσβείας*, 257 (ἐν ὧς ...
πονηρεύματ' ἀκριβέστατ' εἰδῶς ... κατη-
γορώ), the second from *Πρὸς Μακάρτατον*,
2.

176 *Galenum De dignoscendis pulsibus*, II, 1, ed.
Kühn, 8, p. 826, l. 3 sq.: εἰ τῆ θεωρίᾳ δέ τις
αὐτῶν παρακολούθησειεν.

180 *Timotheum* 1. *Tim.* 4, 6, *Nov. Test.*: "De his
... bonaeque doctrinae (A: "et bona doc-
trina"), quam ... es" (*Vg.*: "Haec proponens
fratribus, bonus eris minister Christi Iesu,
enutritus verbis fidei, et bonae doctrinae,
quam assecutus es").

186-187 *Qua de re ... Pauli* V. *Annot. in* 1. *Tim.*
4, 6, *LB* VI, 937 F - 938 C.

188-189 *ab initio ... deintegro* *Nov. Test. A*: "de
integro", B-E: "ab initio".

191 ἄνωθεν Budé wrote about this in *Ep.* 403, l.
110 sq.

193 *Lyranus Postilla* ad locum: "'Optime Theo-
phile'. Ex hoc verbo dixerunt aliqui, quod

iste Theophilus fuit vir potens et princeps in
Achaia, quia Paulus tali modo loquendi vi-
tur ad Festum, *Act.* 26. f. [*Act.* 26, 25]: 'Non
insanio optime Feste'. Sed illud motium
nullum videtur, quia talis modus loquendi
proprius est ad praelatos qui alias debent
excellere in bonitate vitae. Item non est veri-
simile, quod tantus euangelista omissis epi-
scopis (ad quorum officium spectat euange-
lium scire, et de hoc alios docere) scriberet
principi seculari euangelium. Et ideo melius
videtur dicendum, quod fuit episcopus, vt
dictum est sup., et hoc videtur per hoc quod
subditur, 'Quibus eruditus es' etc. Dicit
ergo: 'optime Theophile', non quod pro ipso
solo scriberet, sed quia scripturam ei dirige-
bat pro ipsius et omnium fidelium salute".

198 κράτος ... *impertum* Cf. *infra*, p. 467, l.
604 sq.

199 *Actis Apostolorum Act.* 26, 25 (cf. *Act.* 24,
3).

200 *Origenes Hom. in Lc.* 1, *GCS* 9, p. 10: "Si
quis 'theophilus' est, iste et 'optimus' et 'for-
tissimus' est; hoc quippe significantius
Graeco sermone dicitur κράτιστος. Nemo
'theophilus' infirmus est".

200 *Theophylactus* Et. may refer to the *Vita
Sancti Lucae* by Sophronius, a kind of pre-
face to the *Enarr. in Lc.*, *Migne PG* 123, 685
C: τὸ γὰρ Κράτιστος ἐπὶ τῶν ἀρχόντων καὶ
ἡγεμόνων ἐλέγετο, ὡς καὶ ὁ Παῦλος φησι
πρὸς τὸν ἡγεμόνα Φῆστον· Κράτιστε Φῆστε.
Καὶ πᾶς δὲ ἄνθρωπος θεοφιλῆς, καὶ κράτος
κατὰ τῶν παθῶν ἀναδεξάμενος, Θεόφιλος
ἐστὶ κράτιστος.

201 *Ambrosius Explan. Ps.* 35, 19, *CSEL* 64, p.
63: "κράτιστον enim dixit Graecus vel
'potens' vel 'forte' vel 'validum'".

[4] Vt cognoscas. Ἴνα ἐπιγνῶς. Annotat hoc et Theophylactus, non dictum esse: Ἴνα γνῶς – id est: ‘cognoscas’ –, sed ἐπιγνῶς, ‘agnoscas’. Cognoscimus enim quae discimus antea nobis incognita. Agnoscimus quae prius vtcunque
 210 nouimus, velut faciem ante annos aliquot visam agnoscimus. Indicat hanc elegantiam duorum verborum et diuus Hieronymus, cum alias, tum in apologiis aduersus Rufinum. De quibus eruditus es. Περὶ ὧν κατηχήθης. Olim qui baptismatis essent candidati, [B] iis [A] tradebantur fidei christianae mysteria, sed
 215 viua voce, sine scripto, quemadmodum priscis illis theologis mos erat apud Aegyptios et apud Gallos Druidibus. Id erat initiari mysteriis, quod Paulus et Lucas vocant κατηχεῖν. Ἦχεῖν enim est voce sonare. Inde κατηχεῖν voce erudire quae scripto nolis committere. Vnde qui docebantur ad eum modum, catechumeni [B] siue κατήχητοι [A] vocabantur, qui docebant, catechistae, quos Dionysiacus interpres susceptores, [D] vt arbitror, [A] nominat, vulgo compadres dicuntur. [B] Vsurpauit hoc verbi Lucianus in Asino: Ἐμὲ δὲ ἀπέδωκεν ἀπελευθέρω
 220 τινὶ τῶν ἑαυτοῦ νεανίσκων, καὶ εἶπε κατηχεῖν, ὅσα ποιῶν μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν δυναίμην, id est: ‘me vero tradidit libertino cuiquam ex suis adolescentulis iussitque, vt doceret quae facienda essent, quibus maxime sibi voluptati esse possem’. Ridicule Lucianus facit puerum asini catechistam. Etiamsi in Actis apostolicis Lucas κατηχήθη vsurpauit pro ‘rescuiit’ siue ‘edoctus est’, non de fidei mysteriis agens, sed de praefecto praemonito. Verum ecclesia sic verbum hoc suum
 225 fecit, vt non aliter quam catechumenos vocent; etiam ii quid sit catechumenus, non intelligunt. [A] Sensus igitur hic est, [C] meo quidem iudicio, [A] vt ea quae olim catechumenus viua voce didicisti, nunc plenius ac certius scripto cognoscas. Opponit enim haec inter se ceu pugnancia γράψας et κατηχήθης. Quanquam, [B] vt dixi, [A] in Actis semel [B] atque iterum [A] vsus est hoc verbo κατηχήθη pro ‘auditum est’ simpliciter. Eruditus es, veritatem. Graecis est non ἀλήθειαν, sed ἀσφάλειαν, id est ‘certitudinem’. Nam veritas et fides constabat etiam iis quae in catechismo didicerat. Caeterum ἀσφαλές dicitur quod certum est ac tutum et
 235 in quo nullum sit lapsus aut erroris periculum. Hinc enim Graeca vox dicta est ἀσφάλλομαι, labor, et α particula priuatiua. Certius enim scimus quae scripto et ordine cognoscimus, maxime si prius eadem ab aliis audierimus aut etiam ab iisdem eadem. Quandoquidem ipsa narrationis constantia cum primis fidem arrogat rebus.

207 Theophylactus C–E: Vulgarius A B.

214–215 apud Aegyptios B–E: Aegyptiis A.

215 Druidibus E: Druidibus A B, Dryadibus C, Dryadibus D.

216 κατηχεῖν. Ἦχεῖν B–E: κατηχεῖν. Neque enim memini me hanc vocem apud vllum alium scriptorem legere, praeterquam apud Lucam hoc loco, et apud eundem semel, atque iterum in actis apostolorum, atque item apud Paulum apostolum locis compluribus, ἦχεῖν A.

218–219 Dionysiacus interpres B–E: Dionysius

A.

227 catechumenus B–E: catechuminus A.

230 κατηχήθης B–E: κατηχηθεις A.

235–236 ἀσφάλλομαι B–E: ἀσφάλλομαι A.

236 α C–E: A A B.

238–241 arrogat rebus ... De vice Abia E: arrogat rebus. Iam haec pleraque typis fuerant excusa, cum pro operis instituti ratione, veterum Theologorum commentarios excutientem et vndecunque venantem, quod ad praesens faceret negocium, Beatus ille meus Rhenanus Slestadiensis, cui iuge studium est,

in morem apiculae per omne politiorum
 10 scriptorum genus circunuolandi, et vnde-
 cunque quod ad instaurandas bonas literas
 conduit, excerpti, nec id sane minore
 iudicio, quam sedulitate, commodum sub-
 15 monuit, quod mihi sane tum temporis, hoc
 est, in prima huius operis aeditione non
 veniebat in mentem: hanc [12 sq. submo-
 nuit, hanc A, 12 sq. submonuit, quod mihi
 sane tum temporis non veniebat in mentem,
 hanc B] Lucae praefationem, et apud Guliel-
 20 mum [Guilhelmum A] Budaeum Parisien-
 sem extare, Latinitate donatam. Gaudebam
 profecto, quod tantum meae sententiae nac-
 tus essem astipulatorem. Sed rursus dole-
 bam, quod pene sero. Etenim cum amico
 25 tam docto libenter sentimus: et tanta est
 hominis in literis autoritas, vt si quid ille dis-
 sentiret, non dubitare calculum, quod
 aiunt, reducere, et recantato suffragio nostro
 in eius sententiam pedibus discedere. Quid
 30 enim eo viro in perquirendo diligentius,
 quid in iudicando acrius, aut exactius, quid
 in tradendo plenius aut vberius, quid in pro-
 nunciando incorruptius? Denique quid in

explicando castius aut politius? Vt prorsum
 alterum in hisce Cisalpinis regionibus pro-
 35 ferre non possimus, qui cunctas eruditi viri
 dotes, ac numeros omnes tam absolute praes-
 titerit. Quanquam idem subinde maior
 seipso nobis prodit, ipse sui victor, quod qui-
 dem victoriae genus Plato putat omnium
 40 esse pulcherrimum. Etenim cum in placitis
 philosophorum, in quibus vertendis primum
 ingenii sui specimen aedidit, omnes a tergo
 reliquerit, mox in annotationibus, quas
 scripsit in Pandectas Iuris Ciuilis, dictu
 45 mirum quanto interuallo seipsum superarit.
 Ac rursus in libro de asse et partibus eius,
 deum immortalem quantum addidit, tum
 eruditionis, tum iudicii, tum eloquentiae, vir
 nimirum dignus, qui non vnus hominis
 50 aetatem duret bonis literis, quae illi ob id
 quoque magis debent quod gratis ab eo [ab
 illo A] coluntur. Quid dixi gratis [gratis dico
 A]? Imo magno tum valetudinis, tum rei
 familiaris [magno rei familiaris A B] dispen-
 55 dio, nec id sane citra taedium odiose iugi-
 terque reclamantium et obstrepentium, affi-
 nium, cognatorum, collegarum [affinium, et

207 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 1, 1–4, Migne
 PG 123, 692 C.

208 *agnoscas* The reading of *Nov. Test.*

211 *Hieronymus Comm. in Eph.* II, 4, ad *Eph.* 4,
 16, Migne PL 26, 534 D–535 C, and *Apolog.*
c. Ruf. I, 26, CCSL 79, p. 26, ll. 13–15.

218–228 *sive ... intelligunt* The additions are
 inspired by Budé; v. Ep. 403, l. 117 sq. Cf.
 Rummel, *Catholic Critics*, 1, p. 42 sq.

218 *quos* Functions as object of “nominat” and
 subject of “dicuntur”; cf. supra, p. 61, n.l.
 165.

218–219 *Dionysiacus interpres* Pseudo-Dionysius
 Areopagita, *De ecclesiastica hierarchia*, 2, 2
 sqq., Migne PG 3, 413 sqq.; in the edition of
 Dionysius’ *Opera* (Strasbourg, 1503, reprint
 Frankfurt am Main, 1970), f° 24 r° sqq.,
 ἀνάδοχος is translated as “susceptor”. Cf.
Antibarb., ASD I, 1, p. 126 sq., n.ll. 25–26.
 Actually, Er. notes in *Annot. in Act.* 17, 34,
 LB VI, 503 C–F, and *Paraphr. in NT*, LB
 VII, 849–850, l. 38 sqq., that the author of
De ecclesiastica hierarchia according to schol-
 ars is more recent than Dionysius Areopa-
 gita; from *Supputat. error. in cens. N. Bedae*
 and *Declarat. ad cens. Lutet.*, LB IX, 506 A,
 675 E – 676 B and 916 E – 917 C, it appears
 that Er. was attacked for this by Clithoveus,
 N. Beda and the Paris Faculty of Theology,
 and that by scholars he meant Valla and

Grocinus (v. infra, p. 609).

219 *compates* Like “susceptor” usually i.c. ‘god-
 father’; among other texts *Paraphr. in Mt.*,
 LB VII, f° **3 v°, l. 43; cf. *ThLL* 3, col. 2024,
 and *LLNMA* 2, p. 679 sq.

220 *hoc verbi* Cf. supra, p. 42, introd. §8b.

220 *Lucianus Asin.* 48.

225 *Lucas Act.* 18, 25; κατηχημένος, 21, 21: κα-
 τηχηθήσαν, 21, 24: κατήχηνται.

232–233 *Graecis ... certitudinem* Cf. Valla,
Annot., Garin, 1, p. 829, col. 2: “Neque est
 Graece ‘veritatem’, sed vt sic dicam ‘certitu-
 dinem’, ἀσφάλειαν”. *Nov. Test.*: “certitudi-
 nem”.

238–239 *fidem arrogat* Cf. supra, p. 101, n.ll.
 813–814.

238–241 *arrogat rebus ... De vice Abia* In the
 1535 edition a eulogy to Budé was omitted
 which Er. had included in 1516 and extended
 in 1522 and 1527 (v. app. crit.). Budé referred
 to this eulogy in his letter to Er., Ep. 403, ll.
 51–59. The relationship between Er. and
 Budé deteriorated around 1527. Er. was also
 disappointed that Budé in his *Commentarii*
linguae Graecae (1529) had not included a
 eulogy on his own writings in return for his
 praise of Budé in *Annot.*, whereas Er. had,
 in veiled terms, asked for one (Ep. 1794, ll.
 15–19). However, Er. did express praise of
 Budé as late as 1535 (Ep. 3048, ll. 20–24). Cf.

240 [D]

EX CAPITE PRIMO

[5] Fuit in diebus. 'Εγένετο, 'erat' potius. [A] De vice Abia. 'Εξ ἐφημερίας. Graeca vox euidentior est, indicans certos dies esse praescriptos in quibus certi sacerdotum ordines administrarent. Nec est vxor ei, dandi casu, sed ἀύτοῦ, id est 'illius', atque ita legitur et in Latinis codicibus emendatis. [B] Licet ad sensum nihil referat.

245

[6] [A] Sine querela. Graecis vnica dictio est, ἀμεμπτοι, quod sonat, quasi dicas: 'eiusmodi, vt de his nemo queri possit'; dicere poterat: 'inculpati' siue 'irreprehensibiles'. Nam quod mutat Valla *innoxii* siue *insontes*, mihi non perinde probatur. Maior enim quaedam laus videtur esse ἀμεμπτον esse quam innoxium. 250 Maximum enim est sic temperare mores ac vitam omnem, vt hominum etiam iudicio satisfacias, vt improbis quoque, quod in te est, placeas. Porro quod vertit

collegarum A], qui literas nullas, vel assis
faciunt, nisi vnde nonnihil accrescat arcae
60 nummariae. Aliis sane literae, et rem et
famam ac nobilitatem pepererunt. Hic
honestissimo loco natus, tum in re praeclara,
ad haec insigni munere regio iam olim [iam
olim *om. A*] cohonestatus, domesticum
65 splendorem vniuersum iuuandis et ornandis
literis impendit. Habet nimirum eam vim
insignis eruditio, vt immortalam famam
conciliet, non solum suis autoribus quamlibet
[quantumlibet *A B*] obscuris, verum etiam
70 potentissimis regibus. Quis enim est
regum omnium illustrior Homero, si verum
narrant Graeci, etiam mendico? Cui princi-
pum sua bella, triumpho, columnae, tituli,
pyramides, imagines, cerae, monumenta,
75 tantum apud vniuersos mortales peperere
nominis, quantum homini obscurissimo suae
literae? Deinde, quot is [is *om. A-C*] eximios
duces, quot optimates ac reges immortalitati
consecrauit, quorum ne nomina quidem
80 teneremus, nisi ille fidelius suis insculpsisset
libris, quam vulgus insculpit saxo aut aeri.
Atque haud scio, an vlla via praestantior ad
immortalitatem emergendi. Siquidem gloria
quae paratur opibus ac bellis, non disputabo
85 in praesentia, cuiusmodi sit, vera ne an falsa,
certe paucis hominibus plurimorum paratur
malo. Haec eos quoque nobilitat, quos carpit
ac damnat. Talem olim habuit Italia Ciceronem
ac Vergilium, nuper Theodorum
90 Gazam ac Politianum. Quorum vtrique plu-
rimis nominibus debent bonae literae: imo
totus debet orbis, illorum ingeniis non
mediocriter adiutus. Verum istis fortasse cum
literis ex aequo constat ratio, vt omnibus col-
95 latis paginis comperiatur, illos, ob rem simul

ac famam additam, non minus debere literis,
quam ipsis [illis *A-C*] debeant literae, tot
vigiliarum ac laborum nomine. Caeterum
qui suo victu ciboque, quod aiunt, negotium
agunt literarium, et priuatis commodis pro-
mouent rem omnium, nec ab illis fortunam
velut auctoramentum accipiunt, sed suam for-
tunam vltro literis prouehendis et illustrandis
impendunt, his [iis *A*] haud scio, an vlla
meritis par gratia rependi possit. Atque vti-
nam haec mens esset omnibus, vt de hac
laude luberet certare cum Italis, a quibus tot
egregiis prouocatur exemplis, potius quam
de ditione nescio qua, quae primum tanto
Christiani sanguinis emitur impendio, 110
deinde non aestimando destitutae et exhaus-
tae patriae malo, postremo incertum quam-
diu duratura, vt sunt rerum humanarum
plus quam aestuariae vices. Hic et qui vincit
et qui vincitur, nullius incommodo, sed
115 omnium bono id facit. Neque vero desunt
vbique iam gentium, qui ad hoc pulcherri-
mum certamen accingantur, verum mea sen-
tentia, nemini id cessit felicius, quam
Budaeco. Proinde cuiusmodi proceres supe-
rior aetas dedit Italiae Hermolaum Barba-
rum, et Picum Mirandulanum, eiusmodi
120 praesens aetas dedisse videtur Galliae
Budaicum, Germaniae Bilibaldum Pirchem-
erum [Birchemerum *A*] Norembergicae ciui-
tatis apud Germanos omnibus pene nomini-
bus principis senatorem. Quorum vterque
non solum domestica fortuna, ac maiorum
suorum imaginibus, verum etiam vitae ac
morum integritate rem literariam illustrant, 130
simul et commendant. Budaeanam igitur
translationem ex annotamentis illius quae
scripsit in Pandectas iuris Caesarei, non

135 grauabor hoc loco subiicere, quo maior sit
fides apud lectorem nostrae castigationi, cum
perspexerit [perspexerint *A*] vtrosque nos
non de composito, sed fortuito pene per
omnia consensisse, nimirum idem secutos
140 filium nempe rem ipsam: Quandoquidem,
inquit, multi aggressi sunt enarrationem
astruere, de rebus inter nos compertissimis,
quemadmodum tradidere nobis, qui specta-
tores ipsi fuerunt, iam inde ab initio, ministri-
145 que ipsius verbi, certum est, et mihi assec-
tatori pridem omnium assiduo, deinceps tibi
scribere, optime Theophile, vt agnoscas
eorum sermonum certitudinem, in quibus
ipse institutus es. Quod Budaeus vertit Inter
nos, Graece est, ἐν ἡμῖν, quod in vtrumuis
150 sensum accipi potest, vel inter nos, vt hic
vertit, vel in nobis, vt intelligamus certam
persuasionem non esse in quibuslibet, sed in
paucis. Caeterum [148 institutus es. Caeterum
A] quod Valla putat ἀνωθεν non sonare
155 a principio, sed altius, verum dixisset, si fuisset
ἀνώτερον. Caeterum ἀνωθεν significat a
summo initio rei cuiuspiam, quemadmodum
Christi vestis dicitur ἀνωθεν contexta, hoc est

a summo vsque ad imum, et velum templi
scissum, ἄνωθεν, hoc est, a summo. Proinde 160
Lucas summum initium vocat, quod exorsus
sit non a genealogia et natiuitate Christi, sed
ipsius etiam Ioannis: vt qui praecursor fuerit
euangelii, praecederet item in narratione. Et
165 tamen ἀνωθεν aduerbium, non potest referri
ad Verbum γράψαι, nisi repetas quod praec-
cessit, sed ad participium παρηκολούθηκότι,
vt nihil aliud sonare possit, quam ab initio
siue ordine.

EX CAPITE PRIMO

FVt in diebus. ἐγένετο, erat potius.

De vice Abia

[164 narratione. / De vice Abia *A*, 164 narra-
tione. Atque in hunc sensum fuerit commo-
dius accipere, propterea quod sequitur
ἐφεξῆς, i. ordine siue deinceps. Quanquam
hic sensus congruit, etiamsi ἀνωθεν interpre-
teris denuo. / De vice Abia *B*, narratione. Et
tamen ... ordine. / De vice Abia *C*] *A-D*.
243 certi *B-E*: certe *A*.
245 referat *C-E*: refert *B*.
249-251 laus ... Porro *B-E*: laus, esse ἀμεμπ-
των, quam esse innoxium. Porro *A*.

supra, p. 365, n.ll. 361-362. Bludau, p. 62 sq.,
Contemporaries, 1, p. 216, and Rummel,
Catholic Critics, 1, p. 41 sqq.

AC26-27 *calculus* ... *reducere* 'to take back
a move', taken from Cic. apud Non., 170,
ll. 22-24 *M* (*Hortensius*, fr. 60 Müller);
cf. *Adag.* 455, *ASD* II, 1, pp. 528-530.

AC27 *recantato suffragio* Cf. supra, p. 101,
n.ll. 825-826.

AC39 *Plato Leg.* I, 626e: Κἀνταῦθα, ὧ ζένε,
τὸ νικᾶν αὐτον αὐτον πασῶν νικῶν πρώτῃ
τε καὶ ἄριστῃ.

AC40-41 On the works by Budé, v. infra, p.
608.

AC47 *deum immortalem* V. supra, p. 115, n.l.
140.

AC71-72 *Homero* ... *mendico* Cf. *Vita Hero-
dotea*, 9 (ἄπορος ἐὼν τοῦ βίου), 11
(ἀπόρος κείμενος καὶ μόλις τὴν τροφήν
ἐχῶν) and 12, where Homer requests the
elders of Cyme to support him with state
funds using the argument that this would
make their city very famous (*Homeri
opera*, 5, Oxford, 1959, p. 197 sqq.).

AC89-90 *Theodorum Gazam* V. infra, p. 608
sq.

AC90 *Politianum* V. infra, p. 607.

AC114 *vices* 'the ups and downs'.

AC121-122 *Hermolaum Barbarum* V. infra, p.
609.

AC122 *Picum Mirandulanum* V. infra, p. 610.

AC124-125 *Bilibaldum Pirchemerum* V. infra,
p. 610 sq., s.v. Pirckheimer.

AC139-148 *Quandoquidem* ... *institutus es*.
This translation of *Lc.* 1, 1-4, has been
taken from Budé's, *Annot. in Pandectas*,
(*Omnia opera*, 3, p. 56); cf. app. crit., l. 18
sqq., ad ll. 238-241.

AC154 *Valla Annot.*, Garin, 1, p. 829, col. 2:
"neque 'a principio', sed 'altius', ἀνωθεν,
siue 'mihi repentini altius omnia'".

241 *erat* The text of *Nov. Test.*

243-244 *vxor ei* ... *illius* Cf. Valla, *Annot.*,
Garin, 1, p. 829, col. 2. *Nov. Test.*: "illius"
and, like the *Aldina*, f° 371, r°, col. 1, the
Complut. and ABC: αὐτοῦ; other modern
editions read αὐτῷ; Vg.: "illi", "illius" or
"eius".

247 *eiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.

247-248 *irreprehensibiles* The translation of
Nov. Test.

248 *Valla Annot.*, Garin, 1, p. 829, col. 2.

251 *quod in te est* "as much as in you lies"
(*OLD*, s.v. "qui, 16 b").

[7] Processissent etc. προβεβηκότας, vsitatus 'prouectae aetatis' dicimus.

[8] [D] Factum est autem. Haec orationis forma frequens est apud Lucam, quasi dicas: 'factum est, vt Petrus me inuiseret' pro eo quod erat 'accidit, vt me inuiseret'. [A] Cum sacerdotio fungeretur Zacharias. Graecis pro Zacharias est αὐτόν, quod tamen nihil refert ad sensum. [C] Nec additur in aureo codice nec in Donatianicis [D] nec in Constantiensi. Pronomen αὐτός ita reddi poterat: 'cum is sacerdotio fungeretur'. [A] Et in ordine vicis rursus est ἐφημερίας. Caeterum quod sequitur,

[9] Secundum consuetudinem sacerdotii, non est Graecis ἱερωσύνης, sed ἱερατείας, nomen ab eo verbo quod modo melius verterat *sacerdotio fungere- tur*. Potuit igitur et hic transferre 'iuxta consuetudinem functionis sacerdotalis'. | Sorte exiit. Graecis est ἔλαχεν, id est: 'sortitus est', quod interpret, ni fallor, volens dilucidius reddere periphraasi verterat *sors exiit*, quod sortibus missis in urnam sors illius aut illius exisse diceretur. Id aliquis deprauauit 'in sorte exiit'; proinde nos vertimus *sorte illi obuinit*. Alioqui Zacharias 'ingressus est', non *exiit*. [C] Quod subindicat Ambrosius: *Sorte ergo eligebatur*, inquit, *vt introiret templum sacerdos*. [D] Sermo perinde sonat quasi inter sacerdotes sortitio facta sit quis ingrederetur immolaturus incensum; et tamen quidam, quorum est Beda, putant illi suum sacerdotium prius obtigisse sorte; quod an verum sit, aliis iudicandum relinquo. Nam fieri potest, vt inter plures sacerdotes primarios in ipsa functione sors deligeret ingressurum. [A] Vt incensum poneret. Τοῦ θυμιάσαι, id est: 'vt adoleret thymiamata' siue 'odores incenderet'. Nam *incensum* non probatur Laurentio, quod ea vox non per omnia respondeat huic rei; Latini suffitum vocant. Quanquam mox quoque *hora incensi* vertit, θυμιάματος, et paulo post denuo *a dextris altaris incensi*.

[11] Apparuit autem. [E] Non est ἐφάνη, sed [A] ὥφθη, id est: 'visus est' siue 'conspectus est'. Nam apparent et quae non sunt; quanquam non reprehendo quod transtulit interpret. [E] Hoc indicare visum, quod Augustinus epistola centesimaduodecima sequutus Ambrosium philosophatur de verbo *apparuit*, quae non admodum ad rem pertinent.

[14] [B] Multi in natiuitate eius gaudebunt. Ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ, id est: 'de natiuitate eius' siue 'super natiuitate eius'.

[15] [A] Vinum et ciceram. 'Sicera' scribendum est per s, non per c. Nec enim a cicere dicitur leguminis genere, verum vox est Hebraica, quae per syn apud illos scribitur, a verbo כִּצְפִי, quod sonat inebriari. Vnde apud illos omnis potus factitius qui possit inebriare, sicera dicitur. Porro vini factitii vsum fuisse apud Aegyptios testis est Diodorus Siculus [C] historiae suae libro primo, [A] quod sua lingua vocarent zuthum [C] siue, vt in quibusdam habetur, corrupte, opinor, citon, [A] id quod olim Galli ceruisiam vocabant, Hispani coeliam, teste Plinio. [C] Cuius meminit et Dioscorides libro secundo docens ex hordeo potissimum fieri; confici tamen et ex triticea fruge, qua soleant vti gentes occidentales Hiberiae ac Britanniae. Caeterum potionis genus vehementer improbat, vt multis modis noxium. [A] Adhuc ex vtero. Ἐτι ἐκ κοιλίας. Verba quidem annu-

295 merauit bona fide; caeterum purius ac Latinius extulisset *iam inde ab vtero matris*; sic enim significamus longe repetitum initium.

[17] Et virtute Heliae. Δυνάμει. Vt intelligas vim miraculorum, non solum probitatem, vt crebro iam admonuimus; [E] licet non extet in literis Ioan-nem edidisse miracula, aderat tamen fidei robor vsque ad vitae contemptum. [A] Hoc autem conuenit cum vaticinio Malachiae, qui praedixit Heliam venturum, priusquam veniret dies Domini magnus, vt indicauimus in Matthaeo. At ne Lucas quidem, aut angelus cuius verba refert, citat ad verbum Malachiae testi-

254 factum est, vt E: factum est siue accidit, vt D.

264 periphraasi B-E: περιφράσει A.

266 Alioqui ... exiit inter 265 diceretur et Id

aliquis posuit A.

278 conspectus est A B D E: conspectus est est C.

290 coeliam C-E: celium A, celiam B.

252 προβεβηκότας NT, also *Nov. Test.*: προβεβηκότες.

252 *prouectae aetatis* Apart from Vg., Gn. 18, 11 and 25, 8, Jos. 13, 1: "prouectaeque aetatis", and Aug. *Civ.* XVI, 28: "prouectioris aetatis", Tac. *Ann.* VI, 11: "prouecta aetate", and Hier. *Epist.* 125, 19, 5 (in CSEL 56, p. 140: "perfecta aetate"; variant reading: "prouecta aetate"), "prouectus aetate" was preferred in antiquity. Er. also uses the gen. of quality in *Apolog. adv. debacch. Sutor.*, LB IX, 781 B ("prouectae aetatis"), and in Ep. 1581, l. 439 (prouectioris aetatis").

253-254 *Factum est ... accidit* Cf. infra, p. 498 sq., l. 434 sqq.

255 *Zacharias* In *Nov. Test.* translation for NT: αὐτόν, in modern editions of Vg. mentioned in app. crit.

260-262 *Secundum ... sacerdotalis* *Nov. Test.*: "secundum consuetudinem functionis sacerdotalis" (A: "sacerdotii").

266 *nos ... obuenerit* *Nov. Test.*: "sors illi obuenerit".

267 *Ambrosius Expos. Lc.* I, 23, CCSL 14, p. 17 ("legebatur" instead of "elgebatur").

269 *Beda In Lc. expos.* I, 1, 9-10, CCSL 120, p. 23.

272-273 *Vt incensum ... incenderet* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 829, col. 2: "Significantius Graece dicitur θυμάσαι, hoc est: 'thymiamata adoleret' siue 'odores incenderet'. Idem est enim thymiamata apud Graecos quod apud nos incensum. Si modo vsitatum est nomen, et proprium incensum; solemus enim dicere odores". *Nov. Test.* A: "vt incensum poneret"; B-E: "vt odores incenderet".

275 *mox ... paulo post Lc.* I, 10 sq.

277-279 *Apparuit ... interpres* *Nov. Test.*: "Apparuit autem".

279-280 *Augustinus ... Ambrosium* Aug. quotes in *Epist.* 147 (112 in the former numbering), 6, 18, CSEL 44, p. 289 sqq., as part of the discussion of this Ambr. *Expos. Lc.* I, 24-27 (CCSL 14, pp. 18-20, ll. 370-430).

282-283 *Multi ... eius* *Nov. Test.*: "multi super (A: "in") eius natiuitate gaudebunt".

284 *Sicera* *Nov. Test.*: "siceram".

288 *Diodorus Siculus Bibliotheca historica*, I, 34, 10: ζῦθος; "citon" in the Latin translation by Poggio Florentinus (Poggio Bracciolini), Diodori Siculi *De fabulosi antiquorum gestis*, Basel, 1531, p. 165 (Venice, 1476').

291 *Plinio Nat.* XXII, 82, 164: "Ex iisdem fiunt et potus, zythum in Aegypto, caelia et cerea in Hispania, ceruesia et plura genera in Gallia aliisque prouinciis".

291-294 *Dioscorides ... noxium Diosc. De materia medica*, II, 87 sq.: Ζύθος σκευάζεται ἐκ τῆς κριθῆς. ἔστι δὲ διουρητικὸς καὶ νεφρῶν καὶ νεύρων ἀπτικὸς, καὶ μάλιστα μηνίγγων κακωτικὸς, πνευματικωτικὸς τε καὶ γεννητικὸς κακοχυμίων καὶ ἐλεφαντιάσεως ποιητικὸς. εὐεργῆς δὲ καὶ ὁ ἐλέφας γίνεται βρεχόμενος αὐτῷ ... σκευάζεται δὲ καὶ ἐκ τυρῶν τοιαῦτα πόματα, ὡς ἐν τῇ πρὸς ἑσπέραν Ἰβηρίᾳ καὶ Βρεττανίᾳ.

294-296 *Adhuc ... matris* *Nov. Test.* A: "adhuc ex vtero"; B-E: "iam inde ab vtero".

297 *virtute ... vim miraculorum* Cf. supra, p. 172, l. 475, ad Mt. 7, 22: "vim diuinam".

300 *Malachiae Ml.* 4, 5 sq. (= 3, 23 sq.).

301 in *Matthaeo* V. supra, p. 254, l. 562 sqq.

monium; sic enim legimus iuxta veritatem Hebraicam interprete Hieronymo: *Et conuertet cor patrum ad filios | et cor filiorum ad patres eorum*. Pro quo legunt Septuaginta: [C] ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν καὶ καρδίαν ἀνθρώπου πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, id est: [A] ‘qui conuertet cor patris ad filium et cor hominis ad proximum suum’. Et incredulos. *Incredulos* Graece est ἀπειθεῖς, quod aliquoties vertit *inobedientes*, et hic fortasse magis quadrabat, cum mentio facta sit patrum et filiorum. Nam *incredibiles* pro *incredulos*, quod legisse videtur Valla, quandoquidem notat, ego nusquam adhuc scriptum offendi [B] praeterquam in duobus vetustis exemplaribus, [D] denique et in Constantiensi. [B] Ad prudentiam iustorum. Nescio an Lucas abusus sit praepositione ἐν pro εἰς, [C] quemadmodum fecit cap. xxiii.: ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ βασιλείᾳ σου. [B] Certe est ‘in prudentia iustorum’. Et tamen altera lectio mollior est. [D] Alioqui sensus esse poterat: adducet eos non vi, sed prudentia iustorum; iusti enim non vlciscuntur, sed sobrietate persuadent. [A] Parare Domino. Recte taxat interpretem Laurentius, quod siue oscitans siue varietatem affectans alterum infinitum verterit in modum finitum, alterum vt erat, reliquerit: *vt conuertat corda patrum et parare Domino*, cum eadem opera dicere potuerit: ‘vt conuertat et paret’. Quod tamen ita crebro facit, vt studio fecisse videatur. Quod si verum est, miror cur affectarit quod erat fugiendum. Itidem in Psalmis: *Insidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum*. Cum vtroque sit ἀρπάσαι. Et aliquanto post: *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: et memorari testamenti sui*, cum Graece sit ποιῆσαι et μνησθῆναι. Ac rursus *Illuminari his qui in tenebris et umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes*, cum sit ἐπιφᾶναι et κατευθῆναι, vtrunque verbum infinitiuum. Plebem perfectam. Κατεσκευασμένον. Quod magis sonat instructam et adornatam siue apparatus. [E] In hoc enim praecursor erat Ioannes, vt suo baptismo, praedicatione ac testimonio de Christo Iudaeorum animos dociles redderet euangelicae philosophiae, quod diligenter explicat Theophylactus. Interpres noster legisse videtur κατηγορησθένον.

[21] [A] Quod tardaret ipse in templo. Ἐν τῷ χοροῖζεν αὐτόν. *Ipse* non erat hoc loco reddendum, si voluisset Latine loqui, quod tamen alias in consimili sermonis genere non semel ausus est omittere.

[22] Et permansit mutus. Mirum cur Laurentium offendat *mutus*, quasi κωφός tantum significet surdum. Vnde igitur prouerbiū illud κωφὸν πρόσωπον, id est ‘muta persona’? Is qui collegit Graecarum vocum etymologias, citatis autoribus docet κωφόν dici Graecis non solum qui surdus sit, verumetiam qui mutus, quem ἄλαλον vocant, neque quicquam interesse, nisi quod ἄλαλος dicatur qui fari [C] per aetatem [A] non possit, velut infantes, κωφός cui nulla sit omnino vox.

[23] Dies officii. Λειτουργίας, id est ‘ministerii’, quod tamen plerunque de sacris ministeriis accipitur.

[25] [D] Quia sic fecit. Ὅτι coniunctio erat omittenda Latine vertenti, quod alicubi tamen ausus est. Et respexit auferre. Ἐπεῖδεν ἀφελείν, id est ‘respexit’ – sub|audi ‘me’ –, ‘vt auferret’ etc., id est: ‘misertus mei abstulit opprobrium’.

[27] [B] Desponsatam viro. ‘Desponsam’ et *desponsatam* vtrunque reperio apud probos autores; Graece est μεμνηστυμένην, quod est proprie ‘proco tradere sponsam’. Iam enim, vt apparet, puella cum sponso habitabat, etiam si coitus non intercesserat. Viro cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid. Chrysostomus homilia in Matthaeum secunda indicat hoc loco legi *de domo ac*

- 303–304 Hebraicam ... Et conuertet B–E: hebraicam, הַשִּׁיב לְ-אֲבוֹתָּם עַל בְּנֵיהֶם וְלִבְ-בָּנֵיהֶם. Et conuertet A.
- 306 conuertet C–E: conuertit A B.
- 307 Et incredulos. Incredulos E: Et incredulos ad prudentiam iustorum. Incredulus A, Et incredulos ad prudentiam iustorum. Incredulos B–D.
- 313 ἔλθῃ D E: ἔλθῃς C.
- 313 Certe est D E: Certe Graece est B C.
- 318 erat B–E: est A.
- 322 pauperem, dum B–E: paupere, dum A.
- 303–304 *Et conuertet ... patres eorum* *Ml.* 4, 6 (= 3, 24).
- 307–326 *Et incredulos ... perfectam* *Nov. Test.*: “et inobedientes ad (A: “incredulos in”) prudentiam iustorum, vt paret Domino plebem perfectam”.
- 308 *inobedientes* Occurs four times in *Vg.* (*Dt.* 8, 20; 1. *Rg.* 13, 26; *Neh.* 13, 27, and *Tit.* 1, 10), but is nowhere used as the translation of ἀπειθεῖς.
- 310 *Valla Annot.*, Garin, 1, 830, col. 1: “‘incredibiles’ pro ‘incredulos’ perquam durum est”.
- 313 ὅταν ἔλθῃ ... σου The reading of D, E, BAS and LB; cf. *Lc.* 23, 42 in *Nov. Test.*: ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου (in modern editions of *NT*: ὅταν ἔλθῃς εἰς τὴν βασιλείαν σου).
- 317 *Laurentius Valla, Annot.*, Garin, 1, p. 830, col. 1: “Nescio an aucupandae veritatis gratia, an per imprudentiam interpretis ita faciat, vt partem transferat, partem in Graecanica forma relinquat. Nam Graece vtrunque infinitum est ‘conuertere’, ἐπιστρέψαι, et ‘parare’, ἐτοιμάσαι, vt vtrunque fuerit conuertendum, aut per coniunctiuum, ‘vt conuertat et paret’, aut, quod vix Latinum est, per infinitiuum ‘conuertere’ et ‘parare’, aut, quod optimum est, per gerundium, quo Graeci carent”. *Valla* also gives the examples from *Ps.* H 10 (10), 9 b (l. 321 “Insidiatur ... eum”) and *Lc.* 1, 72 (l. 323: “Ad faciendam ... sui”) and 1, 79 (l. 324 sq.: “Illuminari ... pedes”).
- 329 *euangelicae philosophiae* Cf. supra, p. 55, n.l. 22.
- 322 ἀρπάσαι *scripsi*: ἀρπᾶσαι A–E BAS LB.
- 323–324 sui, cum D E: sui sancti, cum A–C.
- 324 Illuminari E: Illuminare A–D.
- 325 κατευθῆναι BAS LB: καθευθῆναι A–E.
- 326–327 Quod ... apparatam B–E: i. quod magis sonat instructum et adornatum siue apparatus A.
- 340 Λειτουργίας LB *Nov. Test.*: λειτουργείας A–E.
- 342–345 Quia sic ... opprobrium *inter* 349 intercesserat *et* Viro cui *posuit* D.
- 329–330 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 1, 15–17, Migne PG 123, 697 B – 700 B.
- 331 Quod ... templo The reading of *Vg.* and *Nov. Test.* A; B–E: “quod moraretur in templo”.
- 334 *Laurentium Valla, Annot.*, Garin, 1, p. 830, col. 1: “Et mansit mutus’. Graece est surdus, κωφός”.
- 335–336 *prouerbium ... persona Adag.* 978, *ASD* II, 2, p. 478, ll. 255–266, quotes *Mart.* VI, 6, and *Cic. Att.* XIII, 19, 3. The terms have been taken from the theatre.
- 336–339 *Is qui ... vox Etym. mag.* p. 552, l. 9 sqq., s.v. κωφός: ... Δύναται δὲ διαφέρειν. Καὶ κωφὸν μέν, τὸν κενὸν ὄπος, ὁ παντελῶς κενόπος· οὐ λαλέοντα δέ, τὸν δυνάμενον λαλεῖν, οὐ λαλοῦντα δέ.
- 342–344 Quia ... auferret *Nov. Test.*: “me respexit (A: “respexit”), vt auferret probum meum inter homines”.
- 342 Ὅτι ... *omittenda* V. supra, p. 110, n.ll. 41–43.
- 346 *Desponsatam* The reading of *Vg.* and *Nov. Test.* A B; C–E: “desponsam”.
- 348–349 *Iam enim ... intercesserat* Cf. supra, p. 80, l. 360 sqq.
- 350–352 *Chrysostomus ... pauciores* The distinction which *Er.* here makes between “domus” and “familia” cannot really be derived from *Chrys. Hom. in Mt.* 2, 4, Migne PG 57, 28 (ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς ἦν Δαυὶδ), but rather from the translation by *Anianus*, Migne PG 58, 993–94 (“non solum ex domo, verum etiam ex familia Dauid illum esse”).

familia, ἐξ οἴκου καὶ πατριᾶς, sic accipiens, quasi domus appellatio latius pateat, familia pertineat ad pauciores. Quanquam nec apud Ambrosium ita legimus nec in antiquissimis exemplaribus. Verum familiae nomen additur proximo capite: *Ascendit autem et Ioseph a Galilaea de ciuitate Nazareth in Iudaeam, ciuitatem*
 355 *Dauid, quae vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo et familia Dauid*, consentientibus nostris exemplaribus cum Graecis. Proinde fieri potest, vt Chrysostomus memoria lapsus sit, praesertim cum locum hunc secus adducat quam habeatur apud Lucam; adducit enim hunc in modum: *Audi ad Gabriel loquentem Dominum: 'Vade ad virginem desponsatam viro cui nomen Ioseph, ex familia et*
 360 *domo Dauid*. Licet Chrysostomus ex altero loco idem poterat conficere quod conficere volebat ex hoc. Neque enim hic contendit ad virginem esse referendum quod dicitur: *de domo et familia Dauid*, sed ad Ioseph, verumtamen hinc colligi Mariam eiusdem fuisse tribus. Quodsi vtroque loco agebatur *de domo et familia*, mirum cur Chrysostomus non vtrunque adduxerit. [E] Certe Theophylactus hoc
 365 loco familiae non meminit. [A] Et nomen virginis Maria. Μαριάμ voce et accentu Hebraeo. Quanquam ostendimus hoc non obseruari perpetuo, siue id accidit incuria librariorum, siue quod nihil intersit.

[28] Aue gratia plena. Χαῖρε κεχαριτωμένη. Idem verbum χαίρειν apud Graecos tria significat, gaudere, saluere et valere. Vnde nihil referebat 'salue' vertisset an *auē*. Nec est gratia plena, sed, vt ad verbum reddam, 'gratificata'.
 370 Verbo vnde hoc participium deductum est, vtitur Paulus in epistola ad Ephesios, cap. primo: *gratificauit nos in dilecto Filio suo*, ἐχαρίτωσεν, hoc est: 'gratos et charos reddidit'. Quanquam participio [C] quod idem pollet, [A] Homerus vsus est pro vnice dilecto, ἐμῷ κεχαρισμένῳ θυμῷ, id est: 'meo dilecte animo'. [C] Nam
 375 charus esse potest qui se nobis suis officiis commendauit. At κεχαριτωμένος non dicitur nisi quem gratuito quodam animi fauore complectimur. Porro gratiosi Latinis dicuntur quibus fauetur propenso quodam animi studio. [A] Est autem vox velut amorem alicuius erga virginem nunciantis, eo quod sonat blandum quiddam. Vnde et turbata virgo *cogitabat qualis esset ea salutatio*. [B] Annotauit et
 380 Origenes hanc salutandi formam nusquam extare in libris sacris, nec ad virum vllum nec ad mulierem. Itaque nouitas quoque ipsa stuporem auxit virginis. Ad id facit quod Graece non est ποῖος, sed ποταπός, vt insignem ac miram accipias salutationem. Nam solennis Iudaeorum salutatio pacem optabat. Caeterum aptissimum erat, vt gaudii vocabulo salutaretur quae verae voluptatis autorem erat
 385 conceptura, et gratiae vocabulo compellaretur quae Iesum erat paritura, finem ceremoniarum frigidarum et salutaris gratiae principem autoremque. Video theologos quosdam, viros alioqui doctos ac pios, quorum est Bernardus, mire philosophatos in his verbis *gratia plena*, velut hoc peculiariter competat in Mariam, gratia plenam appellari, cum nec hoc loco dixerit Lucas gratia plenam et is sermo
 390 multis promiscue tributus in arcanis literis reperiatur. Siquidem de Ioanne Baptista legimus: *Et Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris suae*. Rursum de Elisabet: *Repleta est Spiritu Sancto*. Ac mox Zacharias Spiritu Sancto repletus legitur. Et in Actibus apostolicis Spiritu Sancto repleti leguntur qui conuenerant. Et

Stephanus plenus Spiritu Sancto dicitur ac plenus gratia et virtute. Nec ista cuiquam videri oportet negligenda. Siquidem, vt est elegans in huiusmodi minutiis apte philosophari in arcanis literis, ita foedum extra rem nugari. [C] Proinde ne quis ad eundem impingat lapidem, nos vertimus *gratiosa*. [A] Benedicta tu. Εὐλογημένη. Quod sonat laudatam siue praeclara fama, de qua omnes bene loquantur. Licet autem ‘benedictus’ ac ‘maledictus’ pro ‘laudato’ et ‘illaudato’ non reperiatur apud Latinos autores, tamen, velimus nolimus, ad quaedam eiusmodi conuiuentum est, receptiora quam vt citra tumultum mutari possint. Et in mulieribus. Ἐν γυναιξίν, id est ‘inter mulieres’; quod ipse paulo post ad eum transtulit modum, et ita legit diuus Ambrosius. Quanquam haud sum nescius in pro ‘inter’ vsurpari, nonnunquam apud Latinos quoque.

362 verumtamen *D E*: sed tamen *B C*.

363 agebatur *E*: legebatur *B-D*.

366 hoc *B-E*: id *A*.

369 nihil *A E*: nil *B-D*.

370–373 gratificata ... participio *B-E*: gratificata, quo tamen participio *A*.

374 κεχαρισμένη *C-E*: χαριτωμένη *A B*.

378 nunciantis ... quiddam *D E*: nunciantis,

352 *Ambrosium Expos. Lc. II, 1, CCSL 14, p. 30.*

360 *Licet* Construed with an indicative; v. supra, p. 43, introd., §8b.

365–366 *Et nomen ... Hebraeo* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 830, col. 1: “Non Maria, vt superius dixi accentu acuto Μαριάμ”.

368–454 *Aue gratia plena ... Ambrosius* Additions and alterations in these annotations of 1519, 1522 and 1527 are related to criticism from Lee; he disagreed with the passages “amatorium quiddam” and “salutationem amatoriam, et nescio quid procorum prae se ferentem” (v. app. crit. ad ll. 378, 399–401 and 452–455), and to the translation of κεχαρισμένη as “gratiosa” in *Nov. Test. B-E (A: “gratia plena”)* (cf. ll. 375 and 397). Er. only carried out the alterations later, when Sutor too had expressed criticism. V. *Resp. ad annot. Ed. Lei* and *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, *LB IX*, 151 A – 153 D, and 806 E – 807 B. Later Er. defends himself against objections raised in the ‘Valladolid Articles’ in *Apolog. adv. monach. hisp.*, *LB IX*, 1084 E–1085 A. Cf. Bentley, *Humanists*, p. 169 sq., Rummel, *Annotations*, p. 167 sqq., *Nameless Critics*, p. 47 sqq., *Valladolid Articles*, p. 74, and *Catholic Critics*, 1, p. 101 sq., and 2, p. 97.

368–373 *Aue ... reddidit* Er. follows Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 830, col. 1: “Aue gratia plena”. Non magis est ‘aue’ quam ‘salue’ χαῖρε; cuius significatio eadem est quae

quod sonet amatorium quiddam *A-C*.

399–401 loquantur ... Et *D E*: loquantur, quod et ipsum amatorium quiddam prima fronte sonat, ac nuptiale, quo magis turbata est virgo, nondum edocta de coelesti mysterio. Et *A*, loquantur, quod et ipsum ... mysterio. Licet autem ... possint. Et *B-C*.

‘gaude’; nec duo verba sunt Graece ‘plena gratia’, sed vnum, κεχαρισμένη; quod si verbum transferatur e verbo, diceretur ‘gratificata’, quod videlicet ‘in gratiam recepta’ est. Vnde Paulus cum alibi tum ad Ephesos [*Eph. 1, 6b*]: ‘In laudem gloriae suae in qua gratificauit nos in dilecto, ἐχαρίτωσεν’.

374 ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ Hom. *Il. 5, 243, Od. 4, 71, etc.*

380 *Origenes Hom. in Lc. 6, GCS 9, p. 37.*

387 *Bernardus De laud. virg. matr. hom. 3 (in Lc. 1, 28–32), 2, Migne PL 183, 72 A*: “Legimus in Actibus Apostolorum, et Stephanum plenum gratia, et apostolos fuisse repletos Spiritu Sancto; sed longe dissimiliter a Maria. Alioquin nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter, quemadmodum in Maria: nec illi conceperunt de Spiritu Sancto, quomodo Maria”.

391 *Et Spiritu ... suae Lc. 1, 15.*

392 *Repleta ... Sancto Lc. 1, 41.*

392 *Zacharias ... repletus Lc. 1, 67.*

393 *Actibus ... repleti Act. 2, 4.*

394 *Stephanus ... virtute Act. 6, 5 and 8.*

397 *ad eundem impingat lapidem* Cf. supra, p. 155, n.l. 70.

397 *gratiosa* V. supra, n.ll. 368–454.

400 *velimus nolimus* Cf. supra, p. 101, n.ll. 800–801.

402 *inter mulieres* The reading of *Nov. Test.*

403 *Ambrosius Expos. Lc. II, 7, CCSL 14, p. 33.*

LB 224 | [29] Quae cum audisset. Graeci secus habent: 'Ἡ δὲ ἰδοῦσα, id est: 'at illa
 406 cum vidisset'. Ita scriptum fuisse in nonnullis vetustis codicibus attestatur Valla.
 [D] In codice Constantiensi rasor nescio quis ex 'vidisset' fecerat *audisset*. [A] Et
 ne quis pergat causari, sic legit diuus Ambrosius. Quanquam apud hunc non est
 turbata in sermone, sed *in introitu*. Legit enim ad hunc modum: *Ipsa autem,*
 410 *ut vidit eum, mota est in introitu eius*. Et ne quis causetur casu mutatam scriptu-
 ram, subiicit interpretans quid legerit: *Trepidare virginum est et ad omnes viri*
ingressus pauere, omnes viri affatus vereri. Nisi forte hic Ambrosius nonnihil
 immutauit de suo. [D] Quanquam his consentanea dicit libro Off. I., cap. deci-
 mooctauo: *Quod salutata ab angelo tacet et mota est in introitu eius, quod ad viri-*
 415 *lis sexus speciem peregrinam turbatur aspectus virginis*. Iam et in Catena Aurea refe-
 runtur verba Graeci nescio cuius, ex quibus satis liquet et ipsum legisse 'cum
 vidisset', non *quum audisset*. Sic habent: *Quum assueta foret his visionibus, euan-*
gelista non visioni, sed relationibus turbationem attribuit dicens: turbata est in ser-
 420 *mone eius etc*. Et paulo post: *'et cogitabat qualis esset ista salutatio', non conceptio*
– nam adhuc ignorabat immensitatem mysterii –, sed salutatio: nunquid libidinosa,
ut a viro ad virginem, an diuina, dum Dei faceret mentionem dicens: 'Dominus
tecum'. Haec Graecus ille. Quum ego tribus verbis annotassem angeli salutatio-
 nem amatorium quiddam ac procorum prae se tulisse et ob id Mariam principio
 fuisse turbatam, – Deum immortalem! – quas hic tragoedias excitauit quidam et
 425 alius ab integro renouauit, quum haec retulerit diuus Thomas in Catena sua,
 nequaquam relaturus, si blasphema essent et impia! Ego dixeram amatorium
 quiddam ac nescio quid procorum, extenuans vtrunque, hic plus ausus meminit
 libidinis. Cum his vero sic concordat Theophylactus, vt ipsius verba relata videri
 queant in Catena; cuius verba subscribam: διελογίζετο δὲ περὶ τοῦ ἀσπασμοῦ
 430 ποταπὸς εἶη οὗτος, μὴ ἄρα ἀτοπὸς τις καὶ πορνικός, ὡς ἐξ ἀνδρὸς πρὸς κόρη, ἢ
 θεῖος· ἐπειδὴ καὶ Θεοῦ μνήμη σύνεστι τῷ ἀσπασμῷ, τὸ 'ὁ Κύριος μετὰ σοῦ'. Id est:
 'cogitabat autem de salutatione qualis esset ista, vtrum absurda quaequam ac scort-
 tatoria, veluti a viro proficiscens ad puellam, an diuina, quandoquidem Dei mentio
 salutationi miscetur, in hoc quod ait: *Dominus tecum'*. Haec Theophylactus.
 435 Ego procorum memineram tantum, et proci vocabulum non minus honestum est
 quam sponsi, et amatorium dixi, quae vox non est obscoena; sponsus enim spon-
 sae scribit amatorias literas, et vociferantur rem esse plenam blasphemiae; hic
 meminit libidinis et scortationis. Quid caecius istorum iudicio? Iam non expendo
 quale sit hoc quod prior ille Graecus ait, virginem non turbatam aspectu, sed ora-
 440 tione, eo quod assueuisset angelorum visioni. Primum enim non constat an virgo
 sic assueuerit, vt non turbaretur primo aspectu. Et si agnouit angelum, quid est
 quod metuit a sermone, aut cur dubitat vtrum salutatio libidinosa sit an ex Deo;
 illud mihi satis est, quod legerit 'quum vidisset'. Alioqui friuolum erat annotare
 virginem sermone fuisse turbatam, non aspectu, nisi aspectus simul et visionis
 445 facta fuisset mentio. Proinde pium arbitror credere virginem pudicam initio tum
 aspectu iuuenis tum blanda nouaque salutandi forma fuisse turbatam. [A] Caete-
 rum quod Laurentius subindicat hoc loco nescio quid argutulum: *Nolo*, inquires,

450 *disputare nunc quare sit melius 'quae cum vidisset' quam 'quae cum audisset', ne de fide scripturae dubitare videar, quid sibi velit, vt ingenue dicam, non satis intel-*
 ligo. Nam ipse puto euangelistam sic esse locutum, vt ostenderet virginem
 duplici nomine turbatam fuisse, primum quod videret iuuenem ad se ingredien-
 tem, deinde quod audiret salutationem nouam ac praeter solitum blandam. Et
 quo castior erat virgo, hoc magis suae pudicitiae metuebat, ne quis clamitet indig-
 num hunc metum tribuere me virgini quem in illa laudauit Ambrosius. Qua-
 455 lis esset. Rursus hic est, vt dixi, ποταπός, quod in Marco Laurentius transferre
 volebat per 'quantus'. Et aptius erat 'reperisti' siue 'nacta es gratiam' quam
 [30] Inuenisti, [B] hoc est: 'obtigit tibi esse gratiosam apud Deum'. [A]
 Nam apud Graecos εὐρεῖν polysemon est. Vnde qui hic philosophantur non inue-
 niri nisi quod periit, argute magis quam apposite disserunt.

405 Quae B–E: Quod A.

408 causari C–E: cauillari A B.

452–455 salutationem ... Qualis D E: salutatio-
 nem amatoriam, et nescio quid procorum
 prae se ferentem. Qualis A B, salutationem

amatoriam ... ferentem. 452–453 Et quo ...
 Qualis C.

455 Rursus ... ποταπός B–E: Rursus et hic
 ποταπός A.

456 nacta B–E: nactus A.

405–409 *Quae cum ... sermone Nov. Test.*: "Illa
 vero cum vidisset, turbata est super oratione
 eius" (A: "in sermone eius"). Tischendorf,
 Merk and Nestle mention ἰδοῦσα in app.
 crit., Wettstein and ABC include it in the
 text.

406 *Valla Annot.*, Garin, 1, p. 830, col. 1:
 "Melius in quibusdam vetustis codicibus
 legitur 'quae cum vidisset', ἰδοῦσα, quod a
 quibusdam aliorum scripta ad suum sensum
 trahentibus non correctum, sed corruptum
 est".

408–412 *Ambrosius ... vereri In Expos. Lc. II, 7,*
CCSL 14, p. 33 sq., Ambr. offers the text
 quoted in l. 409 sq. and adds praise of Mary:
 "Disce virginem moribus, disce virginem
 verecundia, disce virginem oraculo, disce
 mysterio"; after what is quoted in l. 411 sq.,
 he writes: "Discant mulieres propositum
 pudoris imitari. Sola in penetralibus, quam
 nemo virorum videret, solus angelus repperit:
 sola sine comite, sola sine teste, ne quo
 degeneri deprauaretur adfatu, ab angelo salu-
 tatur. Disce, virgo, verborum vitare las-
 ciuiam; Maria etiam salutationem angeli
 verebatur".

414–415 *Quod ... virginis Ambr. De officiis*
ministorum, I, 18, 69, Migne PL 16, 48 B.

415–422 *Catena Aurea ... Dominus tecum Tho-*
mas Aquinas, Catena Aurea, Guarienti, 2, p.
14, col. 2: "Graecus: Cum assueta ... sed
 relatiuis turbationem ... sermone eius" and
 "et cogitabat ... Dominus tecum". V. infra,
 n.l. 428.

424 *Deum immortalem Cf. supra, p. 115, n.l.*
 140.

424 *tragoedias Cf. supra, p. 49, introd., §10.*

424–425 *quidam et alius ab integro V. supra, p.*
 459, n.ll. 368–454.

428 *Theophylactus Enarr. in Lc. 1, 26–30,*
Migne PG 123, 701 D; the quote from the
Catena Aurea, l. 419 sq., does indeed bear the
 most resemblance to this text by Theophyl.

447–449 *Nolo ... videar* This text corresponds
 to what is quoted supra, n.l. 406, from
Annot., Garin, 1, p. 830, col. 1.

454 *laudauit Ambrosius V. supra, n.ll. 408–412.*

455 *Laurentius Cf. supra, p. 418, l. 747 sqq., ad*
Mc. 13, 1.

456–457 *reperisti ... Inuenisti Cf. supra, p. 67,*
 l. 272 sqq. and n.ll. 273–275, ad *Mt. 1, 18.*
Nov. Test. A: "inuenisti"; *B–E:* "nacta es".

- 460 [32] Et Filius Altissimi. Ὑψίστου. [D] Quod quidam legit ‘summi’. [A] Idem verbum quod alias vertit *in excelsis*, ἐν ὑψίστοις. Dauid patris eius. Latinius erat ‘patris sui’ atque ita legitur in nonnullis exemplaribus. Et pro
- [33] In aeternum est εἰς τοὺς αἰῶνας, id est ‘in secula’. Nam quod
- 465 [34] Πῶς ἔσται – id est: ‘quomodo erit’ – vertit *quomodo fiet*, nihil peccauit
LB 225 interpretes. [B] Virum non cognosco. Cum hic consentiant Latina cum Graecis exemplaribus, mirum est vnde Ambrosius vnus legat *cognoui*, non *cognosco*, nisi forte hoc librariorum errore inductum est [E] qui ‘nouī’ verterint in ‘cognoui’. [B] Siquidem praesens verbi tempus melius explicat virginis propositum.
- 470 [35] [A] Quod nascetur ex te. Τὸ γεννώμενον, id est: ‘quod natum fuerit’. Caeterum illa duo verba *ex te* nec in vllis Graecorum exemplaribus addita reperi, ne apud Theophylactum quidem, nec in antiquis codicibus Latinis [B] praeterquam in vno in quo nescio quis in margine adiecerat. [A] Proinde miror vnde in primam huius operis aeditionem inuaserint. Est autem absolutior sermo, si non
- 475 addantur. [E] Non enim hic agitur de persona concipientis, sed de nouo modo concipiendi deque foetus excellentia. [B] Apparet adiecta ab explanatore quopiam; [C] tametsi in Aldina aeditione comperi addita.
- [37] [B] Quoniam non erit impossibile. Ἀδυνατήσῃ, verbo composito. Sensus est nihil a Deo promitti tam nouum aut magnum quod ipse non queat
- 480 praestare. Atque hic plane verbum posuit pro oratione, ῥῆμα. Ac paulo post *Fiat mihi secundum verbum tuum*, ῥῆμά σου. Nisi forte licet ῥῆμα natiuo significatu usurpare quo ῥῆσιν vocamus orationem.
- [39] [A] In montana. Εἰς ὄρεινήν, id est ‘in montanam’, vt subaudias ‘regionem’. Eadem vox est aliquanto inferior: *Et factus est timor super omnia montana Iudaeae*, ἐν ὄρει τῆς ὄρεινῆς. [B] Quanquam interpres probe reddidit sententiam, ne quis putet illum a me reprehendi.
- [41] [A] Salutationem Mariae. Hic certe Mariam pronunciauit inflexione Graeca, non Hebraico more. Exultauit. Ἐσκίρτησεν, id est ‘saliit’ siue ‘subsultauit’; idem est paulo post,
- 490 [44] Exultauit in gaudio. Nec est ἐν χαρῆ, sed ἀγαλλιᾷσει, quod gesticulationem magis sonat laetantis quam ipsum gaudium. Vnde [C] in Psalmis [A] ἀγαλλιασώμεθα vertit *exultemus*.
- [47] Exultauit spiritus meus. Ἠγαλλίασεν. [B] Quoniam
- [44] In positum erat pro ‘per’, vertimus *prae gaudio*.
- 495 [45] [C] Et beata quae credidisti. Quoniam Graece participium est ἡ πιστεύσασα, poterat et ad secundam personam sermo referri, quemadmodum fecit interpres. Id erit commodius etiam, si ἀύτῃ, quod sequitur, habeat aspirationem: ἀύτῃ, vt sit pro ἑαυτῇ. Neque vero nescio neque non testor alicubi hanc differentiam non obseruari in sacris libris, incertum qua de causa. Nos itaque vertimus per tertiam personam, non quod damnemus id quod vertit interpres, sed quod hic sermo videatur habere quiddam propheticum. Certe vtraque persona eundem reddit sensum. Et in vetustis aliquot exemplaribus ita scriptum visitur:
- 500

505 'beata quae credidit', [D] velut in meo veteris typographiae, similiter in Constan-
tientiensi. [A] Quae dicta sunt tibi a Domino. Παρὰ Κυρίου. Quod ita sonat,
non quasi Dominus dixerit, sed quod nomine Domini et illius, vt nos loquimur,
verbis haec illi dicta fuerint, quemadmodum dicimus: 'Dic illi ex me salutem'.
[C] Potest et sic ordinari: perficientur a Domino.

[46] [B] Et ait Maria. In homiliis scriptis in Lucam quas Origenis titulo
legimus, indicatum est in nonnullis codicibus fuisse scriptum 'prophetauit' pro

467 inductum est E: fuit inductum B-D.

470 nascetur C-E: nascitur A B.

472 Theophylactum C-E: Vulgarium A B.

474 primam huius operis B-E: hanc primam
A.

460-463 *Et Filius ... in secula Nov. Test.*:
"Filius altissimi ... patris ipsius (A: "eius")
... in aeternum".

461 *in excelsis Mc.* II, 10, *Lc.* 19, 38 (in *Hebr.* 1,
3 it is the translation of ἐν ὑψηλοῖς).

462-465 *Latinus ... interpres Er.* has borrowed
"patris sui", "in secula" and "quomodo erit"
from Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 830, col. 2.
Nov. Test.: "ipsius" (A: "eius"), "in aeter-
num", "erit".

466 *Ambrosius Expos. Lc.* II, 14, *CCSL* 14, p. 37.

470-477 *Quod ... addita Nov. Test.*: τὸ γεννώ-
μενον ἅγιον (the *Aldina*, P 371, col. 2: τὸ
γεννώμενον ἐξ σοῦ, the *Complut.*: τὸ γεννώ-
μενον ἐκ σου ἅγιον). *Nov. Test. A*, as also *Vg.*:
"Quod nascetur ex te"; *Nov. Test. B-E*: "quod
nascetur sanctum". Er. writes about these alter-
ations in *Apolog. adv. monach. hisp.*, *LB IX*,
1049 B-F. He already observed in 1516 (cf.
app. crit.) that "ex te" was added to *Nov. Test.*
A without his knowledge. After it had been
noted in the 'Valladolid Articles' that it was
dangerous to omit these two words, because
they constituted the grounds for refuting the
heresy of the Sabellians, he added "Non enim
... excellentia" (l. 475 sq.) in 1535. Cf. Rum-
mel, *Valladolid Articles*, p. 75, and *Catholic*
Critics, p. 97, and Homza, p. 94 sq.

472 *Theophylactum Enarr. in Lc.* I, 34-35,
Migne PG 123, 704 D.

474 *absolutior sermo* Cf. supra, p. 44, introd.,
§9.

483-485 *In montana ... Iudaeae Vg. and Nov.*
Test.: "in montana". *Lc.* I, 65 (*Vg. and Nov.*
Test. A: "super omnia montana Iudaeae";
B-E: "per omnem montanam regionem
Iudaeae").

489 *paulo post Lc.* I, 44.

491 *Psalms Ps.* 117 (118), 24, and 94 (95), 1
(variant reading alongside ἀγαλλιασόμεθα).

494 *In ... pro per V.* supra, p. 121, n.l. 283.

478 Ἀδυνατήσσει D' E: ἀδυναστήσσει B-D.

490 ἀγαλλιάσει E: ἐν ἀγαλλιάσει A-D.

492-493 exultemus. Exultauit E: exultemus. Et
mox Exultauit A-D.

504 tibi C-E: ei A B.

494 *prae gaudio* The translation in *Nov. Test.*
B-E; A: "exultauit in gaudio".

497-499 *Id erit ... causa* Both in *OT* and in
NT forms of both αὐτοῦ and ἐαυτοῦ. Cf.
supra, p. 123, n.ll. 329-341.

499-500 *Nos ... personam Nov. Test.*: "quae cre-
didit".

508-659 *Et ait Maria ... in aeuum* Many pro-
tests arose against alterations Er. was said to
have made in the Magnificat. That is why I
am presenting the version of *Vg.* here in the
left column and on the right the variant
readings of *Nov. Test.*

46. Magnificat anima mea
Dominum;

47. et exultauit spiritus meus
in Deo salutari meo.

seruatore (B-E)

48. Quia respexit humilitatem

respexit ad humilita-
tem

ancillae suae; ecce enim
ex hoc beatam me dicent
omnes generationes.

49. Quia fecit mihi magna
qui potens est;
et sanctum nomen eius.

magnifica (B-E)

50. Et misericordia eius a
progenie in progenies
timentibus eum.

in progeniem et pro-
geniem (B-E)
ipsum (B-E)

51. Fecit potentiam in brachio
suo;

Praestitit robur per
brachium suum (B-E)

dispersit superbos mente
cordis sui.

cogitatione cordis
ipsorum (B-E)

52. Deposuit potentes de sede,
et exaltauit humiles.

Detrahit (B-E)
sedibus (B-E)
euexit (B-E)

53. Esurientes impleuit bonis,
et diuites dimisit
inanes.

54. Suscepit Israel puerum
suum, recordatus miseri-
cordiae suae.

vt memor esset
misericordiae.

- 510 *ait*. Et stilus [C] cantici [B] propheticum quiddam sapit. [E] Nam Origenes *vaticinium* appellat. [A] Magnificat anima mea. Μεγαλύνει. Aptius erat ‘magnificat’ quam *magnificat*. Quoniam *magnificat* positum est pro ‘extollit’ et ‘effert laudibus’, [D] quemadmodum et ‘beatificare’ dicimus pro ‘beatum praedicare’.
- 515 [47] [A] Salutari meo. Pro σωτήρι μου, id est ‘Saluatore meo’ siue, vt Latini loqui malunt, ‘Seruatore meo’. [C] Interpres legisse videtur σωτηρίω.
- [48] [A] Humilitatem ancillae. Ταπεινώσιν. Vt intelligas paruitatem, non animi virtutem quam suo vocabulo Graeci vocant ταπεινοφροσύνην. Nec est respexit humilitatem, sed ‘aspexit ad humilitatem’, ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπεινώσιν, vt sit contrarium ei quod est auersari, sitque sensus: et si sim infima ancilla, tamen non est auersatus me. [D] Rideat qui volet, has grammatarum annotationes, modo fateatur terque quaterque theologos in his labi. Tolerabile, si tantum laberentur, nisi lapsui iungerent impudentiam calumniandi. Etenim quum haec aeditio, quam quar[tam] damus, adornaretur, theologus quidam Parisiensis qui sibi videtur praecipuus Atlas nutantis ecclesiae, ex hoc loco probat
- LB 226 Mariam virtute humilitatis promeruisse, vt fieret Dei mater, Luteranismum impingens, quod exponens angeli sermonem *inuenisti gratiam* et κεχαριτωμένη scripserim: *non est meriti tui, sed fauoris diuini*. Certe quatenus erat gratiae, non erat meriti. Aliquousque fuisse meriti non sum inficiatus. Verum quod in Euangelio scriptum repperi, vt paraphrastes sum interpretatus, quod non repperi, non
- 525 habebam necesse attingere. Verum vt demus ταπεινώσιν accipi pro virtute quae Graecis ταπεινοφροσύνη, Latinis modestia dicitur, vt demus esse verum Mariam animi modestia promeruisse tantam felicitatem, qui conuenit, vt Maria, quae se ancillam professa coeperit magnificare Dominum, mox extollat seipsam, dicens quod virtute sua promeruerit tantam dignitatem, vt Deum virgo pareret. Igitur
- 530 ex hoc loco probari non poterat virginem modestia virtute promeruisse quod accepit. Si promeruit, vbi est gratia quam praedicat angelus? Si virtute sua promeruit, quomodo cohaeret *ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes?* Nullus enim felix dicitur ob haec quae sua virtute sibi parauit. Deinde qui congruit *quia fecit mihi magna?* Non dixit: ‘remunerauit me magnifice’. Nec
- 535 addit ‘quia iustus est’, sed *quia potens est* et ‘misericors’. Sequitur enim *et misericordia eius a progenie in progeniem*. Non haec eo spectant, vt virgini sanctissimae
- 540

514 meo. Pro σωτήρι μου D E: meo. σωτήρι μου A–C.

514 Saluatore B–E: saluatori A.

515 Seruatore B–E: seruatori A.

515 Interpres legisse E: Interpres pro σωτήρι legisse C, Interpres σωτήρι legisse D.

55. Sicut locutus est ad patres ipsi Abraham (A–C), nostros, *Abraham*, et nimirum Abrahamo semini eius *in saecula*. (DE) in aeuum

For Er.’s reactions to objections from N. Beda and Sutor v. infra, p. 465, n.ll. 520–580,

and *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, LB IX, 769 C. For reactions to others v. supra, p. 155, n.ll. 77–214, where Er. discusses the Lord’s Prayer, and infra, p. 469, n.ll. 624–658. Even in 1530 the Franciscan Metardus or Medardus

- of Kirchen, chaplain to King Ferdinand, in a sermon in Augsburg attacked Er.'s translation of the Magnificat and called him "Her Asinus"; v. Ep. 2408, ll. 5-18, Ep. 2503, ll. 1-5, Ep. 2504, ll. 25-34, and the dialogue *Concio siue Merdardus* (Sept. 1531; *Coll.*, *ASD* I, 3, p. 653 sqq.), in which Er. not only mocks at "Merdardus" (cf. "merda"), but also amply explains "humilitas". Cf. *Lingua*, *ASD* IV, 1A, p. 122, l. 154 sq.
- 508-511 *In homiliis ... appellat* Orig. *Hom. in Lc.* 7 and 8, *GCS* 9, pp. 43 and 47: "Inuenitur beata Maria, sicut in aliquantis exemplaribus repperimus, prophetare" and "Videamus ergo vaticinium virginale". Cf. supra, p. 195, n.ll. 57-58.
- 511-513 *Magnificat ... praedicare* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 830, col. 2, who also refers to *Iac.* 5, 11: "beatificamus": "Non magis in 'magnificat', Graece *μεγαλύνει*, est verbum 'facio', quam in 'beatam me dicent', *μακαριοῦσιν*, est verbum 'dico'; vt perinde dicere liceat 'magnum facit' pro 'dicit'; vt 'beatum dicit' pro 'facit' reperimus in epistola Iacobi: 'Et beatificamus eos qui sustinuerunt', *μακαρίζομεν*".
- 511-512 *magnificat* Since Plaut. (*Asin.* 407, and *Pseud.* 578); *OLD* s.v.: "usually written as two words".
- 512 *magnificat* *OLD*, s.v.: "1. 'to esteem greatly', 'prize' (Plaut. *Men.* 371); 2. 'to praise', 'extol' (Plin. *Nat.*)."
- 514-515 *Saluatore ... Seruatore* Er. replaced "Saluatore" (*A B*) in l. 185 on p. 160 with "Seruatore" (*C-E*), "saluator" (*A*) in l. 697 on p. 470 with "seruator" (*B-E*). He also replaced in *Lc.* 1, 47, "salutari" in *Nov. Test. A* with "seruatore" in *B-E*. An explanation may be found in *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, *LB* IX, 466 BC and 492 B, and in *Declarat. ad cens. Lutet.*, *LB* IX, 879 F - 880 A; cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *LB* IX, 208 E - 209 A. "Seruator" has occurred since Plaut., in among others Plin. *Nat.* XXXIV, 8, 19, 74, as epithet of Jupiter, and Cic. *Pis.* 15, 34, *Planc.* 36, 89. Cf. Cic. *Verr.* 2, 2, 14: "SOTERA ... Hoc quantum est? Ita magnum, vt Latine vno verbo exprimi non possit. Is est nimirum SOTER qui salutem dedit", and the accompanying commentary by Mart. Cap. V, 510: "Cicero soterem 'saluatorem' noluit nominare et ait 'qui salutem dedit'; illud enim nimis insolens videbatur". "Saluator" occurs in Christian authors such as Hier. (*Comm. in Mt.* 1, 3, *CCSL* 77, p. 8), Rufinus (e.g. *Expositio Symboli*, 6, *CCSL* 20, p. 141: "Iesus Hebraei vocabuli est nomen, quod apud nos saluator efficitur"), and Aug. (*Trin.* XIII, 10, 14, *CCSL* 50A, p. 401: "est Hebraice Iesus, Graece σωτήρ, nostra autem locutione Saluator", and *Serm.* 299, 6, Migne *PL* 38, 1370 sq.). In Boeth. the same distinction occurs as in Cic.: "seruator" is used once (*Consol.* IV, 6, 29, *CCSL* 94, p. 81: "seruator bonorum rector ac medicator mentium deus"), "saluator" three times as epithet of Iesus. Cf. *Explan. symboli*, *ASD* V, 1, p. 217, n.ll. 322-323.
- 517 *ταπεινοφροσύνην* Cf. supra, p. 258, l. 671 sqq.
- 517-518 *Nec est ... humilitatem* Er. refers to this in *Coll.*, *ASD* I, 3, p. 657, l. 144 sq.; cf. supra, p. 463 sqq., n.ll. 508-659.
- 520-580 *Rideat ... imbecilles* Er. reacts here to criticism from N. Beda, supported by the Paris Faculty of Theology, of *Paraphr. in Lc.*, *LB* VII, 289 D and 292 D. Er. had written here that "humilis" indicates low origin and position, not humility, and that Mary did not receive God's grace because of her own merits: "Noli expendere merita tua. Diuini fauoris est quod offertur, non meriti tui" (cf. l. 526 sqq.: "exponens angeli sermonem ... fauoris diuini"). In *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, *LB* 498 D and 597 D - 600 F, and in *Declarat. ad cens. Lutet.* *LB* IX, 913 A-D, Er. argues, partly in the same words, the same point with respect to "humilitas" and "modestia". Eck too in 1530 opposed the view that Mary did not become the mother of God because of her own merits (*Articuli* 404, N° 400, Gussmann, pp. 149 and 191, n. 391; cf. supra, p. 16, introd., §4). The "Atlas nutantis ecclesiae" (l. 524) is a reference to N. Beda, as it is in *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, *LB* IX, 709 B: "Nonne periclitatur ibi tota Ecclesia, nisi Bedda praestitisset Atlantem?"; when using the plural (448 D: "artes quibus Atlantes isti fulciunt nutantem ecclesiam", and 592 B: "ecclesia quae talibus fulcitur Atlantibus"), Er. probably means N. Beda and Duchesne together; cf. Ep. I, Allen, *Op. ep.* I, p. 11, l. 31: "fidei nutantis Atlantes", and Ep. 1642, ll. 33-36. Cf. Rummel, *Nameless Critics*, p. 46 sq., and *Catholic Critics*, 2, p. 72 (her view that Er. means Sutor is based on the quote "a certain Paris theologian, a Carthusian, who thinks he is a veritable Atlas supporting the church", but this is a compilation of l. 523 sq. and *Annot. in Iob.* 21, 22, *LB* VI, 420 C: "theologus quidam Carthusianus"; in fact, in Ep. 1721, l. 38, Er. does mean Beda and Sutor by "Talibus Atlantibus").

detrahamus meritum, sed vt arguamus haec quae theologus Atlanticus adduxit
 aduersus meam interpretationem, magis aduersari sententiae quam conatur
 defendere. Iam vero non me fallit esse qui occasione huius vocis, *humilitatem*,
 545 multa praedicent de modestia, praesertim is qui mihi suspecto Origenis titulo
 scripsit homilias in Lucam. Verum huius autoritate quem nemo nouit, non patiar
 me premi, nisi si quis omnia probarit quae in illis habentur. Habentur autem
 permulta quae damnantur a theologis. Quod si permittunt sibi, vt ab hoc opere
 550 sententiam aliorum quae mihi videtur probabilior. Ne persequar autem omnes
 omnium opiniones, vnum duntaxat adducam Theophylactum, cuius verba refe-
 runtur in Catena Thomae, sed truncatim. Sic autem ille scripsit Graece: Παρ-
 θένος τὸ τελειότερον πληροφορηθεῖσα δοξολογεῖ τὸν Θεόν, ἐκείνῳ ἐπιγράφουσα τὸ
 θαῦμα, οὐχ ἑαυτῆ. Ἐκεῖνος γὰρ, φησὶν, ἐπέβλεψεν ἐπ' ἐμὲ τὴν ταπεινὴν, οὐκ ἐγὼ
 555 πρὸς ἐκεῖνον ἀνέβλεψα. ἐκεῖνός με ἐλέησεν, οὐκ ἐγὼ αὐτὸν ἐζήτησα. Καὶ ἀπὸ τοῦ
 νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί, οὐ μόνη δὲ Ἐλισάβετ, ἀλλὰ καὶ τῶν πισ-
 τευσάντων γενεαί. Διὰ τί δὲ μακαριοῦσιν; Ἄρα διὰ τὴν ἐμὴν ἀρετὴν; Οὐχί, ἀλλ' ὅτι
 ἐποίησε μετ' ἐμοῦ μεγαλεῖα ὁ δυνατός. Δυνατὸν δὲ ὠνόμασεν αὐτὸν, ἵνα μηδεὶς
 560 ἀπιστήσῃ τοῖς λεγομένοις, λογισάμενος, ὅτι δυνατός ἐστι ταῦτα ποιεῖν ὁ Κύριος.
 Ἄγιον δὲ εἶπε τὸ ὄνομα αὐτοῦ, δηλοῦσα ὅτι οὐδὲ μολύνεται γυναικὸς μήτρα σὺλ-
 λαμβανόμενος ὁ καθαρώτατος, ἀλλ' ἅγιος μένει. Οὐκ εἰς ἐμὲ δὲ μόνην τὸ ἔλεος
 αὐτοῦ, ἀλλ' εἰς πάντας τοὺς φοβουμένους αὐτόν. Quae nec interpretari grauabimur
 ob Graeci sermonis ignaros: *Virgo, inquit, plenius edocta glorificat Deum, illi*
miraculum ascribens, non sibi ipsi. Ille enim, inquit, respexit ad me humilem, non
 565 *ego ad illum suspexi. Ille mei misertus est, non ego illum quaesiui. Et ex hoc tempore*
beatam me dicent omnes generationes, non sola vero Elisabet, sed et omnes credentium
generationes. Sed quam ob causam beatam me dicent? Num propter meam virtutem?
Nequaquam, sed quia fecit mecum magnifica is qui potens est. Nam potentem eum
appellauit, ne quis non habeat fidem iis quae narrantur, nimirum reputans quod
 570 *Dominus potest haec facere. Porro sanctum dixit nomen eius, declarans quod nec*
utero muliebri conceptus polluitur ille purissimus, sed sanctus manet. Caeterum non
in me solam illius misericordia, sed in omnes qui timent ipsum. Haec tam multa
 575 *inter se congruentia satis declarant Mariam non praedicare suam modestiam, qua*
promeruerit fieri mater Dei, sed Dei gratiam ac misericordiam erga ipsam et erga
 580 *omnes extollere. Quanto melius ageretur cum re theologica, si qui theologiam*
absolutam profitentur, a linguacibus et grammatistis comiter acciperent quod illi
 LB 227 *pro sua qualicunque portione conferunt in medium, et illis vicissim illa subli-*
 580 *miora mysteria fraterne com|municarent, hoc maiore modestia, quo penitius*
ingressi sunt in eius philosophiae penetralia, quae dedocet fastum omnem ac
supercilium docetque summam tolerantiam erga imbecilles. [A] Ex hoc. Ἀπὸ
τοῦ νῦν, id est 'post hac' siue ad verbum 'ex hoc nunc', quod tamen aliquoties
non dubitat ita vertere. [C] Neque tamen parum Latine vertit interpres, si modo
Latine scripsit Suetonius in Claudio Caesare: Atque ex eo nunquam non in senatu
nouissimus consularium sententiam dixit. [A] Beatam me dicent. Μακαριοῦσι,

585 id est ‘beatificabunt’, quod tamen apud Graecos significat felicem iudicare, sicut et ‘magnificare’ laudibus tollere. Quemadmodum et εὐδαιμονίζειν pro ‘fortunatum dicere’ siue ‘felicem iudicare’.

[49] Magna qui potens est. Μεγαλεῖα, quod alias vertit *magnalia*. Et qui potens est. Ὁ δυνατός, id est ‘ille potens’ siue ‘qui potest’. [D] Et sanctum nomen eius. Beda hanc particulam refert ad proxima, *qui potens est*, exponens quid Graece sonet ἅγιος, quasi ἄγεως – id est ‘procul a terra’ –, vt intelligas diuinam virtutem, quum Graeci putent ἅγιον dici ab ἄζομαι τὸ ‘σέβομαι’ – id est: ‘veneror religiose’, quasi dicas ἄζιος. Mihi magis referendum videtur ad superiora, et *misericordia eius*. Sanctum enim dixit gloriosum. Tum enim glorificatur nomen
595 Dei, quum nihil nostris meritis, sed totum tribuitur illius misericordiae.

[50] [A] A progenie in progeniem. Εἰς γενεὰν καὶ γενεάν, id est ‘in generationem et generationem’. Laurentius legit in suis exemplaribus εἰς γενεὰς γενεῶν, id est ‘in generationes generationum’. [B] Vt intelligas aetates innumera-
600 biles. Atque ita sane legit quisquis fuit autor homiliarum in Lucam quas Origenis titulo legimus, homilia octaua. [A] Et ipse in vno duntaxat ita scriptum reperi. Ostendit idem in nostris quoque exemplaribus variam fuisse scripturam. [B] In duobus omnium vetustissimis scriptum erat *in progenies et progenies*, quod perinde valet ac si dicas: ‘in progenies innumeras’ Hebraeorum more.

[51] [A] Fecit potentiam. Κράτος, ‘robur’ siue ‘imperium’. Nam vtrunque significat κράτος. Et in brachio pro eo quod est ‘per brachium’, Hebraeorum
605 more dixit. Cordis sui. Καρδίας αὐτῶν. Graeca vox indicat *sui* non esse referendum ad Deum, sed ad superbos. Nec est mente proprie, sed διανοία, cogitatione, vt intelligas superbos suis ipsorum consiliis dispergi.

545 mihi suspecto E: falso D.

545–546 *is qui ... Origenis ... Lucam Hom. in Lc. 8, GCS 9, p. 50 sq. Cf. supra, p. 195, n.ll. 57–58.*

552 *Catena Thomae* Thomas Aquinas, *Catena Aurea*, Guarenti, 2, p. 20, col. 2: “Theophylactus. Et ideo dicit ‘Omnes generationes’; non solum Elisabeth, sed etiam omnes credentium nationes”. Theophyl. *Enarr. in Lc. 1, 46–50* (Migne PG 123, 709 CD), is quoted in ll. 552–562.

576 *linguacibus* ThLL and OLD only mention Gell. I, 15, 20, i. q. “loquacious”, “talkative”; LLNMA, 5, p. 2821, s.v.: “loquax vel eloquens”. I prefer the latter meaning here; this was probably the meaning of “linguax” in Ep. 1581, l. 165, Ep. 2205, l. 180, and Ep. 2206, l. 23.

584–587 *Beatam ... iudicare* Cf. supra, p. 465, n.ll. 511–513.

588 *alias Dt. 11, 2, Ps. 70 (71), 19 and Sir. 17, 8, 18, 3 and 42, 21* (in *Sir. 17, 7 and 11, and 2.*

Mcc. 3, 34 it is the translation of μεγαλεῖον). Cf. infra, p. 530, l. 246 sqq.

590 *Beda In Lc. expos. 1, 1, 49, CCSL 120, p. 37 sq.* (“Graeca locutione ... ipsum verbum quod dicitur ἅγιον quasi extra terram esse significat.”).

592 ἄζομαι τὸ ‘σέβομαι’ Derived from *Etym. mag. 22, l. 24 sqq.*: Ἄζω: Σημαίνει δύο: τὸ σέβομαι ... Καὶ τὸ ξηραίνω, ὅπερ φιλοῦται ἀπὸ τοῦ ζῶ, κατὰ στέρησιν ἄζω (τὸ σέβομαι, ‘the word’ or ‘the notion σέβομαι’).

597 *Laurentius Valla, Annot. Garin, 1, p. 830, col. 2:* “Graece autem est, in progenies progenierum, εἰς γενεὰς γενεῶν”.

599–600 *quisquis ... Origenis titulo Orig. Hom. in Lc. 8, GCS 9, p. 51. Cf. supra, p. 195, n.ll. 57–58.*

604 Κράτος ... *imperium* Cf. supra, p. 448 sq., l. 197 sqq.

605 *in brachio* Cf. supra, p. 121, n.l. 283.

[52] Deposuit potentes. Καθεῖλεν δυνάστας, id est: ‘detraxit primores’ siue
 610 ‘magistratus’. Nam δυνάστης proprie qui potestate fungitur publica in ciuitate,
 velut hi qui sunt in imperio. Neque est de sede, sed ἀπὸ θρόνων, id est ‘a
 sedibus’.

[53] Dimisit. Non est hic ‘permisit’, sed ‘emisit a se’, ἐξάπεστειλε, veluti
 frustratos. Caeterum participia Graeca commodius vertisset per verba ‘eos qui
 615 esuriebant, impleuit bonis et eos qui diuites erant, dimisit inanes’ siue ‘vacuos’.

[54] Suscepit Israel. Ἀντελάβετο, quod proprie est succurrentis ac manum
 porrigentis. Memorari. Μνησθῆναι, id est: ‘vt memor esset’. Primum abusus
 est modo verbi interpres. Deinde haud scio an vsquam legatur ‘memorari’ pro
 ‘recordari’. At chorus ecclesiasticus hodie canit: *recordatus misericordiae suae*. [B]
 620 Nec suae additur apud Graecos, sed tantum est *misericordiae*, licet reclaman-
 tibus cunctis Latinis quae sane viderim, exemplaribus.

[55] [A] Sicut loquutus est. Ἐλάλησεν. Quoniam verbum est praeteriti
 temporis, sed indefiniti, rectius hic vertisset ‘sicut locutus fuerat’. Est enim
 gemini praeteriti temporis significatio. Abraham et semini. Abraham
 625 tametsi est indeclinabile, tamen articulus appositus indicat esse datiuu casus, τῷ
 Ἀβραάμ, hoc est ‘ipsi Abraham’, [D] vt dilucide loquar potius quam Latine.
 Nimirum ‘Abrahamo’ et Latinum erat et ambiguo vacat. [A] Caeterum quod
 Laurentius disputat, dicendum potius: *apud patres nostros* quam ad patres
 nostros, somnium est. An sic Deus locutus est apud patres Iudaeorum, vt nos
 LB 228 loquimur apud iudicem aut | principem? Quod si alicubi πρὸς sonat apud, vt
 631 illic, *Verbum erat apud Deum*, non statim oportet vbique idem exigere. Imo
 quemadmodum Latine dicimus: ‘scribo tibi’ et ‘scribo ad te’, ‘mitto tibi’ et ‘mitto
 ad te’, ‘loquor tibi’ et ‘loquor ad te’, [B] itidem et Graeci. Proinde quoniam
 635 vtroque modo licuit dicere, Lucas [A] variauit sermonis figuram. [B] Sentit autem
 Maria hoc Deum praestitisse iam humano generi quod olim maioribus fuerat
 pollicitus. Quibus autem maioribus? Nempe Abraham, ad quem loquitur Deus:
Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Deinde *semini*, id est ‘posteris huius’,
 nempe Daud, cui promissum est: *De fructu tuo ponam super sedem tuam*. [C] Et
 hunc locum monachi quidam impudentissime calumniati fuerant apud cardina-
 640 lem Sedunensem, cui persuaserant me pro *semini* mutasse ‘seminibus’, idque
 volebant haeresim sapere, quod pugnaret cum verbis Pauli, qui scripsit: ‘Non in
 seminibus, quasi multis, sed in vno semine, quod est Iesus Christus’. Ac super
 hac re me serio vir ille admonuit, cum a prandio literatis fabulis tempus fallere-
 mus, sollicitus de meo periculo, pro suo erga me studio. Qua calumnia nihil
 645 vnquam audiui impudentius. Nec eram cuiquam crediturus, nisi post sexcentas
 comperissem his non dissimiles. Quibus rebus adeo proficiunt, vt non pro theo-
 logis, sed pro scurris habeantur apud cordatos ac ne tum quidem illis habeatur
 fides, cum vera praedicant. Primum impudens mendacium erat me mutasse quod
 non mutaram. Deinde si Graeci legerent ‘seminibus’, nihil facerent aduersus
 650 modo citata verba Pauli. Cum Paulus illic agat de Christo, per quem vnum nobis
 erat promissa salus euangelica, hic Maria non loquatur de Christo, sed de Abra-

ham et posteris Abrahæ, quibus promissus erat Seruator Iesus. Hoc tametsi non erat huius instituti, tamen obiter indicare volui, vt posteritas norit quas beluas habuerit hoc seculum; qui cum ventri suo seruiant, tam stolidis sycophantiis obstrepunt alienæ industriæ. Et hi falsa opinione doctrinæ falsaque specie sanctimoniam, quas res titulis tragicoque cultu sibi comparant apud simplices et imperitos, habentur bases et columnæ ecclesiæ catholice, cum illius vomice sint

615 dimisit *D E*: emisit *A–C*.

617 Memorari *E*: Memorare *A–D*.

626 Ἀβραάμ *C–E*: Ἀβραάμ *A B*.

626 Abraham *A C–E*: Habraam *B*.

629–633 somnium est ... loquor tibi *B–E*:

somnium est, imo quoniam vtroque modo loquuntur Graeci, Loquor tibi *A*.

634 figuram *B–E*: colorem *A*.

643 serio *E*: sero *C D*.

617–621 *Memorari ... exemplaribus* “Memorari” is a variant for “recordatus”. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 830, col. 2, prefers “memorari” and mentions that “suae” is not to be found in Greek: “... recordatus misericordiae suae”: Verius illi codices, in quibus legitur ‘memorari misericordiae suae’. Quamquam Graece non est ‘suae’; ergo nec Latine debet esse, *μνησθηῖναι ἐλέους*”. *ThLL* 8, 692, mentions “memorari i.q. recordari, meminisse” and gives, apart from *CIL* VI, 17518, only texts of Christian and late authors. Cf. infra, p. 471, l. 705 sq., ad *Lc.* I, 72. Er. defends himself against criticism by Stun. in *Epist. apolog. adv. Stun.*, *LB* IX, 395 E.

623 *indefiniti* ‘aorist’; cf. supra, p. 319, n.l. 183.

624–658 *Abraham et semini ... membra* The explanation for the additions in this passage lies in Ep. 948, l. 94 sqq. Matthäus Schiner became Bishop of Sion (Sedunum) in 1499 and was created cardinal in 1511. After he incurred the displeasure of Pope Leo X, he served the government of the Habsburgers in various diplomatic missions. He encouraged Er. to write the *Paraphr. in Mt.* (Ep. I, Allen, *Op. ep.* I, p. 20, ll. 32–34). Between 1517 and 1521, while he was at the imperial court of Flanders, he invited Er. various times for a meal (*Contemporaries*, 3, p. 221 sqq.). On one of these occasions, in May 1517, he told him that he had heard from theologians whom he did not mention by name that Er. had changed in the Magnificat “Abraham et semini eius” into “et seminibus eius”, and that this according to them was not without danger for the faith, because Paul (v. infra, n.l. 641) had not written “in seminibus”, but “in semine tuo quod est Christus”. After his return home, Er. discovered that the allegation was incorrect. According to *Apolog. adv.*

monach. hisp., *LB* IX, 1018 E (= Ep. 1967, l. 146 sqq.), the person who had spread the rumour was present at the meal, the book was produced and the fact that it was a lie, clearly proven. Cf. Bludau, p. 76, and Rummel, *Catholic Critics*, I, p. 130.

626 *ipsi Abraham* The reading of *Nov. Test. A–C*; cf. supra, p. 463 sqq., n.ll. 508–659.

628 *Laurentius Valla, Annot.*, Garin, I, p. 830, col. 2: “Ego dixissem: ‘apud patres nostros’ et ‘Abraae’, vt sensus esset apertior. Nam datiu casus est Abraam. Πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν τῷ Ἀβραάμ, dixissem: ‘inquam apud’, vt in illo Ioannis, ‘Et verbum erat apud Deum’, πρὸς τὸν Θεόν. Et in Epistola Pauli ad Corinthios [1. *Cor.* 16, 7], ‘Spero enim me aliquantum tempus manere apud vos’, πρὸς ὑμᾶς. Sicut e diuerso illud in Psalmo [*Ps.* 5, 8]: ‘Adorabo ad templum sanctum tuum’. Est enim ‘ad templum adorare’ ‘iuxta templum’: ‘apud templum’ vero ‘in templo adorare’, πρὸς ναόν”.

637 *Et in semine ... gentes Gn.* 22, 18 (*Vg.*): “Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae ...”.

638 *De fructu ... tuam Ps.* 131 (132), 11 (*Vg.*): “De fructu ventris tui ponam super sedem tuam”.

641 *Pauli* Freely quoted from *Gal.* 3, 16 (*Vg.*): “Non dicit: Et seminibus, quasi in multis; sed quasi in vno: Et semini tuo, qui est Christus”.

643 *a prandio ThLL* I, 37: “a” i.q. ‘post’, saepius i.q. ‘statim post’; cf. Plaut. *Most.* 485: “a cena”.

643–644 *tempus falleremus* Since Ov. (*Trist.* III, 3, 12: “tempora narrando fallat”, *Her.* I, 9: “fallere noctem”, *Met.* VIII, 651: “fallunt sermonibus horas”).

653 *instituti* V. supra, p. 48, introd., §10.

verius quam membra. [A] In secula. Εἰς τὸν αἰῶνα, id est 'in aeuum'. Quamquam apud quosdam lego ἕως αἰῶνος, id est 'vsque in aeuum'.

660 [56] Quasi mensibus. Ὡσεί, id est 'fere' siue 'circiter' [D] aut 'plus minus'.

[58] [A] Et congratulabantur. Συνέχαιρον, id est, vt ad verbum reddam, 'congaudebant', quod Latini fere dicunt 'gratulari'. Quamquam congaudere potest qui non gratuletur, cum illud sit animi, hoc voce testantis gaudium.

665 [59] [D] Venerunt circumcidere. Sunt qui hoc putent et ad Mariam pertinere, quae interfuerit circumcisioni Ioannis, et per tropum excusant quod ante dicta sit reuersa in domum suam. Verum haec quid ad rem pertineant, non video, non hercle magis quam quod Ioannes Gerson torquet sese quot annos natus Ioseph duxerit Mariam et quo tempore facta sit celebritas nuptiarum, quam Gerson factam existimat, posteaquam deprehenderat vxorem gravidam; huc enim torquet illud 'priusquam conuenirent', quasi 'conuenirent' hic aliud sonet quam 'coirent'; item illud: *noli timere accipere Mariam coniugem tuam*, praeter omnium veterum interpretationem, et an idem fuerit angelus qui apparuit Mariae et qui Ioseph.

675 [61] [A] Quia nemo est. Ὅτι prorsus hic erat omittendum, cum sermo Latinus huiusmodi genus orationis respuat.

[62] Quem vellet vocari. Τί ἂν θέλει καλεῖσθαι, id est: 'quid vellet vocari', hoc est 'quo nomine'.

680 [63] Et postulans pugillarem. Quomodo scripsit in pugillaribus postulans, vt adferrentur? Proinde Graecum participium praeteriti temporis ita vertendum erat: 'et postulata tabella'. Sentit enim tabellam ceratam, quam πινακίδιον vocat; in his enim olim scribebatur. Scripsit dicens. Si dixit, quid opus erat scribere? Vnde *dicens* hoc loco referendum est non ad Zachariam loquentem, sed scripturam loquentem [C] aut, vt dicam apertius, ad Zachariam non lingua, sed scripto loquentem. [A] Nam mox subditur apertam fuisse linguam illius et coepisse loqui.

685 [66] Quis, putas. Τίς ἄρα, id est 'quis nam'. Nam ἄρα coniunctio est expletiva. Plerique codices habebant τί ἄρα, id est 'quid nam'. Nam *puer* Graecis neutri generis est, παιδίον. [D] Certe 'quid' legit Augustinus lib. De consen. euang. secundo.

690 [68] [A] Plebis suae. Τῷ λαῷ αὐτοῦ, id est 'populo suo', consentientibus et vetustis Latinorum exemplaribus, in quibus est 'plebi suae'. Laurentius Latinitatis obseruantissimus mauult *populo* quam *plebi*, quod populus vniuersos ciuitatis ordines complectatur, plebs infima pars sit.

695 [70] Prophetarum eius. 'Suorum' erat dicendum Latine et qui a seculo fuerunt potius quam *sunt*.

[71] Salutem ex inimicis. Σωτηρίαν. Quod magis sonat seruationem [B] siue incolumitatem. [A] Σωτήρ enim seruator [B] siue sospitator; [A] inde σωτηρία. Quamquam superius idem verbum fuit: *erexit cornu salutis*, et paulo post *ad dandam scientiam salutis plebi eius*. [C] Porro versus aliquot sequentes pendent ab eo quod praecessit, *sicut locutus est*. Quid locutus est? *Salutem* ab

inimicis locutus est, quod faceret *misericiordiam* ac memor esset *testamenti*; loquutus est quod praestaret *iusiurandum*, et loquutus est fore, vt daret nobis, *vt sine timore* etc. Proinde nos haec liberius explanauimus interpretatione, ne quis calumnietur, si quid prima fronte dissonat.

705 [72] [A] Ad faciendam etc. memorari. Vtrunque Graecis est verbum infinitum, ποιῆσαι μνησθηῆναι, id est: 'vt faceret et memor esset'.

[73] Daturum se. Δοῦναι ἡμῖν, id est: 'dare nobis'. Quanquam Graeca verba nonnihil aliud significant quam nos accipimus, τοῦ δοῦναι ἡμῖν ἀφόβως ἐκ χειρῶν τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυθίσθαι λατρεύειν αὐτῶ, id est: 'vt daret nobis absque metu de manibus inimicorum nostrorum liberatos seruire sibi'.

658-660 aeuum. Quanquam apud ... Quasi C-E: aeuum. Quasi A, aeuum. Licet apud ... Quasi B.

676-677 Quem vellet ... nomine *inter* 660 circiter. et 661 Et congratulabantur *posuit* A.

660 Quasi ... minus *Nov. Test.*: "circiter".

661-662 congratulabantur ... gratulari *Nov. Test.* A: "congratulabantur", B-E: "gratulabantur".

667 Ioannes Gerson *Considérations sur Saint Joseph, Oeuvres complètes* (Paris-Tournai-Rome-New York, 1960-1973), 7, pp. 75 ("quot annos ... Mariam"), 85 ("quo tempore ... coirent"), 86 ("illud ... interpretationem") and 90 ("an idem ... Ioseph").

670 priusquam conuenirent *Mt.* 1, 18 (*Vg.*): "antequam conuenirent".

671 noli ... tuam *Mt.* 1, 20 (*Vg.*).

674 "Οτι ... omittendum *V.* supra, p. 110, n.ll. 41-43.

676 Quem ... vocari *Nov. Test.*: "quid vellet vocari eum".

680 et postulata tabella The reading of *Nov. Test.* A; B-E: "Isque postulatis tabellis scripsit".

683-684 aut ... loquentem This addition from 1522 is a result of criticism by Stun.; cf. *Apollog. resp. Iac. Lop. Stun.*, ASD IX, 2, p. 114-116.

686-687 Quis, putas ... quid nam Cf. supra, p. 258, l. 645 sq., ad *Mt.* 18, 1. *Nov. Test.*: "Quis nam puer hic (A: "iste") erit?" Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 830, col. 2 sq.: "Quis putas puer iste erit? Est quidem Graece neutri generis 'quid', seu potius 'quod', sed respondet illi 'puer', quod est neutri generis, παιδίον. Sed nec Graece est 'putas', sed dictio quaedam indeclinabilis, vt ego maluissem transferre 'quisnam puer hic erit?' τί αρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται, quod est audacius in Matthaео: 'Quis putas maior est in regno

693 complectatur A-D: complectat E.

696 seruationem B-E: saluationem A.

697 seruator B-E: saluator A.

699 plebi eius B-E: nobis A.

coelorum?' Non enim erat interrogandus: 'quem maiorem esse putas?' sed plane 'quis maior est?', quia in Deo non est opinio, sed scientia, τίς ἄρα μείζων ἐστί".

686-687 coniunctio ... *expletiua* *V.* supra, p. 45, introd., §9.

687-688 neutri Cf. supra, p. 39 sq., introd., §8a.

688 *Augustinus Cons. euang.* II, 5, 17, *CSEL* 43, p. 105.

690 populo suo The reading of *Nov. Test.* B-E; A: "plebi suae".

691 *Laurentius Valla, Annot.*, Garin, 1, p. 831, col. 1.

694-695 *Suorum ... sunt* "Prophetarum suorum" is Valla's translation in *Annot.*, Garin, 1, p. 831, col. 1; it is included in *Nov. Test.*; "fuerunt" is the translation from *Nov. Test.*, "sunt" that from *Vg.*

697 seruator On this reading from B-E and "saluator" from A (cf. app. crit.), v. supra, p. 465, n.ll. 514-515, ad *Lc.* 1, 47.

698-699 erexit ... plebi eius *Lc.* 1, 69 and 77.

700-703 sicut locutus est ... sine timore *Lc.* 1, 70-74.

705-706 memorari ... memor esset Cf. supra, p. 469, n.ll. 617-621; *Nov. Test.* A: "vt faceret misericordiam cum patribus nostris et memor esset testamenti sui sancti"; B-E: "vt vteretur misericordia erga patres nostros, ac memor esset".

707-710 Daturum ... sibi Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 831, col. 1. *Nov. Test.*: "vt daret nobis: vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiremus ipsi" (A: "seruiamus illi", B: "seruiremus illi").

[76] Parare vias eius. Ἐτοιμάσαι, id est 'ad parandum'.

[77] Ad dandam scientiam salutis. Cum mox reliquerit infinitum ἔτοιμάσαι, nunc vertit in gerundium τοῦ δοῦναι, 'ad dandum'. Atque haec ad puerum quoque quem alloquitur, probe referri possunt: 'praebis enim ante
715 faciem Domini, vt pares vias illius et des cognitionem salutis populo illius in remissionem peccatorum'. Ioannis enim praedicatio fecit, vt intelligerent instare salutem, quae contingeret in remissione, hoc est 'per remissionem peccatorum'. Neque enim est in remissionem Graecis, sed ἐν ἀφέσει. Non quod ipse
720 Ioannes remiserit peccata, sed quod suo baptismo praeparauerit illos ad poenitentiam. Alioqui remissionem peccatorum non fuisse ex Ioanne palam arguit quod mox sequitur, *per viscera misericordiae*. [D] Certe de Ioanne interpretatur Theophylactus, et Ambrosius caeterique, quod ad priorem partem attinet. [B] In remissionem peccatorum. Ita et Graece legitur et in vetustis Latinorum
725 exemplaribus. Caeterum quando ad sensum nihil intererat, ad effugiendum τὸ δύσφθεγκτον maluimus 'eius' aut 'ipsius'.

[78] [D] In quibus. Dictum est pro 'per quae viscera misericordiae'. [A] Oriens. Non est hic participium, sed nomen substantiuum ἀνατολή. Quae vox significat exortum solis aut regionem vnde oritur. Christum igitur ipsum solem vocat orientem. [D] Quod diligenter annotauit Theophylactus. Addit ἐξ ὕψους, id est 'ex altitudine' siue 'sublimitate'; ad differentiam corporei solis, qui | nobis
LB 230 oritur ab inferis surgens in altum, hic sol contra e sublimi exortus descendit ad nos, vt nobis illucesceret.
731

[79] [A] Illuminare. Ἐπιφάναι, id est 'illuce' siue 'illucesce' siue 'exorere'. Quanquam magis placet, vt sit infinitum verbum, quod tamen in alium modum
735 erat vertendum: 'visitauit nos oriens ex alto, vt illucesceret his qui in tenebris et vmbra mortis sedebant' siue [C] 'nobis, qui [A] sedebamus, et dirigeret pedes nostros'. [D] Alioqui mutanda erat persona, quum hactenus sermo ad Ioannem habitus sit. Theophylactus nobiscum facit et coniunctim legit.

[80] [A] Et confortabatur. Ἐκραταιοῦτο, hoc est: 'fiebat robustus ac validus', non corpore tantum, sicut vulgus, sed *spiritu*. Nam aetas corpori robur ac vires paulatim addit, quod hic transtulit ad animum. Nec est simpliciter crescebat, sed ἠϋξανε, id quod peculiare est plantis et animantibus. Caeterum hic accommodatius dixisset: 'adolescebat'. Ostensionis suae ad Israel. Ἐως
740 ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ. Quorum verborum hic sensus est: donec denuo proferretur et ostenderetur apud populum Israel qualis esset. Nam interea veluti latebat, suo tempore proditurus.
745

EX CAPITE SECVNDO

[1] Edictum. Δόγμα, id est 'decretum', quod tamen recte mutauit interpretes. [C] Nos *decretum* vertimus, non corrigentes quod ille vertit, sed explanantes.
750

[2] [A] Cyrino. Κυρηνίου, id est 'Cyrenio'. [C] Tametsi sunt qui putent hanc vocem corrupte prolatam ab euangelista, quomodo saepe Graeci pronunciant

- Latinas, et pro 'Quirino' dictum Κυρήνιον, praesertim cum Iosephus Antiquitatum Iudaicarum lib. xvii. *Cyrinum* appellet hunc censui faciendo praefectum, non Cyrenium. Cui sententiae vt non est consilium admodum repugnare, ita libentius accederem, nisi euangelista pro ι posuisset η , et rursus $\omicron\varsigma$ vertisset in $\iota\omicron\varsigma$, praeterea si Ruffinus vertisset 'Quirinus', non *Cyrinus*. [A] Nec est a praeside, sed ἡγεμονεύοντος, id est 'praesidem agente' [C] siue 'praeside'. [B] Porro prima referri potest ad praesidem Cyrenium, vt non accipias simpliciter primam, sed primam sub illo indictam.
- [3] [A] Vt profiterentur. Απογράφεσθαι. Idem verbum quod hactenus vertit *describeretur*. Caeterum eadem res, cum agitur in re militari, vocatur 'dare nomen', cum in aestimandis facultatibus et expendendo numero capitum appel-

711 Ἐτοιμάσαι *scripsi*: ἐτοιμάσαι A-E BAS LB.
713 ἐτοιμάσαι *scripsi*: ἐτοιμάσαι A-E BAS LB.
717 quae contingeret C-E: idque A B.

723 peccatorum C-E: peccatorum eorum B.
756 praeterea D E: Tum C.
762 expendendo B-E: exponendo A.

711-721 *Parare ... misericordiae Nov. Test.*: "ad parandum vias eius. Ad dandam scientiam salutis populo ipsius, per (A: "plebi eius, in") remissionem peccatorum".

712 *mox* 'just now'; cf. supra, p. 105, n.l. 898.

722 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 1, 76-80, Migne PG 123, 717 D - 720 B.

722 *Ambrosius* Probably a reference to *Expos. Lc.* II, 33 sq., CCSL 14, p. 45 sq.

725 δὺσφθεγκτον 'unfit to be uttered'; *ThGL* and Liddell-Scott only note its occurrence in the work of the grammarian Pollux (III, 129, and V, 123). Er. refers to him by name supra, pp. 232 and 360, ll. 2 and 232.

726-737 *In quibus ... nostros Cf. Valla, Annot., Garin, 1, p. 831, col. 1. Nov. Test.*: "in quibus (A: "in quibus") visitauit nos oriens ex alto. Vt illucesceret his qui in tenebris et umbra mortis sedebant". Cf. supra, p. 121, n.l. 283.

729 and 738 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 1, 76-80, Migne PG 123, 720 BC: ἀλλ' ἐκεῖνος ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἐξ ὕψους, ἀνατολή λεγόμενος: Ἥλιος γὰρ δικαιοσύνης ἐστὶ. Καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν, τοῖς ἐν σκότει, τουτέστι, τῇ ἀγνωσίᾳ· καὶ τῇ σκιᾷ τοῦ θανάτου, τῇ ἀμαρτίᾳ, καθημένοις· δύο γὰρ κακὰ ἐκράτει τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως, ἀγνωσία Θεοῦ, ἣν εἶχον οἱ Ἕλληνες· καὶ ἀμαρτία, ἣν εἶχον οἱ Ἑβραῖοι, εἰ καὶ Θεὸν ἐπεγίνωσκον.

733 *illucesce Cf. Valla, Annot., Garin, 1, p. 831, col. 1.*: "Illuminare iis qui". Illucescere potius, vt apparere dicendum fuit. Nam illuminare tibi sermo insolens est, ἐπιφᾶναι".

739-745 *Et confortabatur ... esset Nov. Test. A* follows the reading of *Vg.*; *B-E*: "crecebat et corroborabatur spiritu, et erat in desertis,

donec veniret dies quo ostendendus erat apud Israelitas".

748-783 *Edictum ... ibant Cf. Valla, Annot., Garin, 1, p. 831, col. 1 sq.*: "... idem verbum est 'describi' et 'profiteri', ἀπογράφεσθαι (cf. l. 760 sq.). Nec legendum est cum praepositione 'a', quanquam Graece magis 'praesidente' quam 'praeside' (cf. l. 756 sq.); nec legendum est 'Cyrino', sed 'Cyrenio' (cf. l. 750) ... Nec minus commode accusatiuus Graecus nunc transferretur per ablatiuum sic: 'singuli in sua ciuitate'. Erat autem haec descriptio siue professio, ne quis ignoret, vt sciretur quantum quisque haberet in facultatibus (cf. l. 762). Dicta quidem professio eorum qui censebantur; descriptio vero eorum qui censebant respectu" (cf. l. 764 sq.).

749 *decretum* The reading of *Nov. Test.*

750-757 *Cyrino ... praeside Nov. Test.*: "praeside Syriae Cyrenio". Cf. infra, p. 493, l. 285 sqq. The passage from 1522 was added under the influence of *Stun.*, as is apparent from *Apollog. resp. Iac Lop. Stun, ASD IX, 2, p. 116, ll. 168-177.*

752 *Iosephus Ant. Iud. XVII, 18, f^o 146 v^o*: "Cyrinus vir consularis a Caesare destinatur, census in Syria dispositurus, et domum redditurus", translation of XVII, 13, 5, 355: πέμπεται Κυρίνιος ὑπὸ Καίσαρος ἀνὴρ ὑπατικός ἀποτιμησόμενος τὰ ἐν Συρίᾳ καὶ τοῦ Ἀρχελάου ἀποδωσόμενος οἶκον.

756 *Ruffinus* Cf. supra, p. 109, n.ll. 3-4.

760-761 *hactenus ... describeretur Lc. 2, 1 (2, 2: ἀπογραφή, Vg.: "descriptio") and Prv. 22, 20.*

latur ‘census’. Sic enim Vlpianus: *Vitia priorum censuum aeditis nouis professionibus euanescunt*. Proinde magistratus censet, populus profitetur. Et superius Latinus vertisset ‘censeretur’ quam *describeretur*. Et ‘professio’ rectius quam *descriptio*. Declarat et Ambrosius hoc loco nihil aliud esse professionem quam censum: *Professio*, inquit, *ista fidei census animorum est*. Porro quod dixit: *uniuersus orbis*, Ambrosius ad allegoriam trahere mauult, cum Augustus id temporis nec Armeniis nec Gottis imperarit. Verum vt historiae quoque sua constet fides, totus orbis aut accipiendus est per synecdochen, vt intelligas maximam orbis partem aut [B] vt intelligas [A] totum orbem Rhomanum. Ex hoc enim loco colligunt nonnulli ad imperatorem totius orbis imperium pertinere, cum nec hoc agat Lucas nec Augustus ipse totius orbis imperium tenuerit. Quanquam vt non improbarim, si quis vnus totius orbis imperio potiat, modo is quantum praeemineret autoritate, tantum et praestaret prudentia simul et integritate. Ita stultissimum arbitror id somnare, quod nec fuerit vnquam et hoc ipsum quod fuit, iam olim e vita hominum sublatum sit, crudelissimum autem huius[modi] factitios titulos tanto rerum omnium tumultu tantaque sanguinis iactura persequi. [B] Postremo neququam tutum rebus humanis tantam potestatem vnus hominis libidini committere, qui vir pessimus [C] atque etiam stultissimus [B] possit obtingere. [C] Neque video quorsum hoc sit euasurum, nisi vt crescat tyrannis miserae plebi. [A] In suam ciuitatem. Hic licebat vertere ‘in sua ciuitate’, hoc est: ‘in sua quisque ciuitate’, nisi referas ad *ibant*.

[4] In Iudaeam, ciuitatem. Εἰς τὴν Ἰουδαίαν, εἰς πόλιν Δαυίδ, ‘in Iudaeam, in ciuitatem Daud’. Deest ‘in’ praepositio, ‘in ciuitatem’. Prius enim posuit nomen regionis, deinde ciuitatis. Et familia. Καὶ πατριᾶς. Idem verbum quod in Paulinis epistolis vertit *paternitas: ex quo omnis paternitas in coelo et in terra nominatur*, [B] sed hac de re proximo capite nonnihil annotabimus.

[5] [A] Vxore praegnante. Ita vertit interpres, vt Ioseph videatur duxisse Mariam [B] vxorem [A] iam tunc praegnantem [B] ante coniugium ininitum, [A] cum Graece sit οὔση ἐγκύω, id est ‘quae erat grauida’ siue ‘quae ferebat vterum’. [B] Ordo sermonis nonnihil habet amphibologiae, quod ordinari possit [D] hunc in modum [B]: ‘ascendit Ioseph cum vxore praegnante’ aut ‘ascendit, vt profiteretur cum vxore praegnante’. Id tamen ante nos annotauit Petrus Comestor, ne quem omnino sua laude fraudemus.

[7] [D] Primogenitum. Πρωτότοκον. Etiam ethnicis primogenitus dicitur ante quem nemo natus est, etiam si nemo sequatur; addidit autem primogeniti nomen, quod is partus sacer esset iuxta legem, et primi partus in aliis sunt difficiliore. [A] Et pannis. Ἐσπαργάνωσεν. Ad verbum sonat ‘infasciauit’ – id est: ‘fasciis inuoluit’ –, ne quis imaginetur laceros pannos. [C] Opinor enim Mariae paupertatem fuisse mundam. Porro quod Suidas ait σπάργανα proprie dici τὰ βᾶκη, non est necesse, vt de vetustate laceris pannis intelligamus, cum apud Matthaicum βᾶκος ἄγναφον dicatur rudis ac recens pannus. [A] Non erat ei locus. ‘Eis’ est Graece, ἀπότεις. Vt accipias de ambobus. Caeterum qui conuenit non fuisse locum in diuersorio, cum praesepe pars, opinor, fuerit diuer-

sorii; nisi quod alibi κατάλυμα vertit ‘refectionem’ et *coenaculum*. Non erat locus aptus parturienti, quae solitudinem requirit.

[8] Vigilantes. Ἀγραυλοῦντες, id est ‘in agris agentes’ [B] siue ‘stabulantes’. [A] Nam hinc Graecis est composita dictio, ἀγρός ager, ἀυλή stabulum. In septis enim noctu seruantur greges ob incursum luporum, verum ea septa in agris sunt. Et custodientes vigilias. Φυλάσσοντες φυλακάς, id est: ‘custodientes custodias’ siue ‘excubantes excubias’.

[9] Et claritas. Καὶ δόξα, id est ‘gloria’, quod aliquoties vertit *maiestatem*. Stetit iuxta illos. Ἐπέστη αὐτοῖς. Magis significat angelum imminuisse ex alto supra illos quam astitisse. [C] Hoc admonuisse contenti reliquimus quod vertit interpres, propterea quod Graeca praepositio sit anceps. Et fieri potuit, vt astiterit qui nunciauit primus.

[12] [A] Inuolutum pannis. Ἐσπαργανωμένον. Participium est eius verbi de quo paulo ante diximus, id est ‘fasciis puerilibus inuolutum’, ne rursus mendicorum pannos imaginemur. Nam vt parentibus Iesu tenuitatem ac paupertatem libenter tribuimus, ita sordes ac mendicitatem procul amouemus. Habet et paupertas suam mundiciem. Nam quo minus in conclau pepererit Maria, non paupertas obstitit, sed diuersantium turba. Alioqui si Christo tantopere placuisset

818 Ἐσπαργανωμένον C–E: ἐσπαργανωμένων A
B.

763 *Vlpianus Digesta*, L, 15, 2 (*Corpus Iuris Civilis*, ed. Krueger – Mommsen, Berlin, 1928, I, p. 908, col. 1).
767 *Professio* ... est Ambr. *Expos. Lc.* II, 36, *CCSL* 14, p. 46.
768 *Ambrosius* According to *Expos. Lc.* II, 37, *CCSL* 14, p. 46 sq., the census was not issued by Augustus, but by Christ, and what is meant is the whole world.
770 *synecdochen* V. supra, p. 47 sq., introd., §9.
782–783 *In suam ... ibant Nov. Test. A*: “in suam ciuitatem”; *B–E*: “in suam quisque ciuitatem”.
784–785 *in Iudaeam, in ciuitatem David* The text of *Nov. Test.*
787–788 *ex quo ... nominatur Eph.* 3, 15 (modern editions of *Vg.*: “caelis” instead of “coelo”).
788 *proximo capite* V. infra, p. 500 sqq., ll. 456–593, ad *Lc.* 3, 23 sqq.
794 *Petrus Comestor Hist. schol., In Ev.* 4, Migne *PL* 198, 1539 CD.
799–803 *Et pannis ... pannus* Cf. l. 818 sqq. *Nov. Test.*: “fasciis eum inuoluit”. The passage from 1522 was added under the

influence of *Stun.*; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD* IX, 2, p. 116 sq., ll. 177–192.
801 *Suidas* Adler, 4, p. 416: Σπάργανα: τὰ ἱμάτια, κυρίως δὲ τὰ βόσκη.
803 *Matthaeum Mt.* 9, 16.
804 *Eis* The reading of *Nov. Test.* and modern editions of *Vg.*
806 *alibi Mc.* 14, 14: “refectio”; “coenaculum” only occurs as the translation of ἀνάγειον (*Mc.* 14, 15, and *Lc.* 22, 12), τρίστογον (*Act.* 20, 9) or ὑπερῶον (*Act.* 1, 13; 9, 37 and 39, and 20, 8).
808–813 *Vigilantes ... maiestatem* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 831, col. 2. *Nov. Test.*: “vigilantes et excubantes (A: “custodientes”) excubias ... claritas”.
818–828 *Inuolutum ... suppeditare* Cf. l. 799 sqq. *Nov. Test.*: “fasciis inuolutum”. The addition from 1519 (ll. 824–828) may have been prompted by criticism which arose as a result of Er.’s remarks about mendicant friars; cf. *Apolog. resp. inuect. Ed. Lei*, Ferguson, p. 281, l. 1060 sqq., and *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *LB* IX, 153 D – 154 A.

825 mendicitas, vt quidam putant, in ptochodochio nasci poterat. [B] Nunc mendicantium vocabulo sese venditant et ii qui satraparum opes domi possident. Nec insector quorundam institutum qui vere mendicato viuunt, sed rectius opinor facturos, si qui valent, vt valent permulti, manibus pararent vnde tum sibi tum aliis egenis possent suppeditare.

830 [14] [A] Hominibus bonae voluntatis. Καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία, id est: 'et in terra pax, in hominibus bona voluntas'. Vt intelligas tria distributa ac singula singulis reddita, gloriam vni Deo tribuit, idque in altissimis, terrae pacem, hominibus bonam voluntatem, εὐδοκίαν, quod alias vertit *beneplacitum*. Siquidem homines veluti tertios ac medios inter coelum et terram ponit.

LB 232 Neque vero sic accipiendum, opinor, vt ipsis hominibus sit | bona voluntas, sed
835 vt intelligant hanc gloriam, hanc pacem non ex hominum meritis exhibitam mundo, sed duntaxat ex beneplacito Dei, cui sic visum fuit hominibus gratificari.

840 [C] Atque ita sane interpretatur Chrysostomus in commentariis quos scripsit in epistolam ad Colossenses. [A] Porro cum ita constanter habeatur in omnibus Graecis exemplaribus et ad eum modum [C] Chrysostomus [A] exponat et Theophylactus, mirum est nusquam hanc lectionem nec apud Hieronymum deprehendi nec apud Ambrosium nec apud Augustinum. Theophylactum inspicere cuius promptum est, qui plane legit ἐν ἀνθρώποις, distinguens hanc particulam a superiore, εὐδοκίαν in hominibus interpretans requiem ac refocillationem Dei in hominibus, quam in illis prius non inuenerat; vt ex eo palam sit 'bonam voluntatem' non pertinere ad homines, quasi qui bonam habeant voluntatem, sed ad Deum, qui propicius factus sit hominibus per Filium suum. Cuius verba subscribam, eo quod is qui nuper vertit, subobscurè videtur reddidisse sententiam: Δόξα γὰρ τῷ Θεῷ, φασίν. Ἐπὶ γῆς γὰρ εἰρήνη νῦν γέγονε. Πρῶτην μὲν γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἔχθραν εἶχε πρὸς Θεόν· νυνὶ δὲ τοσοῦτον κατηλλάγη, ὥστε καὶ
850 προσεπλάκη τῷ Θεῷ καὶ ἠνώθη αὐτῷ σαρκωθέντι. Ὁρᾷς οὖν εἰρήνην τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν ἄνθρωπον. Καὶ ἄλλως δὲ νοηθήσεται: Εἰρήνη ἐστὶν αὐτὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἡ εἰρήνη. Αὕτη οὖν ἡ εἰρήνη, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἐπὶ γῆς γέγονε. Καὶ ἐν τοῖς ἀνθρώποις εὐδοκία, τοῦτ' ἔστιν ἐπανάπαυσις τοῦ Θεοῦ. Ἐπανεπαύθη γὰρ ὁ Θεὸς νῦν, καὶ εὐηργετήθη ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ὡς πρῶτην γὰρ οὐκ
855 ἠὺδόκει οὐδὲ ἠρέσκετο ἐν τοῖς ἀνθρώποις. Id est: "Gloria enim Deo", inquit. 'Nam in terra pax nunc facta est'. Prius siquidem humana natura inimicitiam habebat aduersus Deum, nunc vero adeo reconciliata est, vt et conglutinata sit Deo et vnita illi incarnato. Vides igitur pacem Dei cum homine. Potest et aliter intelligi: Pax est ipse Filius Dei. 'Ego enim', inquit, 'sum pax'. Haec igitur pax, nempe Filius Dei, in terra facta est. 'Et in hominibus bona voluntas' seu 'beneplacitum', hoc est refocillatio Dei. Refocillatus est enim Deus nunc et bene habitus est in hominibus, quemadmodum prius quidem non sibi complacuit nec bonum affectum habuit in hominibus'. Hic certe pro nobis in hoc facit, quod bonam voluntatem refert non ad homines, sed ad Deum, quodque pacem refert ad Dei erga nos bonam voluntatem, hoc est: animum tranquillum, vt ita loquar,
865 ac posita ira amanter affectum erga nos, vndecunque irrepsit huc coniunctio,

870 quae sensui obstat nec est in Latinis codicibus nec in Graecis emendatioribus. Caeterum Chrysostomus in epistolam ad Colossenses his verbis utitur: Διὰ τοῦτο εὐχαριστοῦντες λέγομεν· Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Ἰδοὺ, φησὶ, καὶ ἄνθρωποι ἐφάνησαν εὐαρεστοῦντες. Λοιπὸν, τί ἐστὶν εὐδοκία; Καταλλαγή. Οὐκ ἔτι μέτοιχόν ἐστιν ὁ οὐρανός. Id est: 'Propterea gratias agentes dicimus: 'Gloria in altissimis Deo et in terra pax, in hominibus bona voluntas'. 'Ecce', inquit, 'et homines declarati sunt gratiosi'. Superest quid sit bona voluntas. Reconciliatio. Iam non amplius interstitium est coelum'. Ex his 875 palam est illum et distinguere, quemadmodum distinguunt Graeci codices, et interpretari, quemadmodum nos admonuimus. Quod enim Deo reconciliati sumus, id non contigit ex nostris meritis, sed illius gratuita in nos benevolentia.

839–840 et Theophylactus *C–E*: Vulgarius *A B*. 841–951 Ambrosium ... Pastores *E*: Ambrosium. Pastores *A*, Ambrosium, ne apud Origenem quidem, aut Chrysostomum, qui omnes non solum adducunt hunc locum iuxta nostram lectionem, verumetiam interpretantur. Nonnulli graeci codices habebant, in hominibus bona voluntas, ἐν ἀνθρώποις, alii, hominibus voluntas absque praeposi-

tionem. Pastores *B*, Ambrosium ... 842 promptum est. Nam hunc enarrans locum, adduxit quod diximus. 868 Caeterum ... 879 monachorum. Pastores *C*, Ambrosium ... 845 homines, 846 sed ad Deum ... 904 homines. 909 Porro ... 912 particulae 912–913 ad idem ... 921 bona voluntas. 936 Haec opinor ... 938 Telesphorum eius nominis primum. Hoc ... 942 cantici. Pastores *D*.

824 *ptochodochio* 'poorhouse'; this word also figures in *Die Amerbachkorrespondenz*, ed. Hartmann – Jenny (Basel, 1942 –), 2, N° 783, p. 8 (Hoven, p. 293 sq., s.v.); in antiquity "ptochium" or "ptochotropheum" or "ptochotrophium", both in *Cod. Iust.* I, 2, 19 (Souter, s. vv.).

826 *mendicato* 'begging' (Hoven, s.v.).

827 *unde* Cf. supra, p. 43, introd., §8b.

829–950 *Hominibus* ... *superstitionem* The original note, which was influenced by Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 831, col. 2 (Valla noted that "in hominibus bona voluntas" was changed into "hominibus bonae voluntatis" and εὐδοκία is usually translated as "beneplacitum"), was criticised by Lee, N. Beda and Sutor. The references to Chrys. from 1522, in ll. 837 sq., 839 and 868–879, and to Theophyl. from 1527, in ll. 846–867, also occur in *Resp. ad annot. Ed. Lei*, LB IX, 147 F–148 B. The additions from 1527 contain textual similarities with Ep. 1680, ll. 42–143, where Er. defends himself against criticism from Franciscus Cigalinus of Como (l. 61 sqq. contains the same quote from Chrys. as l. 868 sqq.; l. 68 sq. contains the passage from Theophyl. which is also quoted in ll. 852–853; l. 89 sqq. makes the same distinction between εὐδοκία and ἀγαθὸν θέλημα as in l. 891 sq.; l. 93 contains the same quote

from 1. *Cor.* 10, 5 as in l. 905 sq., l. 116 the same reference to *Mt.* 3, 17 as in l. 901 sq. and l. 127 sq. the same comparison between "vrbem Romam" and "vrbem Romae" as in l. 910). Criticism from N. Beda and Sutor may also have been of influence; cf. *Supputat. error. in cens. N. Bedae* and *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, LB IX, 491 F and 768 E.

830 εὐδοκία ... *voluntas* The usual reading of *NT* is εὐδοκίας. Er. follows here and in *Nov. Test.* the variant reading which occurs, among other places, in the so-called Koine, in Eusebius and, in part, in Orig.

832–833 *beneplacitum* *Eph.* 1, 9 (cf. *Ps.* 68 (69), 14, and 88 (89), 18, and *Sir.* 1, 34; 2, 19; 34, 21; 35, 5, and 41, 6 (*LXX*: 1, 27; 2, 16; 31, 21; 32, 5, and 41, 4)).

837 *Chrysostomus* V. infra, ll. 868–871.

839–840 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 2, 8–14, Migne *PG* 123, 724 BC, quoted infra, ll. 848–855.

841 *Ambrosium* V. *Expos. Lc.* II, 51, *CCSL* 14, p. 53.

841 *Augustinum* Aug. uses "beneplacitum" repeatedly, but not in this context.

868 *Chrysostomus In Col.* 1. *hom.* 3, 4, Migne *PG* 62, 321 sq. (Διὰ τοῦτο ... εὐαρεστοῦντες λοιπὸν. Τί ... οὐκέτι μεσότοιχόν ἐστιν ὁ οὐρανός).

Quin et in his libris quos habemus ex Chrysostomo versos, reperitur haec lectio, nominatim in homiliis De vita monachorum. In nonnullis Graecorum codicibus
 880 reperio praepositionem ἐν non addi: 'hominibus bona voluntas', manente tamen recto casu. Iam ex Origenis verbis, quae referuntur in Catena Aurea, colligi potest illum sentire nobiscum; sunt autem haec: *Sed diligens lector inquirat quomodo Saluator dicat: 'Non veni pacem mittere super terram'; et nunc angeli de eius natiuitate cantant: 'In terra pax hominibus'. Sed hoc quod 'pax' esse dicitur 'in hominibus*
 885 *bonae voluntatis', soluit quaestionem. Pax enim quam non dat Dominus 'super terram', non est 'pax bonae voluntatis'. Hic perspicuum est bonam voluntatem non referri ad homines, sed ad pacem; praeterea non additur coniunctio et et additur praepositio in, quae in vulgatis Latinorum codicibus non additur. Nam codex quem nobis postremum exhibuit collegium Constantiense, habebat praepositionem vetusta manu ascriptam. Ad hanc sententiam pene compellit nos ipsa dictio Graeca εὐδοκία. Nam si dixisset: ἀγαθὸν θέλημα, quadrare poterat in hominem, nunc non item; neque enim | apte dixeris εὐδοκίαν hominis erga Deum. Quare puto veteres, qui Graece sciebant, idem sensisse quod interpretati sunt. Alios minus attentos quid fefellerit, videor mihi deprehendisse. Pacem hic vocat reconciliationem. Ita Christus apud Paulum dicitur *pax nostra* – hoc est 'reconciliatio' – et idem suis precatur pacem – hoc est 'peccatorum remissionem'. Caeterum nominatius hic εὐδοκία per appositionem refertur ad *pax*, perinde quasi percontanti vnde ista pax quam nunciatis, respondeant angeli, non est ex meritis vestris, sed haec pax est pius affectus Dei erga homines. Sic enim ordinandus est sermo: 'in terris pax, quae est bona voluntas Dei in hominibus', id est 'erga homines'. Nam haec sermonis forma congruit cum illa, *in quo mihi complacui*, ἐν ᾧ εὐδόκησα. Quemadmodum enim illic dictum est: *in quo mihi complacui*, pro eo quod erat 'erga quem habeo bonum affectum, ita hic dicitur: 'beneplacitum in hominibus' pro bono affectu erga homines. Similiter loquutus est Paulus 1. Corinth. 10.: ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν εὐδόκησεν ὁ Θεός, id est: 'sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo'. Multisque aliis scripturae locis ponitur εὐδοκία ad exprimendum liberam et gratuitam Dei benevolentiam, velut huius euangelistae cap. 10.: Ναί, ὁ πατήρ, ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου. Porro Latinus interpres nominatiuum appositivum vertit in genitivum, quemadmodum dicimus: 'urbem Romae' pro vrbe Roma. Quoniam autem genitivus referri videtur ad id quod est proximum, videlicet *hominibus*, data est Latinis lapsus occasio, quum referatur ad pacem. Itaque tres particulae seu duae potius ad idem pertinent. Angeli nunciant adesse tempus quo Deus constituerat ex sua misericordia gratuita servare genus hominum, pro qua bonitate admirabili stupescunt angeli et canunt gloriam Deo in altissimis, vbi nullum erat peccatum et ob id nulla reconciliatio; sed pacem annunciant terris, hoc est 'abolitionem peccatorum, quae gratis datur per fidem'; et ob id hanc pacem vocat εὐδοκίαν, hoc est 'amicum ac benevolum affectum Dei erga homines'. Itaque nullus erit scrupulus, si legamus ac distinguamus hunc in modum: *Gloria in excelsis Deo*, et hic interposito puncto sequatur *et in terra pax*. Rursus interiecta hypostigme addatur*

in hominibus bona voluntas. Ad sensum tamen haud ita magni refert, si genitius *bonae voluntatis* referatur ad homines, modo intelligamus homines sic dici *bonae voluntatis*, quemadmodum dicuntur filii gratiae, filii charitatis, filii electionis et filii irae quos Deus sua gratia suaque charitate dignatur aut quos elegit aut in quos exercet iram suam. Ita dicantur homines bonae voluntatis erga quos Deus gerit bonam voluntatem, qui non secundum iusticias nostras, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Quae sententia congruit cum verbis beati Pauli compluribus locis, nominatim 2. Tim. 1: *non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum et gratiam*. Quod hic vocat εὐδοκίαν, illic appellat πρό-
 925 θεσιν καὶ χάριν. Ad hanc rationem haec particula *in hominibus bonae voluntatis* astringit eam quae proxime praecessit, *super terram pax*. Ne quis eam pacem putaret ad omne genus animantium in terra degentium pertinere, adiecit *in hominibus*. Rursus ne putaremus eam pacem cunctis hominibus promiscue dan-
 930 dam, addidit *bonae voluntatis*, vt intelligamus electos tantum designari quos Deus libera voluntate sua dignatus est euangelica gratia. Alioqui hominis bona volun-
 935 tas gratiae donum est. Haec opinor candido lectori fore satis. Nam arbitror me quod verum est, deprehendisse. Canticum angelorum quod hodie canitur in tem-

901 complacui, ἐν *BAS LB*: complacuit, ἐν *D E*.

878–879 *Chrysostomo ... De vita monachorum Ad populum Antiochenum hom. 56, Opera*, (Basel, Froben, 1517), vol. 4, f° 83 r°, ed. Er. (Basel, Froben, 1530), vol. 4, p. 569 (Basel, Gelenius, 1547), vol. 5, p. 377: “Gloria in excelsis Deo, et in terra pax, In hominibus bona voluntas”. This sermon is a translation of Chrys. *Hom. in Mt.* 58 (59), 3, from l. 12 (Μετὰ γὰρ παρησίαις), Migne *PG* 58, 643–648 by Lucas Bernardus of Brescia (c. 1500. *LThK* 2, 235).

881 *recto casu V.* supra, p. 359, n.l. 197.

881 *Catena Aurea Guarienti*, 2, p. 32, col. 2 (“cantent” instead of l. 884: “cantant”). “Non veni ... terram” (l. 883 sq.) is a contamination of *Mt.* 10, 34 and *Lc.* 12, 51. The text is a paraphrase of Orig. *Hom. in Lc.* 13, GCS 9, p. 79: “Diligens scripturae lector inquirat, quomodo Saluator loquatur: ‘Non veni pacem mittere super terram, sed gladium’, et nunc angeli in eius natiuitate decantent ‘super terram pax’ ... Nunc vero id, quod additum est, hoc est, quod post ‘pacem’ dicitur: ‘in hominibus bonae voluntatis’, soluit quaestionem. Pax quoque, quam non dat Dominus ‘super terram’, non est ‘pax bonae voluntatis’”.

895 *Paulum Eph.* 2, 14.

896 *idem suis precatur pacem Lc.* 24, 36, *Ioh.* 20, 19, 21 and 26: “Pax vobis”.

897 *per appositionem Cf.* infra, n.l. 909.

901–902 *in quo mihi complacui*, ἐν ᾧ εὐδόκησα *Annot. in Mt.* 3, 17, and 17, 5, supra, pp. 122 sq. and 252, ll. 342 sqq. and 533 sq., are based on “in quo mihi complacui”; *Mt.* 3, 17 reads in *Vg.* “in quo mihi complacui” or “complacuit” (mentioned in app. crit. by Wordsworth-White and Weber), in *Nov. Test.* “in quo mihi bene complacitum est”; *Mt.* 17, 5 reads in *Vg.* “in quo mihi bene complacui” or “complacuit”, in *Nov. Test.* “in quo mihi bene complacitum est”. Because Er. reads “complacui” everywhere else, I have given preference to this reading here too.

904 *Paulus I. Cor.* 10, 5.

907–908 *huius euangelistae Lc.* 10, 21.

909 *appositium* ‘used as an apposition’; cf. supra, l. 897: “per appositionem”.

920 *hypostigme* ‘comma’.

928 *Pauli I. Tim.* 2, 9.

937–943 *Canticum ... humana* About the history of the “Gloria in excelsis”, v. *Liturgisch Woordenboek* (Roermond 1965–1968), 1, pp. 868–870. With some reserve (l. 270 sq.: “si tamen hoc verum est”) Er. relies on Petrus Comestor, *Hist. schol.* 4, additio 1, Migne *PL* 198, 1541 B: “In gestis pontificum legitur quod ea quae sequuntur euangelica verba Thelesphorus adiecit”; Comestor depends on *Gesta Pontificum Romanorum*, 1, *Liber*

plis, auctum est per Telesphorum. Hoc eo partim admonui, quod Petrus Comes-
 940 tor indicarit esse in vitis pontificum, partim vt intelligeres quibus modis creuerit
 missa abbreviatis iis quae erant praecipua, et adiectis quae minus ad rem pertine-
 bant. Nam quae adiecit Telesphorus, si tamen hoc verum est, plus habent verbo-
 rum quam sententiae, et vtinam vel illa magis quadrarent ad argumentum cantici
 quae diuinis attextuit humana. Hoc exemplum latius serpsit. In multis ecclesiis
 945 publice consecratur aqua et canitur responsorium pro missae introitu. Psalmus
 qui totus cani solet, abbreviatus est. Ante Euangelium canuntur prosae, nonnun-
 quam indoctae, et praetermittitur Symbolum fidei. Ante canonem missae canitur
 praefatio aucta, sub consecrationem canitur Sanctus, quum ostenduntur myste-
 ria, canitur cantio implorans opem beatae virginis aut S. Rochi, et supprimitur
 precatio dominica. Haec impia non sunt, sed recedunt a grauitate pristini cultus
 950 et, si nullus obsistat, tendunt ad superstitionem.

LB 234

[15] Pastores loquebantur. In plerisque Graecis codicibus sic erat scrip-
 tum: καὶ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες εἶπον, id est: ‘et homines illi pastores dicebant’, vt
 homines opponantur angelis. [D] Consentiebat hic aeditio Hispaniensis. [A] Iam
 955 vero illud ad inuicem pro ‘inter sese’ crebrius occurrit quam vt libeat admo-
 nere. Transeamus vsque. Graeci addunt coniunctionem expletiuam διέλθω-
 μεν δὴ, quae nonnunquam vrgens quiddam habet, vt hic emphasim habeat acce-
 lerantium ac gestientium abire. Verbum hoc quod factum est. Nihil obsto
 quo minus hic philosophetur qui volet, de verbo facto, modo sciat iuxta proprie-
 tatem Hebraei sermonis verbum dici rem nouam quae rumore diuulgetur; et ita
 960 esse deprehendet quisquis obseruare voluerit. [B] Annotauit hoc et ante nos
 Augustinus libro de idiomate Veteris Instrumenti locum adducens ex Iosue capite
 octauo: *Quid verbum hoc fecisti nobis, vt non vocares nos?* [D] Non est autem hic
 λόγον, qua voce designatur aliquoties Filius Dei, sed ῥῆμα. [A] Nec est ostendit
 965 nobis, sed ἐγνώρισεν, id est ‘notificauit’ siue mauis ‘notum fecit’ aut ‘indicauit
 et aperuit’. Quis enim alioqui dicitur ostendisse verbum?

[16] Et inuenerunt Mariam. Deest vna coniunctio, καὶ εὖρον τὴν τε
 Μαριάμ, id est: ‘Mariamque et Ioseph’. Quanquam hoc loco pene fuit ociosa
 prima coniunctio Latinis; et Graecis aliquoties sic apponitur, vt videatur magis ad
 venustatem facere sermonis quam emphasim, quo sermonis genere videmus
 970 delectatum Ennium. Et

[17] Cognouerunt de verbo. Ἰδόντες δὲ διεγνώρισαν, id est: ‘vbi vidis-
 sent, notum fecerunt’ siue ‘diuulgarunt’; vt intelligas illos quod viderant, aliis,
 qui non viderant, praedicasse. Est enim verbum compositum a γνωρίζειν, quod
 modo vertit *ostendit nobis*. Astipulatur huic interpretationi Theophylactus [D] in
 975 hanc enarrans sententiam: *Officium itaque spiritualium pastorum fuerit quaerere
 panem coelestem; quem quum viderint, debent illum et aliis praedicare, sicut et pas-
 tores qui viderunt infantem, loquuti sunt de eo et aliis*. Ne quid tamen dissimulem,
 Graeca vox διαγνωρίζειν anceps est, ‘adgnoscerere’ seu potius ‘pernosse et in alio-
 980 rum noticiam adducere’. Itaque magis quadrabat ‘pernouerunt’, quod perfecta
 cognitio sit ab oculis magis quam ab auribus. Pastores autem vulgasse quod vide-
 rant, colligi potest ex eo quod sequitur, *Et omnes qui audierunt, mirati sunt*.

[19] [A] *Maria vero*. Ἡ δὲ Μαριάμ. Expressius erat, si vertisset ‘ipsa vero Maria’, propter additum articulum, quo magis distinguatur ab aliis qui hisce de rebus loquebantur ipsa tacente.

985 [20] In omnibus. Ἐπὶ πάντων, id est ‘super omnibus’ siue ‘de omnibus’. [B] Sicut dictum est ad illos. Haec clausula referenda est duntaxat ad proximum verbum *et viderant*. Audierant enim et audita viderant.

961–962 capite octavo *B–D*: cap. 8. *E*.

968 videatur *B–E*: videtur *A*.

974 Theophylactus *C–E*: Vulgarius *A B*.

983 articulum ... qui *B–E*: articulum ab aliis quo magis distinguatur qui *A*.

Pontificalis, pars prior, (*MGH*, ed. Th. Mommsen, Berlin, 1898), p. 12 (“Hic [Telesphorus, Pope from 123 (?) till 136 (?)] fecit, vt ... et in ingressu sacrificii et ante sacrificium hymnus diceretur <angelicus,> hoc est: <Gloria in excelsis Deo et cetera, tantum noctu natale Domini>”). Nowadays the church sings “in excelsis” instead of “in altissimis” (*Lc.* 2, 14) and adds: “Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, Rex caelestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili vnigenite, Jesu Christe. Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus Altissimus, Jesu Christe. Cum Sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen”.

943–949 *In multis ... dominica* The additions to the Angelic Hymn, which are ascribed to Telesphorus, give Er. the opportunity to list a number of examples of what he regards as abuses, consisting of the addition of what does not really belong in the liturgy, and the omission of what does. Er. adheres in this to the order of the mass. Consecration of the water (l. 944: “consecratur”; this is called “benedicere” in the liturgical texts) accompanied by responsorium has ousted the sung Introit. Where an entire Psalm should have been sung, “prosaë” (l. 945), that is ‘sequences’, are often sung, a custom which Pius V restricted in 1570. The credo is omitted. When the priest holds up the host and the chalice (l. 947 sq.: “mysteria”), Mary or St. Rochus are invoked. The Lord’s Prayer, finally, is omitted.

948 *S. Rochi* 14th-century saint of Montpellier,

invoked against the plague and other serious illnesses (*Modus orandi Deum*, *ASD* V, 1, p. 155, n.l. 175).

951–955 *Pastores ... inter sese Nov. Test.*: “et homines pastores loquebantur inter sese” and, as also the *Complut.*: καὶ οἱ ἄνθρωποι οἱ ποιμένες εἶπον. “Ad inuicem” (l. 287 sq.) occurs for the first time in *Vg.* and in Christian authors.

955 *coniunctionem expletiuam* *V.* supra, p. 45, introd., §9.

956 and 969 *emphasim* *V.* supra, p. 45 sq., introd., §9.

957–965 *Verbum ... aperuit Nov. Test. A*: “verbum hoc quod factum est quod Dominus ostendit nobis”, *B*: “hoc quod accidit, quod Dominus aperuit nobis”, *C–E*: “hoc quod audiuius (*C* “audimus”) accidisse, quod Dominus aperuit nobis”.

958–959 *proprietaem* *V.* supra, p. 48 sq., introd., §10.

961 *Augustinus Locut. in Hept.* VII, 36, *CCSL* 33, p. 462, ad *Iud.* 8, 1.

961 *idiomate* *V.* supra, p. 48, introd., §10.

970 *Ennium* “-que et” occurs in *Ann.* 240 and *Scaen.* 2 (ed. Vahlen). In *Annot. in Act.* 1, 1, *LB* VI, 434 B, Er. calls “-que et” poetic.

971–972 Ἰδούτεες ... *diuulgarunt Nov. Test. A* reads: “notum fecerunt”, borrowed from Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 831, col. 2; *B–E*: “diuulgauerunt”.

974 *ostendit nobis* *Lc.* 2, 15.

974 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 2, 15–20, Migne *PG* 123, 725 A (the translation is the same as that by Oecolampadius, P^o 83 v^o).

982–983 *ipsa vero Maria* Modern editions of *Vg.*, as also *Nov. Test. A*, read: “Maria autem”; *B–E*: “Porro Maria”.

985–987 *In omnibus ... viderant Nov. Test.*: “super omnibus ... ita vt (*A* “sicut”) dictum fuerat”.

[22] [A] Dies purificationis eius. Vnus codex habebat ἀποῦ, vt ‘purificationem’ referas ad Christum, Hispaniensis aeditio ἀποῦς, vt referatur ad Mariam, tertius ἀποῦν, vt ad vtrunque. [B] Atque ita sane legit et enarrat Origenes, aut quisquis fuit, homilia decimaquarta scribens hunc in modum: *Si scriptum esset ‘propter purgationem eius’, id est ‘Mariae, quae pepererat’, nihil quaestionis oriretur et audacter diceremus Mariam, quae homo erat, purgatione indiguisse post partum. Nunc vero in eo quod ait: ‘dies purgationis eorum’, non videtur vnum significare, sed alterum siue plures.* Rursum homilia decimaoctava refert oblationem oblatam pro mundatione Christi, non id sentiens quod Christus esset immundus, sed quod eodem ritu purgatus sit quo caeteri solent sordibus obnoxii. [A] Ne quid hic frustra philosophetur aliquis de purificatione Mariae; nam purificationem vocat eas ceremonias quibus olim et puerpera et foetus lustrabatur. [D] Vox autem *purificationis* in eodem sensu vsurpatur a Suetonio in Octauio Augusto: *quasi a concubitu mariti purificasse se.* Id admonere visum ob quosdam plus satis morosos in excutiendis vocabulis. [A] Vt sisterent. Παραστῆσαι τῷ Κυρίῳ, id est: ‘vt exhiberent’ siue ‘commendarent’. Nam vtrunque significat Graeca vox.

[23] Adaperiens vuluam. Διανοῖγον μήτραν, ‘aperiens vterum’; sic enim mauult Laurentius, homo superstitione verecundus, quasi vero vulua sit obscenum vocabulum aut quasi legis huius verba | de Maria proprie dicta sint ac non potius de omnibus foeminis quaecunque pariunt. Siquidem *adaperiens vuluam* iuxta sermonis Hebraici proprietatem dictum est pro ‘nascens’. Atque idem, quisquis fuit, in homilia decimaquarta, cuius modo testimonium adduximus, putat et Christum matris adaperuisse vuluam, sed nequaquam more caeterorum. Caeterorum enim conceptus quoque mulieris vterum aperit, cum Christus clauso virginis vtero sit conceptus, citra virilem operam, vbi virtus Altissimi obumbrans coelitus vice complexus fuit, Spiritus Sanctus illabens vice seminis masculini. Porro nascens aperuit vterum, sed ita vt non conuelleret claustra pudicitiae virginalis. Atque haec quidem est illius sententia, pro qua non est animus in praesentia digladiari, etiamsi pugnat cum eo quod iam olim pia credulitas omnium animis infixit, Christum sine sordibus, sine nixu ac labore parturientis clauso virginis vtero prodisse. Quae sane vt sunt dictu plausibilia nec irreligiosa, ita certis scripturarum sacrarum testimoniis doceri non possunt. Certe diuus Ambrosius non abhorret ab illius sententia hunc enarrans locum, nam commentarium his clausit verbis: *Qui enim vuluam sanctificauit alienam, vt nasceretur propheta, hic est qui aperuit matris suae vuluam, vt immaculatus exiret.* Potest enim sic religiose intelligi prodisse clauso virginis vtero, vt virginei pudoris claustra non violarit.

[25] Et ecce homo erat. Ex his verbis colligit Theophylactus Simeonem non fuisse sacerdotem, sed tantum virum iustum, vt ex omni hominum genere Christus haberet testimonium. Lyranus affirmat fuisse sacerdotem, sed argumento plane friuolo: iusticiae nomine pietatisque commendatur, non sacerdotii. Et timoratus. Εὐλαβής, id est ‘pius’ siue ‘religiosus’. [B] Inde dicta vox, quod reuerenter ac circumspecte tractetur aliquid.

[26] [A] Et responsum acceperat. Hic *responsum* accipe oraculum; καὶ ἦν αὐτῷ κερηματοισμένον, id est: ‘erat illi promissum oraculo’.

[27] Parentes eius. *Eius* non additur apud Graecos, ἐν τῷ εἰσαγαγεῖν τοὺς γονεῖς τὸ παιδίον, id est: ‘cum inducerent parentes puerum Iesum’.

35 [29] [B] Nunc dimittis. Ἀπολύεις. Annotavit hunc locum Augustinus libro de Veteris Instrumenti tropis quarto, quod raro reperitur de morte dictum. Nam ἀπολύεται vxor quae repudiatur. Adducit locum qui est in Numeris: *Et vidit omnis synagoga quia dimissus est Aaron, pro quo nostra habet editio: Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron fleuit etc.*

40 [31] [A] Ante faciem omnium. Κατὰ πρόσωπον. Quod magis sonat ‘in conspectu’.

988 Vnus codex D E: Alter codex A–C.

989–990 Christum ... αὐτῶν D E: Christum, alter αὐτῶν A–C.

998 philosophetur C–E: cauilletur A B.

6–29 dicta sint ... Et timoratus E: dicta sint. Et timoratus A, dicta sint ... 22 exiret. Et timoratus B, dicta sint ... 23–24 violarit. Et timo-

ratus C, dicta sint ... 23–24 violarit. Hic 25 homo ... Et timoratus D.

9 decimaquarta B–D: 14. E.

33–34 Parentes ... Iesum *inter* 44 Iesu *et* 61–62 Cui contradicetur *posuerunt* A–C, *inter* 44 Iesu *et* 47 Et benedixit *posuit* D.

988–990 Vnus ... *vtrunque* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 831, col. 2: “Non legitur Graece ‘eius’, sed ‘eorum’, hoc est matris et pueri, αὐτῶν”. The *Complut.*: αἱ ἡμέραι τοῦ κατηρισμοῦ αὐτῆς.

990–997 *Origenes* ... *obnoxii* *Hom. in Lc.* 14 and 18, *GCS* 9, pp. 85 and 111.

1000 *Suetonio* *Aug.* 94, 4.

4–24 *Adaperiens* ... *violarit* *Nov. Test.*, like *Vg.*: “adaperiens vuluam”. This *annotation* was extended in 1519 and 1522 (v. app. crit. ad ll. 6–29) as a result of criticism from Lee (cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *LB IX*, 250 A–C). The passage “pugnat ... prodisse” (ll. 16–18) was also criticised in the ‘Valladolid Articles’; cf. *Apolog. adv. monach. hisp.*, *LB IX*, 1085, A–C; cf. Rummel, *Valladolid Articles*, p. 74, and *Catholic Critics*, 2, p. 97. Bludau, p. 51, calls this passage offensive; cf. supra, p. 75, n.ll. 221–543.

5 *Laurentius* Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 831, col. 2: “Omne masculinum adaperiens vuluam”. Mallem hoc in loco interpret, vbi de matre Dei virgine loquitur, dixisset verecundius vterum, μήτραν; quod fortasse est verius, vt in Psalmo [21 (22), 11]: ‘in te proiectus sum ex vtero’: μήτρας”.

8 *proprietaem* V. supra, p. 48 sq., introd., §10.

9 *homilia decimaquarta* *Orig. Hom. in Lc.* 14, *GCS* 9, p. 89 sq.

19–20 *Ambrosius Expos. Lc.* II, 57, *CCSL* 14, p. 56 (“ergo” instead of “enim”).

25–28 *Et ecce* ... *sacerdotii* Addition under the influence of criticism from N. Beda of *Paraphr. in Lc.*, *LB VII*, 304 A: “a Simeone, qui nec sacerdos erat nec Leuites, sed nihil aliud quam iustus”; cf. *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, *LB IX*, 606 C–F (where Er. also refers to Theophyl. and to Lyranus: “vult fuisse sacerdotem, sed argumento plane friuolo”; cf. l. 27 sq.).

25 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 2, 25–32, *Migne PG* 123, 728 D.

27 *Lyranus Postilla*, ad locum: “Ex hoc patet eius fama, quia inter sacerdotes erat famosus et nominatus. Patet etiam eius sancta vita, cum dicitur: ‘Et homo iste iustus’. Recte se habendo ad proximum. ‘Et timoratus’. Quo ad Deum. ‘Expectans consolationem Israel’. Quantum ad fidei rectitudinem. ‘Et Spiritus Sanctus erat cum eo’. Quantum ad gratiae plenitudinem, quia non solum habuit gratiam iustificantem, prout habetur communiter a iustis, sed etiam quantum ad illuminationes et consolationes diuinas speciales, ideo subditur”.

29 *pius* The reading of *Nov. Test.*

33–34 *Parentes* ... *Iesum* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 831, col. 2. *Nov. Test. A*: “Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius”; *B–E*: “parentes”.

35 *Augustinus Locut. in Hept.* IV, 69, *CCSL* 33, p. 439, ad *Nu.* 20, 30.

[33] Et erat pater [B] et mater. [A] In Graecis [B] aliquot [A] codicibus lego pro *pater* 'Ioseph'; quod arbitror immutatum a quopiam qui vereretur Ioseph vocare patrem Iesu, cum postea ipsa Maria vocet illum patrem Iesu. [E]
 45 Certe August. lib. De consensu euan. 2., c. 1., citat hunc locum iuxta nostram lectionem.

[34] [D] Et benedixit illis. Quoniam proxime praecessit mentio patris, matris et filii, potest *illis* ad omnes referri. Nec est absurdum, si quis dicatur benedicere Christo, siue optemus illi gloriam siue praedicemus illius laudes.
 50 Optando dicimus Patri: *Sanctificetur nomen tuum*, et in Psalmis: *Omnia opera Domini benedicant Domino*. Qui offenduntur benedicendi verbo, imaginantur talem fuisse Simeonis benedictionem qualis est hodie episcoporum. Maior enim benedicit minori. Olim parentes benedicebant filiis. Quid absurdi, si Simeon senex vt pater benedicit puero, optans illi successum negocii ad quod erat missus.
 55 Votum est haec benedictio. Caeterum differentia quam quidam adferunt inter 'benedico te' et 'benedico tibi', plane ridicula est, quum hoc ipso loco sit idem verbum Graecum εὐλόγησεν et vtrobique sit additus accusandi casus τὸν Θεόν ac mox αὐτούς, deinde quum ecclesia cantet: *Benedicite, coeli, Domino*. Et tamen hanc retrusam distinctionem multis conuiciis docuit quidam τρις μέγιστος rabbi-
 60 nus Parisiensis, quod tamen citra ordinis contumeliam dictum videri velim, nequaquam dicturus, nisi ipse libro prodito gloriaretur hoc se docuisse. [A] Cui contradicetur. Ἀντιλεγόμενον, id est 'cui contradicetur', vt absolute accipiamus. [B] Atque ita citat Augustinus cum alias tum vero Psalmum enarrans 88.
 LB 236 Atque ita subinde adducit Origenes in homiliis quibus hunc explicat euangelis-
 65 tam, si verax est titulus operis. [D] Item Tertullianus libro De carne Christi: *Et in signum, inquit, quod contradicetur*. Ac mox: *Agnoscimus, inquit, ergo signum contradicibile, conceptum et partum virginis*.

[35] [A] Et tuam ipsius animam. Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν, id est: 'et tuam autem ipsius animam pertransibit'. Nec est ociosa coniunctio δέ, significans
 70 mutari personam et veluti noui doloris initium. Neque vero lubet hic referre varias interpretationes quas Lyranus et Carrensis in hunc congerunt locum, quo-

69 δέ B–E: de A.

44 *Maria ... Iesu Lc. 2, 48.*

45–46 *August ... lectionem Cons. euang. II, 1, 3, CSEL 43, p. 83, like Vg.*: "et erat pater eius et mater mirantes ..."; *Nov. Test. A–E*: "Et erat pater et mater eius mirantes ...".

47–61 *Et benedixit ... docuisse* This addition from 1527 is related to criticism from N. Beda of *Paraphr. in Lc.*, LB VII, 303: "vbi puero benedixisset, simul et parentibus bene precatus esset Simeon"; cf. *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, LB IX, 492 C, 498 EF and

603 C – 606 B. There are textual similarities; between l. 53 ("Olim parentes benedicebant filiis"), and LB IX, 604 A ("Patriarchae suis filiis benedixerunt"), and between ll. 55–58 ("Caeterum differentia ... αὐτούς.") and LB IX, 605 C–E. In LB IX, 605 CD, Er. reacts to N. Beda's reproach that he does not know the difference between 'benedixit eum' and 'benedixit eis': "Atqui Lucas, qui Graece scripsit, nullum fecit discrimen inter priorem benedictionem ac posteriorem; nam in

vtraque posuit accusandi casum, illic Θεόν, hic αὐτούς. Quid apertius? Et tamen hoc non vidit Bedda, quia non amat graecissantes theologos. Atqui non debet contemnere graecissantem euangelistam. Sed causabitur Bedda differentiam tantum habere locum in sermone Latino”. As in ll. 50 sq. and 58, Er. refers in *LB IX*, 605 D, to *Ps.* 102 (103), 22, and to the *Canticum trium puerorum*; he quotes from this *Canticum* in l. 58 *Dn.* 3, 59^a (v. infra, n.l. 58), in *LB IX*, 605 DE, *Dn.* 58^a and 57^a (“Benedicite, angeli Domini, Domino. Benedicite, omnia opera Domini, Domino”).

50 *Psalms* Cf. *Ps.* 102 (103), 22 (*Vg.*): “Benedicite Domino, omnia opera eius”.

58 *ecclesia cantet ... Domino* “Benedicite, caeli, Domino” (*Dn.* 3, 59^a) constitutes the conclusion of the second verse of the *Canticum trium puerorum*, which is sung in the Roman Catholic church, outside Lent, during Lauds after the Psalms.

59–60 *quidam ... rabbinus Parisiensis* N. Beda. Doctors in theology claimed the right to be addressed as ‘magister noster’; on the evidence of *Mt.* 23, 8 (“Vos autem nolite vocari Rabbi”) Er. objected to this practice. He often refers to the Paris theologians as “rab(b)ini”; in his view, they are like the scribes and Pharisees, and are not satisfied with what Scripture hands down or with the authority of the councils, but must add purely human “constitutiunculae” to these (*Declarat. ad cens. Lutet.*, *LB IX*, 928 A–D, Chomarat, *Grammaire*, 1, 635); cf. Ep. 1334, l. 228, Ep. 1624, l. 45, *Moria*, *ASD IV*, 3, p. 158, l. 519 sqq., *Enchir.*, Holborn, p. 107, ll. 3–16, *Paraphr. in NT*, *LB VII*, 18 A, 120 E and 386 B, *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, and *Apolog. adv. monach. hisp.*, *LB IX*, 493 A, 521 E and 522 B, 740 D and 1090 AB. He already expressed a negative view of the Paris theologians in August 1497 (Ep. 64, ll. 21–81; v. l. 26: “sacrosancto theologiae Scotisticae templo Sorbona”) and October 1499 (Ep. 108, l. 20 sq.: “neotericum hoc theologorum genus, qui meris argutiis et sophisticis cauillationibus insenescent”).

61–67 *Cui ... virginis Nov. Test.*, as also Aug. *Enarr. in Ps.* 88, *serm.* 2, 5, *CCSL* 39, p. 1237, and Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 832, col. 1: “‘Contradicetur’ legendum est”; Orig. *Hom. in Lc.* 17, *GCS* 9, p. 104: “contradicetur”; Tert. *De carne Christi*, 23, 1, *CCSL* 2, p. 914: “et in signum contradicibile” (variant readings: “quod contradicetur” and “quod contradicetur”).

68–80 *Et tuam ipsius animam ... pertransibit Nov. Test. A*: “Et tuam autem ipsius animam pertransibit”; *B–E*: “Quin et tuam ipsius animam penetrabit”.

71–81 *Lyranus ... Carrensis ... Augustinus* Er. refers in the 1519 edition of *Nov. Test.* (p. 86) to the passages mentioned infra in nn.ll. 71 and 81–97 (p. 487); there he writes under the heading “Loca obscura et in quibus lapsi sint magni nominis interpretes”: “‘Tuam ipsius animam pertransibit gladius’”. In ‘tuam ipsius’ lapsus est Hugo Carrensis, et Lyranus. In ‘pertransibit’ lapsus Augustinus, existimans ‘pertransire’ dictum pro ‘praeterire’, vt aliquoties inuenitur. Cum Graece sit διελεύσεται, ‘per medium ibit’ siue ‘perfordiet’”, and in *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, *LB IX*, 776 B: “In loco qui est Lucae capite ii., praeter Lyranum et Hugonem nonne lapsus est et Augustinus?”

71 *Lyranus Postilla*, ad locum: “‘Et tuam ... gladius’: Id est, dolor passionis eius pertransibit animam tuam per compassionem. Ex hoc dicit Hieron. in sermone de assumptione beatae virginis, quod quia in parte impassibili passa est, plus quam martyr fuit”. The Hier. to whom Lyranus refers is in reality Paschasius Radbertus (*ca. 790, † c. 859; Frede, p. 534), *Epist.* 9, Migne *PL* 30, 142 B: “Ex quo constat quod supra martyrem fuerit”.

71 *Carrensis* Hugo de Sancto Caro, *Postilla*, ad locum: “‘Pertransibit tuam ipsius animam’: id est quae est ipsius animam. Item ‘Gladius’: id est passio. Sed tunc dicendum est: ‘Tuam ipsius animam’: id est ‘quae est ipsius animam’. Item ‘Gladius’: id est ‘passio’. Sed tunc dicendum est: ‘Tuam ipsius animam’: id est ‘animam ipsius Christi quam reputas et diligis vt tuam’. Et sic exponit Chrysostomus ‘animam’. Tertio modo exponitur hoc de beata virgine sic: ‘Gladius’: id est dolor dominicae passionis. ‘Pertransibit tuam ipsius’: id est tui ipsius ‘animam’: vt possessuum resoluatur in primitiuum. Quia sicut dicit Beda: non potuit videre filium crucifigi sine affectu materni doloris etsi speraret resurrecturum et mortem superaturum, ‘Gladius’ est verbum Dei. Eph. vi. c. [6, 17] Et gladius spiritus quod est verbum Dei: quod debet pertransire animam audientis ita quod faciat diuisionem carnis et spiritus. Heb. iii. c. [4, 12] Viuus est sermo Dei: et penetrabilior omni gladio accipit: pertingens vsque ad diuisionem animae ac spiritus.” Hugo is probably referring to Ps. Chrys. *De occurso Domini deque deipara et Simeone*, Migne *PG* 50, 810 sq.; cf. J. A. de Aldama, *Repertorium pseudochrysostomicum* (Paris, 1965), p. 128 sq.

rum posterior etiam citat autorem Chrysostomum [D] huius sententiae, quod Simeon dixerit: *tuam ipsius animam*, id est: animam filii tui, quam ut tuam ipsius animam diligis. Quanquam hoc ipsum commentum hausit ex Petro Comestore.

75 [A] Illud constat, *ipsius* non posse referri nisi ad Mariam, cum sit ἀὐτῆς. Nec est quod hic prodigiosas interpretationes comminiscamur, cum sensus sit expeditus fore, ut Christo reclametur, et hinc nonnullam doloris portionem ad matrem redituram. Caeterum istos illoto sermoni magis assuetos offendit *tuam ipsius*, elegantius dictum quam pro illorum auribus. Quanquam venustius erat 'penetrabit'

80 quam pertransibit, [B] vel ob id quod pertransit etiam quod praeterit. Atque hinc hausisse videtur Augustinus libro Quaestionum Veteris et Noui Testamenti, quaestione septuagesima tertia, cum scribit Mariam quoque Iesu matrem nonnihil in fide vacillasse, cum videret extinctum filium, sed tantisper, donec a mortuis resurgeret, et ob eam causam 'pertransiit gladius', quod haec dubitatio non in-

85 derit illius animo, sed pertransierit duntaxat. Haec quoniam praeter publicam theologorum opinionem dicta sunt, ne quis me vocet in ius, ipsius verba subscribam: *Quod autem adiecit dicens: 'Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, ut reuelentur multorum cordium cogitationes', hoc utique significauit, quia etiam Maria, per quam gestum mysterium incarnationis Saluatoris, in morte Domini dubitaret, ita tamen, ut in resurrectione firmaretur, omnes stupore quodam in morte Domini dubitarent. Quis enim non ambigeret videns eum qui se Filium Dei dicebat humiliatum, ut usque ad mortem descenderet? Et quia, ut dixi, omnis ambiguitas in resurrectione Domini recessura erat, pertransire dixit gladium, non supercadere aut contingere transeuntem membrum aliquod. Ut sicut gladius missus pertransiens iuxta*

90 *hominem timorem facit et tamen non percutit, ita et dubitatio moestitiam faceret, non tamen occideret, quia non sedit in anima, sed pertransiit quasi per umbram, contingens corda discipulorum.* Hactenus Augustinus. Theophylactus indicat intelligi posse vel de dolore passionis vel de subdubia cogitatione, quum videret filium sic natum tot miraculis clarum in cruce mori. Nec arbitrator ab hac sententia

100 abhorruisse Chrysostomum, qui Mariae tribuit nonnihil affectus qualem habet matrum vulgus erga filios de quorum factis sibi gloriae nonnihil vindicant: *Considera, inquit, tam matris quam fratrum importunitatem; nam cum debuissent intrare atque cum turbis simul audire aut saltem expectare foris sermonis finem ac demum accedere, ambitione quadam ac ostentatione commoti, foris eum in praesentia*

105 *omnium euocauerunt* etc. Idem enarrans Ioannis Euangelistae capitulum secundum homilia vicesima consimilem affectum tribuit Mariae: *Optabat enim, inquit, ut iam hominum gratiam conciliaret, et fortassis aliquo humano afficiebatur affectu, quemadmodum et fratres eius, cum dixerunt: 'Ostende te ipsum mundo'.* Et aliquanto post: *Siquidem non adhuc debitam de ipso opinionem habebant, sed more matrum Maria, iure omnia filio se praecepturam censebat, cum tanquam dominum colere et reuereri liceret.* Ad haec is, quisquis fuit qui scripsit homilias in Lucam quas habemus ex Merlini [D] cuiusdam [B] aeditione, Origeni inscriptas, aper-

110 tium etiam docet scandalum gladium attigisse Mariae pectus: *Quid putamus, inquit, quod scandalizatis apostolis mater Domini a scandalis fuerit immunis? Si scandalum*

115 *in Domini passione passa non est, non est mortuus Iesus pro peccatis eius. Si autem omnes peccauerunt et egent gloria Dei iustificati gratia eius et redempti, utique et Maria illo tempore scandalizata est. Ac mox ibidem: Pertransibit infidelitatis gladius, et ambiguitatis mucrone ferieris, et cogitationes tuae te in diuersa lacerabunt* etc. Idem homilia vigesima Ioseph et Mariae tribuit fidem nondum perfectam, cum puerum reprehensum e templo abducerent. De quorum opinione aliorum facio iudicium. Ego vt pro hac sententia nolim digladiari, ita non probo quorundam vel audaciam vel pertinaciam qui, quantum animo possunt imaginari, tribuunt Mariae atque id ita tuentur, quasi sit oraculum euangelicum, haeticum clamitantes, si quis addubitarit. Caeterum cum Christus ineffabili nouoque consilio redimere voluerit genus humanum, impiae cuiusdam audaciae videtur, si quis ei praescribere contendat quibus rationibus id egerit, praesertim in huiusmodi rebus quae nobis certo sciri non queunt. Certe quod ad praesens munus

LB 237

120

125

78 istos ... offendit B-E: theologos istos offendit A.

78 tuam B-E: tuum A.

81 libro B: lib. C-E.

97-100 Augustinus ... qui E: Augustinus. Cum Augustino sentit Chrysostomus, qui B-D.

74 *Petro Comestore* Petrus Comestor, *Hist. schol.*, In Eu. 9, Migne PL 198, 1542 D: "Et tuam animam pertransibit gladius", id est passio ipsius. Non enim sine materno dolore potuit videre crucifigi Filium, etsi resurrecturum speraret, vel ita. 'Animam ipsius', quae et tua est, quam scilicet quasi tuam diligis, 'pertransibit gladius'".

81-97 *Augustinus ... discipulorum* Ps. Aug., viz. Ambrosiaster, *Quaest. V. et N.T.* 77, 2, CSEL 50, p. 131 ("Quod autem ... gestum mysterium est incarnationis ... tamen, vt resurrectione firmaretur. Omnes enim stupore ... dubitarunt ... [l. 91] dicebat, sic humiliatum ... ambiguitas resurrectione ... [l. 95] facit, non tamen ... [l. 95] maestitiam fecit, non tamen occidit, quia non sedit in animo, sed ... discipulorum"). Later, Luis de Carvajal expressed criticism of this passage and of ll. 100-105, as is apparent from *Resp. adv. febricit. lib.*, LB X, 1676 EF.

97-100 *Theophylactus ... Chrysostomum* Er. was attacked by Carvajal for the references to Ps. Aug. and Chrys.; cf. *Resp. adv. febricit. lib.*, LB X, 1676 EF. He may therefore have added another reference in 1535 to Theophyl. *Enarr. in Lc.* 2, 33-35, Migne PG 123, 732 A: τάχα μὲν καὶ ἡ θλίψις ἡ ἐπὶ τῷ πάθει γενομένη· τάχα δὲ βρομφαίαν λέγει καὶ τὸν σκανδαλισμὸν ὃν ἐσκανδαλίσθη ὁρῶσα τὸν Κύριον σταυρούμενον.

100-105 *Chrysostomum ... Considera ... euo-*

cauerunt Hom. in Mt. 44 (45), 1, Migne PG 57, 465 (Δέον γὰρ ... ποιῶσαι), in Trapezuntius' translation, 389 A. Cf. supra, n.ll. 81-97.

105-111 *Idem ... liceret Chrys. Hom. in Iob.* 21 (20), 2, Migne PG 59, 130 sq. (Ἐβούλετο γὰρ ... κοσμοῦ and Ἐπειδὴ γὰρ ... μητέρα οὐσαν), in the translation by Franciscus Aretinus, *Opera*, Basel (Froben), 1547, 3, 107.

111-112 *quisquis ... inscriptas* Cf. supra, p. 195, n.ll. 57-58; Er. refers to Jacques Merlin's edition of Orig. *Opera omnia* (latine, ex variis antiq. interpretationibus edita, studio Jac. Merlini, cura Guil. Parvy, Paris, J. Parvus et Jod. Badius, 1512, 4 tom. in 2 vol. in P°). Merlin defended Origen from the charge of heresy in an *Apologia* prefixed to this edition. That is why, "from 1522 to 1526, he was exposed to serious attacks from N. Beda before the Faculty of Theology of Paris" (Allen, Ep. 1763, n.l. 59). Cf. J.-C. Brunet, *Manuel du libraire et de l'amateur de livres*, 4 (Paris, 1863), p. 228, and *Contemporaries*, 2, p. 435 sq.).

113-120 *Quid ... abducerent Orig. Hom. in Lc.* 17, GCS 9, p. 106 sq. ("Quid putamus quod ... a scandalis fuerit ... passione non passa est ... scandalizata est" and "Pertransibit ... lacerabunt") and 20, GCS 9, p. 121 ("necdum plenam fidem Ioseph et Maria habebant").

attinet, multo aliud est Graecis διελθεῖν et παρελθεῖν, hoc est 'pertransire' et 'praeterire'. Atqui Lucas ait: διελύσεται, hoc est: 'per medium ibit' et 'medium cor
 130 scindet'. Eamus nunc et ceu rem superuacaneam irrideamus Graecae linguae cognitionem, cum hoc videamus accidisse tam insigni ecclesiae doctori, quod Graeca vel parum calluerit vel non consuluerit. Quod tamen nemo sic interpretabitur, quasi dictum sit in tam sacri doctoris contumeliam, sed potius ad excitanda bonorum iuuenum studia. Sunt enim quidam sic addicti certis autoribus,
 135 vt protinus non ferendam contumeliam clament, si quis vel vnguem latum ab hoc aut illo discrepet. Franciscanus non fert vsquam discedi a suffragio Lyrani, Praedicator non tolerat quicquam conuelli ex Thomae aut Carrensium placitis, Augustinensis non patitur ab Augustino dissentiri. Atqui si hoc recipimus, vt suum quisque autorem mordicus teneat, fiet tandem, vt prorsus a nemine liceat
 140 dissentire, cum ipsi autores inter sese non consentiant, imo cum singuli a seipsis aliquoties dissentiant. Nullius auctoritati debet addictus esse qui veritatis agit negotium, neque par est hoc cuiquam hominum tribuere quod nec ipsi sibi postulant et, si postularent, tanto minus erat tribuendum.

[37] [A] Et haec vidua vsque. Καὶ αὕτη χήρα ὡς ἐτῶν ὀγδοήκοντα
 145 τεσσαράρων, 'et haec vidua circiter annorum octoginta quatuor'. Interpres legisse videtur ἕως pro ὡς. [B] Quod tamen ita est accipiendum, vt annorum numerus non ad aetatem mulieris pertineat, sed ad spacium viduitatis in qua tot annos perseuerarat. Id palam ostendit Ambrosius: *Non ociose tamen*, inquit, *annos octoginta quatuor viduitatis expressit*. Ita quidem Ambrosius, etiamsi subdurum est
 150 creditu tantum annorum exactum fuisse a coniugio, nisi vehementer anus fuit [D] aut admodum mature nupsit. [A] Obsecrationibus. Δεήσῃ. Miror quare displicuerit interpreti 'precibus' aut 'deprecationibus', cum 'obsecratio' aliud quiddam significet, nempe quoties per rem sacram obtestamur, quod Graeci vocant ποτιῶν. [B] Ieiuniis et obsecrationibus seruiens. Incertum an hi datiuī Graecis sint ad aliquid an instrumentales, veluti dicas: 'seruio
 155 lucro' et 'seruio corpore', hoc est: an intelligendum illam seruuisse Deo an eam illum coluisse talibus victimis ieiuniorum et deprecationum.

[38] [A] Haec ipsa hora. Αὐτῇ ὥρᾳ. Clarius erat 'eadem hora'. Superueniens. Ἐπιστᾶσα, id est 'assistens'. Quod autem Valla monet, friuolum est;
 160 potest enim superuenire, dum haec fiunt, quae tamen in aliqua templi parte sit. Confitebatur Domino. Ἀνωμολογεῖτο. Non est simpliciter *confitebatur*, sed 'confessione respondebat', vt referatur ad confessionem Simeonis et aliorum, quorum haec confessioni respondebat. Redemptionem Israel. Non est *Israel*
 LB 238 in Graecis, sed 'in Hie|rusalem', ἐν Ἱερουσαλήμ. Vetustissimi codices habent
 165 'Hierusalem' absque praepositione. [D] Et ita legit diuus Irenaeus. [E] Item Augustinus De consensu euang. lib. 2., cap. 5., [D] nec aliter legit Beda.

[40] [A] Et confortabatur. Graeci codices addunt 'spiritu', τῷ πνεύματι. [C] Porro quod sequitur, plenus, non est nomen πλήρης, sed πληρούμενον, quod indicat illum iam impleri accessu aetatis, [D] non quod proficeret hominum vulgarium more cum aetate, sed quod paulatim emicaret in illo diuina gra-
 170

tia, ne res ante tempus prodigiosa videretur. Ita quidem Theophylactus, mecum faciens, quod quidem attinet ad *emphasim participii*. Caeterum vix hominum est definire, quomodo et quatenus diuina natura sese communicauerit humanae naturae in Christo.

175 [41] [A] Per omnes annos. Κατ' ἔτος, id est 'annue' siue 'in singulos annos' siue 'quotannis'. In die solenni Paschae. Τῇ ἑορτῇ τοῦ Πάσχα, id est 'in festo Paschae'. Quorsum enim pertinebat periphrasis? Ac paulo post

[43] Cum redirent. Dilucidius erat, si addidisset 'illi'. [E] Eo [A] quod mox consequitur, *remansit puer Iesus*. Et Graece est ἐν τῷ ὑποστρέφειν αὐτούς. Hoc
180 pronomen vt alias citra incommodum nonnunquam omittitur, ita hoc loco commodum erat addere. Et non cognouerunt parentes eius. Graeci codices habent καὶ οὐκ ἔγνω Ἰωσήφ καὶ μητὴρ αὐτοῦ, id est: 'et non cognouit Ioseph et mater eius', quod et ipsum mutatum arbitror, praesertim cum in nonnullis exemplaribus secus habeatur, nempe οἱ γονεῖς αὐτοῦ, id est 'parentes eius', [B] quem-
185 admodum paulo superius.

[44] [A] In comitatu. Ἐν συνοδίᾳ. Quod proprie sonat comites et socios eiusdem itineris.

[47] Stupebant autem. Ἐξίσταντο, quod significat vehementem admirationem aut metum, ita vt quis non sit apud se; cui finitimum est illud quo mox
190 vtitur, ἐξέπλάγησαν, quasi dicas: 'attoniti facti sunt'.

132 parum calluerit C-E: nescierit B.

147 mulieris D E: viduae B C.

152 deprecationibus B-E: orationibus A.

188-190 Stupebant ... facti sunt *inter* 283 pusillus erat *et* 284 EX CAPITE *posuerunt* B-D.

131 *tam ... doctori* Hugo Cardinalis; cf. supra, p. 484 sqq., l. 71 sqq.

135-136 *vel unguem latum ... discrepet* In *Adag.* 406, *ASD* II, 1, p. 482 sqq., ll. 205-234. Er. explains this with "pro eo quod est: quam minimo spatio".

144-145 *Et haec ... quatuor Nov. Test. A*, like *Vg.*: "Et haec vidua vsque ad annos octogintaquatuor"; B-E: "Et haec vidua annorum ferme octogintaquatuor".

148-149 *Non ... expressit* *Ambr. Expos. Lc.* II, 62, *CCSL* 14, p. 57 ("Non ... viduitatis eius expressit").

151-152 *Obsecrationibus ... deprecationibus* The first translation in *Nov. Test. A*, the second in B-E.

158-160 *Haec ... sit* Cf. *Valla, Annot.*, *Garin*, 1, p. 832, col. 1: "Cum dicatur quod non decebat de templo, quomodo nunc superuenit? Graece est 'stans' siue 'assistens'". *Nov. Test.*: "eadem hora superueniens".

163-165 *Redemptionem ... Hierusalem Nov. Test. A*: "redemptionem in Hierusalem"; B-E: "redemptionem Hierosolymis".

165 *Irenaeus Haer.* III, 10, 5, *Migne PG* 7, 878 B.

166 *Augustinus Cons. euang.* II, 5, 17, *CSEL* 43, p. III ("qui expectabant redemptionem Hierusalem").

166 *Beda In Lc. expos.* I, 2, 38, *CCSL* 120, p. 70.

167-168 *Et confortabatur ... plenus Nov. Test.*: "corroborabaturque (A: "et confortabatur") spiritu et implebatur sapientia".

169-174 *non quod ... Christo* For this addition from 1527, cf. *infra*, pp. 491 and 493, nn.ll. 198-252 and 253-270.

171 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 2, 36-40, *Migne PG* 123, 732 D.

172 *emphasim* V. supra, p. 45 sq., *introduct.*, §9.

175-177 *Per omnes ... Paschae Nov. Test.*: "quotannis ... in die festo Paschae".

178-183 *Cum redirent ... mater eius Valla, Annot.*, *Garin*, 1, p. 832, col. 1, made the same remark. *Nov. Test.*: "cum redirent (B-E: "illi") ... et non cognouerunt parentes eius". Lee derived Er. for his preference for the translation "parentes eius"; cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 154 A-C.

[50] [B] Et ipsi non intellexerunt verbum. Hoc sane loco ῥῆμα positum est pro ‘sermone’ siue ‘dicto’. Quid autem facient huic loco quidam qui sedulo magis quam circumspecte beatæ virgini fere tantum tribuunt felicitatis, iam inde ab initio, quantum nunc possidet? Certe non obscure locutus est Christus et tamen subiicit euangelista ab illis non fuisse intellectum quod dixerat Iesus. Quin et illud annotandum, quam non blande respondet parentibus puer obiurgatus, imo pene obiurgat obiurgantes. Neque enim hoc veritus est dicere Ambrosius; sic enim ille scribit hunc in locum: *Duae sunt in Christo generationes, vna est paterna, materna altera. Paterna diuiniore, materna quæ in nostrum laborem vsumque descendit. Et ideo quæ supra naturam, supra aetatem, supra consuetudinem fiunt, non humanis assignanda virtutibus, sed diuinis referenda sunt potestatibus. Alibi eum ad mysterium mater impellit, hic mater arguitur, quia adhuc quæ humana sunt, exigit.* Caeterum in his quæ sequuntur, suspicor subesse mendum. Sed quum, inquit, *hic duodecim describatur annorum, illic discipulos habere dicatur, vides matrem didicisse a filio, vt exigeret a validiore mysterium quæ stupebat in iuniore miraculum.* In libris enim emendatioribus ita legitur: *vides matrem didicisse a filio, vt exigeret a validiore miraculum quæ stupebat in iuniore mysterium.* Prius enim obstupuerat, quum repperisset in medio doctorum. Ita Lucas: ἰδόντες αὐτὸν ἐξεπλάγησαν. Hinc fiduciam concepit, vt in nuptiis flagitaret miraculum. Sed in priore loco, *ad mysterium mater | impellit*, haud dubium est quin legendum sit ‘ad ministerium’, hoc est ‘ad obsequium’; legitur enim *et subditus fuit illis*. In iuniore stupebant mysterium, quia legitur *Et ipsi non intellexerunt verbum*; mysterium occultum est. Obsequium igitur filii pueri docuit matrem, vt in nuptiis a grandiore exigeret ministerium. Adeo Christus suum negocium, quod totum e coelo pendeat, purum esse voluit ab humanis affectibus nec hic vllam hominis auctoritatem passus est admisceri; sic et Petrum admonentem, ne iret Hierosolymam, statim reiecit: *Abi retro Satana*. Nunc humanis cupiditatibus geruntur omnia, quæ tamen cum primis coelestia videri volumus. [D] Tum inter docendum a matre et fratribus interpellatus parum blande respondet: *Quæ est mater mea?* Similiter et in nuptiis compellatus de vino deficiente. Hoc quod arguit, interpellantis est, quod non intellectus obtemperat, obsequii est, quæ res et illi conueniebat aetati et parentum infirmitati obsecundabat. Quidam metum parentum ad vnum Ioseph referunt, similiter et obiurgationem filii, *Quid est* etc. Postremo et illud, *Et ipsi non intellexerunt verbum*, quasi nihil horum conuenerit in virginem, quæ non tam sollicita fuerit de filio, ne quid illi accidisset, quam ne quid ipsi per negligentiam omisissent. Equidem vt fateor esse pium affectum istorum qui virgini sanctissimæ dotes quam perfectissimas tribuere gaudent, ita non nimium abest a periculo temeritatis praeter auctoritatem scripturarum definire quibus gradibus Christus matrem suam ad perfectam sui cognitionem euexerit.

[51] Et erat subditus illis. Ὑποτασσόμενος, ‘subiiciebatur’, id est ‘obsecundabat’. Nec enim statim minor est qui obsecundat. Saepenumero pater obsecundat filio, dominus seruo, non ex necessitate, sed ex humanitate. Durum est quod asseuerant quidam, Christum etiam in euangelico negotio debuisse matri

obedientiam, quum qui rempublicam administrat, non teneatur autoritate patris. Neque enim patris est episcopo praescribere quomodo debeat administrare doctrinam euangelicam. Sed multo durius est quod iidem docent, beatam virginem etiam nunc vt homini posse imperare Christo et hoc esse quod canit ecclesia: *Monstra te esse matrem, sumat per te precem* etc., id est: ‘praeci-pe filio tuo, vt nos

197–214 Ambrosius ... Adeo *E*: Ambrosius. Adeo *B C*, Ambrosius ... 202 mysterium seu, vt legendum arbitror, ministerium mater ... 206 miraculum. Arbitror autem ita scriptum ab Ambrosio, Vides matrem didicisse a filio, ne exigeret a validiore ministerium, quae stubeat in iuniore, miraculum. Adeo *D*,

191–192 *verbum* ... pro sermone *Nov. Test. A*: “verbum”; *B–E*: “sermonem”.

198–252 *sic enim* ... *faciamus* The passages from 1527, ll. 198–214 (ll. 206–214 changed in 1535 into “In libris ... ministerium”; cf. app. crit. and n.ll. 206–214), and ll. 218–252, “Tum inter ... faciamus”, were added under the influence of criticism from N. Beda of *Paraphr. in Lc.* 2, 51, *LB VII*, 307 A–E; v. Ep. 1581, ll. 212–214, *Supputat. error. in cens. N. Bedae, LB IX*, 492 CD, 497 A, 499 A, 607 B – 610 A and 651 C (cf. *Supputat. error. in cens. N. Bedae, LB IX*, 625 D–629 E, as a result of criticism of *Paraphr. in Ioh.*, 2, 4, *LB VII*, 525 B). There are textual similarities between ll. 202–203 and *LB IX*, 607 D, with respect to the quote “Alibi ... exigit” from Ambrosius: between l. 233 sq. and 608 A: “Ergo debuit obedientiam” and 608 D: “Bedae sodalis addit Christum etiam in euangelico negotio matri debuisse obedientiam” and between ll. 236–239 and 608 B and C: “Nec his contentus vult Christum Dominum omnium quae sunt in coelis et in terris adhuc obstructum matri lege obedientiae ... ecclesia canit: ‘Monstra te esse matrem’, quasi dicat: ‘iure matris impera redemptori’”. The statement contained in ll. 227–229, “ita non ... euexerit” seems to be related to *LB IX*, 607 C: “An beata virgo tum temporis euidenter cognouerit filium esse Deum et hominem, mihi parum liquet”, to which Eck objected in 1530 in *Articuli 404*, N° 401 (Gussmann, pp. 150 and 191, n. 392; cf. supra, p. 16 sq., introd., §4). “Quidam” in l. 233 (cf. *LB IX*, 608 D: “Bedae sodalis”) may be a reference not only to N. Beda, but also to Gulielmus De Quercu (Guillaume Duchesne), who co-signed N. Beda’s report to the Faculty. Cf. *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, *LB IX*, 796 D: “Caran-

Ambrosius ... 211 ministerium: Legitur ... 212 illis, et ipsi non intellexerunt verbum. Mysterium arcanum est et intellectu difficile, quod stupemus magis quam intelligimus. Adeo *Loca*.

234 rempublicam *D*: rempub. *E*.

zae theologo debeo, quod nunc quidam Lutetiae reprehendunt, Christum non debuisse obedientiam parentibus”.

198–206 *Duae* ... *miraculum* Ambr. *Expos. Lc.* II, 64, *CCSL* 14, p. 58 (“*Duae* ... paterna illa diuinior, materna vero quae ... didicisse de filio ... miraculum”). “Vides ... mysterium”, ll. 206–207, is a less good variant.

202 *ad mysterium* *V. Ioh.* 2, 3. See also the next note.

206–214 *In libris* ... *ministerium* Cf. *Loca*, p. 242: “Cap. 2. pag. 160. in annotatione, et ipsi non intellexerunt) vers. ab vlt. 8. dele haec, seu vt legendum arbitror ministerium ibidem versu ab imo 4. Arbitror autem etc. vsque ad, Adeo Christus, pro deletis haec repono. In libris enim emendatioribus ... (l. 208) quum reperisset in medio ... (l. 210) quin legendum sit, ad ministerium: Legitur enim, et subditus fuit illis, et ipsi non intellexerunt verbum. Mysterium arcanum est et intellectu difficile, quod stupemus magis quam intelligimus”.

217 *Abi retro Satana* Cf. *Mt.* 16, 23, and *Mc.* 8, 33.

219–220 *Quae est mater mea* *Mt.* 12, 48, and *Mc.* 3, 33.

220 *Similiter* ... *deficiente Ioh.* 2, 3 sq.

238 *Monstra* ... *precem* A quotation from the fourth stanza of the vesper-hymn of the Marian feasts *Ave Maris Stella*: “Monstra te esse matrem, / Sumat per te precem [or “preces”], / Qui pro nobis natus / Tulit esse tuus”. This hymn is ascribed to Venantius Fortunatus; according to E. Bruning it is probably by an anonymous poet of the 9th or 10th century (*Cantuale Romano-Seraphicum*, Paris-Rome 1951³, p. 350); according to F. van der Meer it is by an “anonymus in Gallia ante 750” (*Lofzangen der Latijnse Kerk*, Utrecht-Antwerp, 1970, p. 276).

exaudiat'. Hoc si verum est, mater imploranda est potius quam filius nec omnis
 240 potestas tradita est Christo etiam iuxta naturam humanam, si tenetur matris
 imperio. Nec illa filio remisit adhuc ius maternum, quum Pater Filio tradiderit
 omnem potestatem in coelo et in terra. Ius ciuile per emancipationem consuluit
 libertati filiorum et Christus adhuc in potestate matris est. Iam illud qui conue-
 245 nit quod negant in contrahendo matrimonio liberos teneri potestate parentum,
 similiter nec in professione vitae monasticae, et virgini matri fuisse ius praescri-
 bendi filio in negotio euangelico? Filiis ideo praecipitur obedire parentibus, quod
 aetas imprudens eget alienis consiliis. Nec tamen parentibus arbitror perpetuum
 esse ius praescribendi filiis quae velint. Dominus non egebat maternis monitis, ad
 exemplum tamen praestitit summam obedientiam non tantum matri, sed etiam
 250 Ioseph, qui pater non erat. Durum mihi verbum videtur in Christo 'debutit obe-
 dientiam'. Qui debet, peccat, nisi praestet. Clamare solent, haec offendunt pi-
 as aures. At ista certe offendunt aures meas. Verum haec *πάρεργα* missa faciamus.
 [52] [B] Et Iesus proficiebat etc. Non me fugit quibus rationibus expli-
 255 cerent hunc locum interpretes, Christum profecisse, non quod illi quicquam acces-
 serit a tempore quo conceptus est in vtero matris, sed quod dotes suas, quibus
 erat cumulatissimus, magis ac magis expromeret exeretque, idque tum apud
 homines, quorum saluti consulebat, tum apud Deum, cuius gloriam illustrabat.
 Rursum sunt qui sic expediant, vt dicant Christo dotes easdem aliter contigisse et
 quod prius afflatu tenebat, mox vsu studioque humano comparasse. Quorum ego
 260 sententiam non refello, tantum illud velim expendat lector, num incolumi fidei
 sinceritate sentiri possit, cum extra controuersiam sit dotes omnes quibus prae-
 ditus fuit Iesus vt homo, beneficentiae fuisse diuinae, deitatem per gradus quos-
 dam eas impartisse naturae humanae assumptae, praesertim cum id apud Lucam
 eodem capite bis legamus. Ait enim paulo superius: *Puer autem crescebat et*
 265 *confortabatur plenus sapientia*. Quod enim corroboratur, auctu quodam virium
 fulciri videtur. Ac rursus apertius hoc loco, *Et Iesus proficiebat, sapientia et aetate*
et gratia, apud Deum et apud homines. Cum enim tria coniungat, sapientiam,
 aetatem et gratiam, sicut vere profecit aetatis accessu, ita vere profecisse videtur
 270 dotium incrementis. Nam quod adferunt quidam, Iesum ab initio gratia plenum
 fuisse, non impedit profectum, cum idem de Ioanne deque aliis dictum sit, qui-
 bus gradus et accessionem virtutum nihilo secius tribuimus. Neque vero perinde
 nos moueat, si id pugnet cum aliquo placito scholasticorum aut alicuius hominis
 opinione, sed an quod aperte scripsit Lucas, fidei syncerae aduersetur, cui semper
 275 est modis omnibus adhaerendum. Atque hoc ipsum, quicquid est, haud alio stu-
 dio proposui quam vt lector pius et eruditus secum expendat. Iam illud etiam
 excutiendum, cur aetatem mediam fecerit, inter sapientiam et gratiam, cum
 aetati ceu parti leuissimae primus locus magis competere videatur; nisi forte aeta-
 tis vocabulum hic omnes dotes complectitur quas anni subolescentes solent
 aduehere. Rursum gratia. Anceps est an sentiat eum profecisse dotibus diuini-
 280 tus infusis an gratiosorem fuisse factum commendatione virtutum in eo sese pro-
 ferentium. Caeterum quod hic vertit 'aetatem', eadem vox est Graece quam Mat-

thaei capite sexto transtulerat *staturam*, nimirum ἡλικίαν. Item huius ipsius euangelistae capite xix.: *quia statura pusillus erat*.

[A]

EX CAPITE TERTIO

285 [I] Procurante Pontio. Interpres delectatus est varietate, qui nunc verat *procurante* quod modo verterat *praeside*, ἡγεμονεύοντος, id est 'praesidem agente'. Tetrarcha autem. Et haec apud Graecos participia sunt absolute posita; τετραρχοῦντος, id est 'tetrarcham agente'. [D] Erat Herodes maior, Antipatri Ascalonitae et matris Cypridis Arabicae filius. Is alienigena fauore Octauii
290 Augusti Caesaris et senatus accepit regnum Iudaeae, per quem et sacerdotium prophanatum et in alienos translatum est iuxta prophetiam. Sub hoc natus est mundi redemptor, sub eodem fugit in Aegyptum. Is Herodes quum diu regnasset, periit morbo pediculari, relictis quatuor filiis, Archelao, Herode iuniore, Philippo et Lysania, quanquam de Lysania an fuerit filius Herodis, quidam addubi-
295 tant. [E] Beda hunc enarrans locum ait Lysaniam, Herodem iuniorem et Philippum fuisse filios Herodis sub quo natus est Dominus; id sequuta est Glossa Ordinaria, similiter et Cathena Aurea. Tametsi Lyranus adiicit id nullo graui autore proditum fuisse. Quod Beda scribit, sensisse videtur Theophylactus ita scribens in hunc locum: *tetrarchiam autem Herodis Ascalonitae filiis tenentibus*
300 etc., nulla nota distinguens Lysaniam ab Herode et Philippo. Iosephus libro Iudaicarum Antiquitatum 14., ca. 21., meminit Lysaniae qui Ptolemaeo Mineae patri in regnum successerit, matre Alexandra Aristobuli filia. Hunc Petrus

253-254 explicent ... interpretes *D E*: explicuit hunc locum interpres *B C*.
262 per gradus *B^c-E*: prae gradus *B*.

283 capite *C*: cap. *B D E*.
294 Lysania *E*: Archelao *D*.

253-270 *Et Iesus ... fuisse* The problem mentioned here originates from the contrast which was discerned between *Lc.* 2, 40 and *Ioh.* 1, 14, on the one hand, and *Lc.* 2, 52, on the other; it already gave rise to controversy between orthodoxy and Arianism, as is apparent from Athan. *Oratio contra Arianos* 3, 26 and 52 sqq., Migne *PG* 26, 380 B and 432 sqq.; it was discussed by Petr. Lomb. *Sent.* III, dist. 13, *SB* 5, p. 84 sqq. Er. does not react here to criticism in the 'Valladolid Articles'; cf. *Apolog. adv. monach. hisp.*, *LB IX*, 1049 AB, and Rummel, *Valladolid Articles*, p. 74, and *Catholic Critics*, 2, p. 97.
261 and 278 *omnes* *V.* supra, p. 40, introd., §8a.
282 *staturam Mt.* 6, 27. Cf. supra, p. 166, l. 343 sqq.
283 *quia ... erat Lc.* 19, 3.
285-286 *Procurante ... agente* For Stun.'s criti-

cism of the translation "praeside" in *Nov. Test.*, v. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun.*, *ASD IX*, 2, p. 118, ll. 194-204 (the translation "praesidente", which Er. uses in l. 195, does not occur in *Nov. Test.*). Cf. supra, p. 473, l. 756 sq.
288-295 *Erat Herodes ... addubitant* Cf. supra, pp. 230, 292 sqq. and 389, ll. 952 sqq., 548 sqq. and 997 sqq.
295 *Beda In Lc. expos.* I, 3, 1, *CCSL* 120, p. 74.
297 *Cathena Aurea Ad Lc.* 3, 1, Guarienti, 2, 46, col. 1.
297 *Lyranus Postilla*, ad locum.
298 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 3, 1-3, Migne *PG* 123, 736 C (Oecolampadius, f° 85 r°: "tetrarchatum autem ... tenentibus").
300 *Iosephus Ant. Iud.* XIV, 13, 3, 330.
302-303 *Petrus Comestor* Mentions Lysaniam only in a quote from *Lc.* 3, 1-3, in *Hist. schol.*, *In Eu.* 30, Migne *PL* 198, 1552 A.

Comestor Iosephum, opinor, sequutus ait sub Libano habitasse. [D] Archelaus
 305 autem ob immanitatem decimo principatus sui anno relegatur Viennam Gallia-
 rum urbem. Romani vero, quo frangerent potentiam regni, tetrarchias inter
 fratres Herodis filios distribuerunt, sic vt Herodes, quem arbitror Antipatrum
 cognominatum, administraret Galilaeam – nam Iudaeam Pontius Pilatus praeses
 administrabat –, Philippus autem Ituream et Trachonitidem, quas Hieronymus
 310 sic recenset, quasi sit eadem regio duplici nomine, dicens: ‘Trachonitis regio siue
 Iturea, cuius tetrarches fuit Philippus, in qua est Caesarea Philippi, eadem dicta
 Paneas’, Lysanias obtineret Abilenem, quae est inter Libanum et Antilibanum,
 quam Ptolemaeus Lyanion appellat. Hoc ex historicis attigisse satis ad hunc
 locum et hoc institutum arbitror.

[3] [A] In omnem regionem. Ἐπὶ πᾶσαν τὴν περίχωρον τοῦ Ἰορδάνου, ‘in
 315 omnem regionem circa Iordanem’, siue ‘finitimam’ aut ‘circumiacentem Iordani’.

[4] Rectas facite semitas eius. Et hic pro *Dei nostri*, quod est apud
 Hebraeos ac Septuaginta, mutauit *eius*, de quo admonuimus superius. Nisi quod
 Lucas longius prosecutus est Esaiæ testimonium, in quo consentit cum Hebraica
 veritate simul et Septuaginta; nam pro eo quod habet Hebraica veritas, *et videbit*
 320 *omnis caro pariter quod os Domini locutum est*, hic velut interpretans [E] cum Sep-
 tuaginta [A] dixit: τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, id est ‘salutare Dei’. Caeterum
 Hebraica sic extulit Hieronymus: *Omnis vallis exaltabitur, et omnis mons et collis*
humiliabitur; et erunt praua in directa, et aspera in vias planas. Et reuelabitur glo-
ria Domini, et videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est.

[5] Prava in directa. Τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, id est ‘obliqua in rectam’, vt
 325 subaudias ‘viam’. Nam hic interpres *prava* posuit non pro malis, sed pro distor-
 tis. Vsus est autem figura Hebraica qua illi sic loquuntur: ‘erit mihi in patrem’,
 ‘erunt duo in carnem vnam’, pro eo quod est ‘erit mihi pater’ et ‘erunt duo vna
 330 caro’. | Et aspera in vias. Καὶ τραχεῖαι, id est ‘et asperae’, vt subaudias ‘viae’.
 Et planas. Graece est λείας, ‘leues’, quod prima syllaba producta opponitur
 aspero.

[7] Genimina [D] viperarum. [A] Γεννήματα, quod alias vertit *progenies*,
 id quod non semel iam admonuimus. Quis ostendit. Τίς ὑπέδειξεν, quod
 magis sonat subindicauit, hoc est: ‘clam commonstrauit’, quemadmodum sole-
 335 mus instante periculo.

[8] Dignos poenitentiae. Ἄξιους τῆς μετανοίας. Potest accipi et ita:
 ‘dignos poenitentia’. Nam dignus apud Graecos gignendi casum habet. Verum
 hoc admonuimus in Matthaeo. Ne coeperitis dicere. [B] Quod in Mat-
 thaeo dictum est μὴ δόξετε, hic dixit: μὴ ἄρξετε. [A] Graeci hic addunt ἐν
 340 ἑαυτοῖς, id est ‘in vobis ipsis’ siue ‘intra vos’, hoc est ‘in animo vestro’. Et filios
 Abrahæ. Abrahæ Graecus datiuus casus est, τῷ Ἀβραάμ, [C] hoc est ‘ipsi
 Abrahæ’.

[9] [A] Iam enim securis. Graeci addunt copulam, ‘et securis’, καὶ ἀξίνη,
 quae sane non est ociosa; significat enim praesens periculum, ni respiscant. Ad
 345 radicem arboris. ‘Arborum’ est et apud Graecos et in vetustissimis nostris

codicibus, τῶν δένδρων. Sentit enim de cunctis hominibus, atque ita legit Ambrosius. Excidetur. 'Exciditur' et 'mittitur' est Graecis, ἐκκόπτεται καὶ βάλ-
λεται, quemadmodum et in Mattheo.

[11] Det non habenti. Μεταδώτω, id est 'communicet' siue 'impartiat'.
350 Neque enim iubet dari duas tunicas, sed e duabus vnam. Nam id est μεταδοῦνα.

[13] Quam quod constitutum est vobis, faciatis. Miror non esse animaduersum nec a Laurentio nec a quopiam alio, ne a Beda quidem, πράσσετε

304 decimo principatus sui *E*: nono regni sui
D.

319 nam *BAS LB*: nam quod *E*, nisi quod *A-D*.

322 Hebraica sic *B-E*: hebraica, si quis volet conferre sic habent, כָּל-יָיָא יִנְשָׂא וְיָנְשָׂא וְכָל הָרַר וְגִבְעָה וְיִשְׁפְּלוּ: וְהָיָה הָעֵקוֹב לְמִשׁוֹר וְהָרַר כְּסִיִּים לְבִקְעָה: וְנִגְלָה כְבוֹד יְהוָה וְרָאוּ כָּל בָּשָׂר יְחִידִין כִּי פִי יְהוָה דִּבֶּר. Ea sic *A*.

329-331 Et aspera ... aspero *inter* 344 resipis-

303-313 Archelaus ... *arbitror* Cf. supra, p. 108, l. 3 sqq.

308 Hieronymus *Comm. in Mt.* II, 14, 4, *CCSL* 77, p. 117, quotes *Lc.* 3, 1 (*Vg.*); here Er. appears to offer a free quotation from *Comm. in Mt.* III, 16, 13 (v. supra, p. 245, n.ll. 335-343).

312 Ptolemaeus *Geogr.* V, 15, 22: Λυσσανίου.

313 *institutum* V. supra, p. 48, introd., §10.

314-315 *In omnem ... Iordani Nov. Test.*: "in omnem regionem finitimam Iordani"; "in omnem regionem circa Iordanem" is Valla's translation in *Annot.*, Garin, I, p. 832, col. 1.

316 *Dei nostri Is.* 40, 3; cf. supra, p. 112, l. 97 sqq.

319-320 *et videbit ... locutum est* See next note.

322-324 *Omnis ... locutum est Is.* 40, 4 sq., quoted by Hier. *Comm. in Is.* XII, 40, 3-5, *CCSL* 73, p. 455.

325-331 *Praua ... aspero* Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 832, col. 1: "Graece est numeri singularis 'in directam' siue 'in rectam'". *Nov. Test. A*: "Praua in directa, et asperae in vias planas", *B-E*: "Et fient quae obliqua sunt, directa, et asperae vertentur in vias planas".

327-328 *erit ... vnam* These are not quotes from *Vg.*; v. 2. *Sm.* 7, 14, and 1. *Chr.* 17, 13, and 28, 6: "ego ero ei in patrem", 1. *Chr.* 22, 10, and *Hebr.* 1, 5: "ego ero illi in patrem", 2. *Cor.* 6, 18: "ero vobis in patrem", and *Mt.* 19, 5, and *Mc.* 10, 8: "erunt duo in carne vna". Cf. supra, pp. 266 and 408, ll. 856 sqq. and 491 sqq.

332 *alias vertit progenies Mt.* 3, 7, and 12, 34; v. supra, pp. 118 and 216, ll. 206 sqq. and 589sq.

333-334 *ostendit ... commonstrauit Nov. Test. A*:

cant et Ad posuit A.

330 planas. Graece est *B-E*: plane est *A*.

340-341 Et Filios ... Ἀβραάμ *inter* 335 periculo et 336 Dignos *posuit A.*

351 Quam quod constitutum *E*: Quam constitutum *A-D*.

352 alio ... πράσσετε *D E*: alio, πράσσετε *A*, alio, ne a Vulgario quidem, πράσσετε *B*, alio, ne a Theophylacto quidem, πράσσετε *C*.

"ostendit"; *B-E*: "submonstrauit".

336-337 Dignos ... *habet* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 832, col. 2.

337 *gignendi casum* 'genitive'.

338-342 *Ne coeperitis ... Abrahae Nov. Test. A*: "ne coeperitis dicere: patrem habemus Abraham"; *B-E*: "ne coeperitis dicere intra vosip-sos, patrem habemus Abraham" (*D E*: "Abrahamum").

339 μή δόξετε *Mt.* 3, 9; cf. supra, p. 118 sq., l. 233 sqq.

345 *Arborum* The reading of *Nov. Test.*

347 *Ambrosius Expos. Lc.* II, 75, *CCSL* 14, p. 63 ("arborum").

347 *Exciditur ... mittitur* The translation in *Nov. Test. A*; *B-E*: "exciditur ... conicitur".

348 *Matthaeo Mt.* 3, 10; cf. supra, p. 119 sq., l. 248 sqq.

349 *Det ... impartiat Nov. Test. A*: "impartiat"; *B-E*: "impertiat".

351-366 *Mirror ... εισπράττειν* Valla does not pay any attention to this verse; Beda quotes *Lc.* 3, 12-13 in *In Lc. expos.* I, *CCSL* 120, p. 79, paraphrases it with "Praecipit ergo 'publicanis, ne vltra praescriptum exigant' [a quote from Ambr.; v. l. 361 sq.]", but does not offer any remarks about the translation "faciatis". *Nov. Test. A*: "faciatis"; *B-E*: "exigatis". Cf. infra, p. 574, l. 431 sqq., ad *Lc.* 19, 23, about the translation "faciatis", and supra, p. 141, l. 750, ad *Mt.* 5, 25, and infra, p. 554, l. 901 sq., ad *Lc.* 12, 58, about the translation "exactor". The alteration and the addition from 1527 (ll. 352 and 364-365) may be related to criticism from Sutor; cf. *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, *LB IX*, 762 C.

hic vertendum fuisse non *faciatis*, sed ‘exigatis’, cum loquatur de publicanis, hoc est: publicorum vectigalium redemptoribus; quibus hic et hodie mos extorquere
 355 a plebecula non quantum princeps iusserit, [B] quod ipsum per se iniquum est [A], sed quantum omnino possint; vtrunque enim significat πράττω. [B] Vnde πράκτορες, ‘exactores’. Et aliquanto post semel atque iterum πράκτορας vertit *exactores* et capite decimonono ἐπράξα vertit *exegissem*. Atque ita sane legisse videtur Ambrosius huius loci sententiam reddens his verbis: *Singulis quoque generibus*
 360 *hominum conueniens tribuit sanctus Ioannes Baptista responsum, vnum omnibus, ita publicanis, ne ultra praescriptum exigant, militibus, ne calumniam faciant, ne praedam requirant*. Consimiliter Augustinus sermone de verbis Domini ex Matthaeo decimonono legit et interpretatur: *Nihil amplius exigatis quam quod constitutum est vobis*. [D] Theophylactus etiam exponit Graecam vocem alia Graeca: εἰσπράσσειν, τοῦτ’ ἔστιν ἀπαιτεῖν, id est: ‘exigere, hoc est poscere’; [E] nam vtroque modo dicitur πράττειν et εἰσπράττειν.

[14] [A] Calumniam faciatis. Συκοφαντήσητε. Συκοφαντεῖν apud Graecos non vno sumitur modo, verum plerunque συκοφαντεῖν est falso deferre et crimen
 370 data opera impingere, quo nonnihil emolumenti extorqueatur a reo. Duo igitur vult abesse a militibus, vim qua prouinciales opprimebant, et calumniam qua deferebant illos apud suos praesides, quo sine vi, sed non minus perniciose spoliarent. Interdum spoliant homines, naues aut vicos ac post confingunt illos fauisse hosti, aliudue quippiam peccasse. Audiui ducem quendam ita suos admonentem, praedarentur quicquid possent, siue essent inimicorum bona siue amicorum; vt enim res pessime caderet, cogerentur ad restituendum, sed interim aliquam praedae portionem residere penes raptorem. Mihi vero non admodum probatur quod quidam ex hoc loco probare nituntur bellum; quasi vero Ioannes haec dixerit Christianis, ac non potius ethnicis aut certe prophanissimis Iudaeis, si qui
 375 tamen Iudaei | meruerunt vnquam sub ethnicis, aut hoc egerit, vt praescriberet cuiusmodi deberent esse milites, et non illud potius, vt qui pessimi erant, inciperent esse minus mali. [D] Notat id eleganter Theophylactus: ‘Turbas’, inquit, ‘hortatur, vt aliquid boni faciant, hoc est: sua impartiant, publicanos autem ac milites, vt desistant a malis. Neque enim capaces illi erant neque bonum quippiam facere poterant, sed sufficebat eis non facere malum’. [E] Ita Theophylactus. [D] Miles enim qui spoliat iniuste, ne miles quidem bonus est, tantum abest, vt sit vir bonus. [A] Sic enim vndique praeparabat viam Domini. Alioqui qui potuisset Ioannes ab illis extorquere militiam, cum Christus a Iudaeis non extorserit ceremonias et superstitionem Mosaicae legis et hominum constitutiunculas? Quis negat Iudaeis permissum fuisse bellum? Sed iisdem quibus permissum fuit
 385 odium inimici. Bellasse Iudaeos legimus, stipendiis meruisse sub alienis ducibus non legimus. Bellabant Iudaei, sed iussu Numinis. An ob id volumus Christianos contra Christi iussum belligerari? Imo ferrum et lanienam habere venalem? Gre-

367 Συκοφαντήσητε LB: συκοφαντήσατε A–C, συκοφαντήσεται D E BAS.
 371–377 spoliarent ... probatur quod E: spolia-

rent. Ridiculum vero quod A B, spoliarent. Mihi vero non admodum probatur, quod C D.

- 378 ethnicis *B-E*: gentilibus *A*.
 379 ethnicis *B-E*: gentilibus *A*.
 387–388 extorsit *D E*: potuerit extorquere *A-C*.
 359–362 *Ambrosius ... requirant Expos. Lc. II*, 77, *CCSL* 14, p. 64.
 362 *Augustinus* Ps. Aug. *Serm.* 82, 2, Migne *PL* 39, 1905, derived from Maximus Taurinensis, *Sermo* 26, 2, *CCSL* 23, p. 101.
 364 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 3, 10–18, Migne *PG* 123, 740 C.
 367–409 *Calumniam ... locus* Er. also writes about warfare in *Annot. in Mt.* 26, 52 (v. supra, p. 329, l. 485 sqq.), in *Lc.* 22, 36 (v. infra, p. 584 sqq., l. 703 sqq.), and in *loh.* 13, 35, and 20, 21, *LB* VI, 395 E and 416 EF, *Paraphr. in Lc.* 22, 36, *LB* VII, 453 D – 454 A, *Adag.* 3001 (“Dulce bellum inexpertis”), *ASD* II, 7, pp. 11–44. (published separately under the title *Bellum*, Basel, April 1517, and reprinted and translated various times under this title), *Querela*, *ASD* IV, 2, pp. 59–100, *Declarat. ad cens. Lutet.*, *LB* IX, 840 sqq., Ep. 288, ll. 36–38 and 105–107, and *Explan. symboli*, *ASD* V, 1, p. 314 sq., l. 274 sq. In the alterations from 1527 (v. app. crit.) Er. reacts to criticism from Stun. in *Er. blasph. et imp.* Stun. quotes there from the 1516 edition ll. 377–381 “Ridiculum vero ... mali” and ll. 386–388 “Sic enim ... Mosaicae legis ac traditionem” (v. app. crit.), and argues with the aid of passages from Aug. *Contra Faust.* XXII, 74 (*CSEL* 25, p. 672) and Greg. M. *Epist.* II, 28 and 47 (*CCSL* 140, pp. 114 sq. and 138 sq.) that Aug. and Greg. M. approved of warfare. In his view Er. has clearly not taken note of *I. Mcc.* 10 (36), and *Ios. Ant. Iud.* XII (2, 5, 47), where it is stated that the Jews performed military service under heathens; Er. also reacts to this in *Apollog. adv. Stun. Blasph. et imp.*, *LB* IX, 370 B – D. A German translation of the 1519 version of this annotation under the title “Von den Kriegsleuten” was published eleven times in the years 1521 ff. Holeczek, *Erasmus deutsch*, 1, p. 81 sqq., and Rummel, *Annotations*, p. 163 sqq. Cf. supra, p. 205, n.ll. 303–449.
 380 *cuiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.
 381–384 *Turbas ... malum* Summary of Theophyl. *Enarr. in Lc.* 3, 10–18, Migne *PG* 123, 740 C.
 392 *Imo ... venalem* Allusion to the mercenaries (Chomarar, *Érasme. Oeuvres choisies*, p. 484, n. 1).
 392–393 *Gregorius ... redire* Cf. *Moria*, *ASD* IV,

388–409 *legis ... Stipendiis D E*: legis ac traditionem. *Stipendiis A*, legis et ... 407 fortia Deo. 409 Sed ... *Stipendiis B C*.

3, p. 136, l. 215 sqq.: “Est omnium stultissimum ac sordidissimum negociatorum genus, quippe qui rem omnium sordidissimam tractent, idque sordidissimis rationibus.” Gerardus Listrius wrote in his commentary to the *Moria*, to which Er. contributed a lot (*ASD* IV, 3, p. 137, n.ll. 215–216: “Sordidum vocat illiberale et magno animo indignum ... Et paucissimi sunt, imo nulli opinor, qui sine fraude ditescant. Et tamen hi soli habentur in precio, cum in sententiis Theologorum plane damnata sit negociatio, si Gregorio credimus, nam hic citatur in sententiis ...”). This text may refer to the *Decretum Gratiani*, Secunda Pars, C. 33, q. 3 “*De penitencia*”, dist. 5, capp. 6 and 7. Cap. 6, entitled “*Quae sit falsa penitencia*”, reads: “Item Gregorius [VII in Sinodo Romana, celebrata anno 1078, c. 6.] III Pars. Falsas penitencias dicimus, que non secundum auctoritatem sanctorum Patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque miles, vel negotiator, vel alicui offitio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis grauioribus irretitus ad penitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat, se veram penitentiam non posse peragere, per quam ad eternam vitam valeat peruenire, nisi negotium relinquat, vel offitium deserat, et odium ex corde dimittat, bona quidem que iniuste abstulit, restituat, arma deponat, vltcriusque non ferat, nisi consilio religiosorum episcoporum pro defendenda iusticia. Ne tamen desperet, interim quicquid boni facere poterit hortamur vt faciat, vt omnipotens Deus cor illius illustret ad penitentiam” (*CIC*, Friedberg, 1, col. 1241; this text also occurs in Migne *PL* 148, 801 BC; Petr. Lomb. presents a slightly shortened version in *Sent.* IV, dist. 16, 3, 1, *SB* 5, p. 339 sq.).

Cap. 7., entitled “*Post conuersionem ad negotium redire non licet, quod sine peccato agi non potest*” (col. 1241 sq.), reads: “Item Gregorius in omel. 24. negotium quod ante conuersionem sine peccato existit, hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit. Sunt enim pleraque negotia quae sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Quae ergo ad peccatum implicant, ad haec necesse est vt post conuersionem animus non recurat”; these are quotations from

gorius negotiationem inter eas artes ponit ad quas a baptismo non sit fas redire. Et nos homines facinorosos, qui quavis mercede pellecti aduolant ad bellum et caedem Christianorum – imo si desit conductor, vltro erumpunt –, inter Christianos habemus et hos euangelico patrocinio tuemur? Neque vero me fugit quid hic disputet Augustinus cum alias tum aduersus Faustum, sed fas esse puto Christi et apostolorum doctrinam antepone Augustini sententiae. Nec tamen ille probat hoc bellorum genus quibus nos sine fine collidimur. Pro publica Christianorum pace tuenda Caesari Caesarisque praefectis concedit arma. Verum haec non est purissima pars corporis Christi. Religiosus erat id temporis imperator quisquis non opprimeret ecclesiam et alicubi faueret. Nunc belligerantur episcopi nec aliud fere quam belligerantur. Ambrosius libro De viduis palam declarat quibus armis velit esse instructos sacerdotes et pure Christianos. *Arma*, inquit, *ecclesiae fides est: arma ecclesiae oratio est quae aduersarium vincit*. Atque inibi: *Ecclesia autem non armis secularibus vincit aduersarias potestates, sed armis spiritualibus, quae sunt fortia Deo*. Sit igitur bellum, si videtur inter necessaria mala, si modo legitimum sit; nec est necesse, vt hoc ius ex euangelii praescriptis repetamus. Sed hisce de rebus alius dabitur dicendi locus. Stipendiis vestris. Ὁψωνίων ὑμῶν, quo verbo Terentius vsus est pro cibis lautioribus. Quanquam Paulus quoque semel atque iterum vsus est hoc verbo pro stipendio siue autramento militari. [B] Apte vero praemium sordidorum hominum sordido vocabulo expressit. Siquidem opsonium ventris praemium est, dignum iis qui ventri militant.

[15] [A] Existimante. Προσδοκῶντος δέ, id est ‘expectante’ siue ‘sperante’, velut ex euentu iudicaturus esset. [B] Ambrosius legit *aestimante* nec addit *cogitantibus omnibus*, sed tantum *aestimante populo et cogitante*. Nisi quod ex interpretatione propemodum licet subodorari Ambrosium legisse *expectante*. Sic enim ait inter caetera: *Erat enim qui expectabatur, et ipse vtique qui expectabatur, non is qui non expectabatur, aduenit*. Cum autem vetustissimi codices consentiant cum aeditione vulgata, non satis queo coniectare quid legerit interpres, nisi forte pro προσδοκῶντος legit δοκοῦντος. [A] Ne forte. Μή ποτε. ‘Num’ ipse mallet quam *ne*. Nam ποτέ hic plane coniunctio est expletua.

[16] [B] Cuius non sum dignus. Ambrosius videtur hoc loco legere *cuius non sum dignus calciamenta portare*, quemadmodum legimus in Matthaео.

[17] [A] Cuius ventilabrum. Τὸ πτύον. Quod inde dictum, quod paleas secernat a granis. Nam πτύω est ‘expuo’, [D] velut ‘abiicio’ ac ‘repurgo’. | In horreum suum. Εἰς τὴν ἀποθήκην αὐτοῦ. Incertum an [C] pronomen [A] *suum* referatur ad triticum an ad Christum, sed magis opinor ad triticum, vt indicatum est in superioribus.

[20] Adiecit et super hoc omnia. Librarii vitio deprauatus ordo; legendum autem ‘adiecit et hoc super omnia’, quemadmodum reperio scriptum et in emendatoribus Latinorum codicibus.

[21] Factum est autem. Poterant commodius reddi Graeca: ‘accidit autem, cum baptizaretur totus populus, vt Iesu quoque baptizato et orante aperiretur

coelum, et descenderet Spiritus Sanctus corporali specie veluti columba super illum, et vox e coelo proficisceretur, quae diceret’.

[22] Sicut columba. Ὡσεὶ περιστερῶ. Laurentius mauult *velut columba*, quod alioqui videatur sensus et columbam descendisse in Iesum. Nunc vero sentit Spiritum Sanctum descendisse, sed specie columbae. Tu es Filius meus. Σὺ εἶ ὁ Υἱὸς μου, id est: ‘tu es ille Filius meus’, propter Graecum articulum, cuius vis non est hoc loco ociosa.

[23] Quasi annorum. Ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα, id est ‘annorum circiter triginta’. Quanquam nonnulli codices sic habebant: Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὦν, ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ. Quorum verborum hic est sensus: ‘et ipse Iesus ingressus erat annum trigesimum, vt putabatur filius Ioseph’ aut certe ad hunc modum: ‘et ipse Iesus accedebat ad annum trigesimum’; vt

422 Μὴ ποτε. Num *B–E*: μήποτε i. num *A*.
427–430 In horreum ... superioribus *inter* 440
columbae et 434 Factum *posuit* *A*.

438–440 Sicut columba ... columbae *inter* 433
codicibus et 427–428 In horreum *posuit* *A*.
445 υἱὸς *B–E*: ἡὶὸς *A*.

Greg. M. *Hom. in Evang.* II, 24, 1, Migne *PL* 76, 1184 BC. Er. was familiar with this text by Greg. M.; it is inserted in the *Breuiarium Romanum* in the first lection of the Wednesday under the octave of Easter (‘feria quarta infra octauam Paschae’).

In the *Decretum Gratiani* both passages are preceded by: “Item Gregorius”. The passage “VII ... 1078, c. 6” after the title of cap. 6 was added by Friedberg; it is not mentioned in e.g. the edition of Sebastianus Brant, Basel (Amerbach-Froben), 1500, t. 1, f° ZZ 3 r°. So Er. could have thought that both passages were by Greg. M. In my opinion the text of *Annot.* has been influenced by both passages of *CIC*.

395 *conductor* Developed in the Middle Ages from the meaning ‘one who employs a person for wages’ (*OLD*, s.v.) to the equivalent of ‘dux’ (‘condottiere’); cf. “militem conductitium” (infra, p. 588, l. 758) i.q. ‘mercenary’.

397 *Augustinus Contra Faust.* XXII, 74–76, *CSEL* 25, p. 671 sqq. Also, e.g. in *Civ.* XIX, 7 and 12, and *Enarr. in Ps.* 143, 4 sq., *CCSL* 40, p. 2075 sq.

403 *Ambrosius De viduis*, 8, 49, Migne *PL* 16, 263 A (ll. 404–405) and 262 C (ll. 406–407).

410 *Terentius Andr.* 360.

411 *Paulus Rom.* 6, 23; 1. *Cor.* 9, 7, and 2. *Cor.* 11, 8.

415 *expectante* The reading of *Nov. Test.*

416–420 *Ambrosius ... aduenit Expos. Lc.* II, 78, *CCSL* 14, p. 65 (“Aestimante autem populo et cogitante in cordibus suis de Iohanne, ne forte ipse esset Christus, respondit dicens ... Erat enim ... aduenit”).

418 *subodorari* Cf. supra, p. 57, n.l. 51.

422 *Num* The reading of *Nov. Test.*

423 *coniunctio ... expletiuua* V. supra, p. 45, introd., §9.

424 *Ambrosius Expos. Lc.* II, 80, *CCSL* 14, p. 66.

425 *Matthaeo Mt.* 3, 11.

426–430 *Cuius ventilabrum ... superioribus* Cf. supra, p. 120, l. 289 sqq., ad *Mt.* 3, 12.

432 *adiicit et hoc super omnia* The reading of *Nov. Test.*, as of modern editions of *Vg.*

434 *Factum ... accidit autem* Cf. supra, p. 454, l. 253 sqq.

438 *Laurentius Valla, Annot.*, Garin, 1, p. 832, col. 1: “‘Velut columba’ dicendum fuit, non ‘sicut’; quia columba aliqua nunquam in Iesum descendit, sed Spiritus Sanctus tunc tanquam columba”. *Nov. Test. A*: “sicut”; *B–E*: “quasi”.

440–442 *Tu es ... ociosa Nov. Test. A*: “Tu es filius meus”; *B–E*: “Tu es filius ille meus”.

443–447 *Quasi ... trigesimum* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 832, col. 2. *Nov. Test. A*, like *Vg.*: “Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta”; *B–E*: “Et ipse Iesus incipiebat esse ferme annorum triginta”. καὶ ... Ἰωσήφ is the reading of *Nov. Test.*

intelligamus illum aut agere coepisse trigesimum annum aut accessisse iam ad illud aetatis. Caeterum participium verbi substantiui ὧν ita positum est, vt possit
 450 vel ad superiora vel ad inferiora referri. [B] Origenes, si modo non fallit inscrip-
 tio, homilia in Lucam xxviii. palam admonet in Luca tantum esse verbum inci-
 piendi, trahens ad allegoriam, quod a baptismo ceu renati esse incipimus. [A]
 Verum qui potuit esse filius Ioseph, si putabatur tantum et non erat? Vnde res
 ipsa cogit, vt ad superiora referatur et accipiamus participium vsurpatum vice
 455 verbi infiniti, nempe ὧν pro εἶναι: 'qui incipiebat esse'; quod sane non infrequens
 est apud Graecos. Qui fuit Heli. Τοῦ 'Ἠλί, id est 'qui fuit filius Heli'. Graece
 haec nomina connectuntur per articulos. Proinde nostrum *qui* non est referen-
 dum ad Ioseph nec ad Christum, sed ad proximum nomen [B] excepto primo,
 quod ad proximum Ioseph pertinet. [C] Vt intelligamus Ioseph fuisse filium
 460 Heli, Heli rursus fuisse filium Mathat atque item de caeteris. [E] Quanquam
 Augustinus Quaest. Veter. et Noui Testamenti, quaestion. 56., negat Heli fuisse
 patrem Ioseph. Vult enim sic Christum dici filium Heli, quemadmodum dicitur
 filius Dauid. Ioseph enim et Heli erant fratrum filii. [A] In recensendis nomini-
 bus mira in Graecorum codicibus confusio, ne Latinis quidem inter se consen-
 465 tientibus; alibi deerat, alibi supererat, inuersa ac deprauata pleraque, quae nos
 diligentissima collatione qua licuit, restituumus. Caeterum quod Matthaeus dis-
 crepat a Luca in recensenda genealogia Christi, quod hic per Nathan stirpis
 seriem deducat ad Dauid, ille per Solomonem, longum sit altius repetere theolo-
 gorum quorundam super hac re digladiationem, quorum nonnulli volunt hunc
 470 Nathan non fuisse filium Dauid, sed prophetam, quem Dauid adoptarit in filii
 vicem, suum videlicet obiurgatorem; et ne ipsa temporis ratione refellantur,
 volunt Nathan μακροβιώτατον fuisse, caeteros, qui ante hunc regnauerunt a Solo-
 mone, μινυθηαδίους, vt Homericō vtar verbo. Et in hac quidem sententia video
 propemodum fuisse diuum Hieronymum, [B] Ambrosium et ante hos Origenem.
 475 [D] Nam Augustinus opinionis suae canit palinodiam, quum alias tum lib.
 Retractationum ii., cap. xvi., his quidem verbis: *Item vbi dixi: 'Lucas vero per
 ipsum Dauid ad Nathan ascendit, per quem prophetam Deus peccatum ipsius
 expiauit', per cuius nominis prophetam dicere debui, ne putaretur idem fuisse homo,
 quum alter fuerit, quamuis et ipse hoc vocaretur.* [A] Quanquam nihil erat opus ad
 480 haec suffugia diuertere, si perpendissent apud Hebraeos duplici ratione dici filios,
 iuxta legem et iuxta naturam. Lex erat, siquis sine liberis decessisset, vt huius fra-
 ter instauraret posteritatem defuncti. Itaque qui sic natus erat, duos habebat
 patres, alterum naturalem, ex quo natus erat, alterum legalem, in cuius nomen et
 progeniem succedebat, nempe defuncti. Ad hunc modum cum posteritas Solo-
 485 monis defecisset in Ochozia, ex Simeon cognominato Ioas, qui prognatus erat e
 stirpe Nathan filii | Dauid, instaurata est posteritas Solomonica, [B] vt mox latius
 LB 244 docebimus. [A] Quod quidem palam arguit illa praefatio, haud scio cuius, quae

451 in Luca tantum esse *E Loca*: in Luca non esse *B-D*.

469 nonnulli volunt *C-E*: nonnulli nimis

quam ridicule volunt *A B*.

474 Ambrosium et *D E*: Ambrosiumque, et *B C*.

- 450–452 *Origenes ... incipimus* The addition from 1519 may be connected to criticism from Lee; cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 161 DE. The alteration in 1535 of “non” in B–D into “tantum” is announced in *Loca*, p. 242: “Cap. 3, pag. 164 in annotatione. quasi annorum. pro, in Luca non esse, quod operarum incuria deprauatum est, scribe, in Luca tantum esse etc. Docet enim Origenes apud Matth. abesse verbum incipiendi”.
- 450 *Origenes Hom. in Lc.* 28, *GCS* 9, p. 164 sq.: “In Matthaeo non est scriptum: ‘incipiebat’; hic vero, quia de baptisate consensurus erat, ‘incipiebat’ legitur, scriptura referente: ‘et ipse Iesus erat incipiens’. Quando enim baptizatus est et mysterium secundae generationis assumpsit, vt tu quoque priorem natiuitatem destruas et in secunda regeneratione nascaris, tunc dicitur ‘incepisse’ Neque enim frustra additum putemus ad id quod dicitur: ‘ipse erat Iesus’, quod sequitur: ‘incipiens’”.
- 456–593 *Qui fuit Heli ... concordiae* About Jesus’ genealogy Er. may have consulted Johannes Reuchlin, who pays attention to it in *De rudimentis Hebraicis*, Pforzheim 1506, pp. 19–31; cf. Allen, Ep. 324, n.l. 14, and *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 160 A. Er.’s treatment of this genealogy was criticised by Lee and Stun.; v. *Apolog. resp. inuect. Ed. Lei, Ferguson*, pp. 243–245, ll. 132–142, *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 154 D – 169 D, and *Apolog. resp. lac. Lop. Stun., ASD IX*, 2, p. 118, ll. 208–217 (cf. infra, p. 505, n.l. 536). In consequence of Lee’s criticism about the question who was Joseph’s father, Er. asked Martin Lypsius in Ep. 1086 to consult *De Christi genealogia* by Greg. Naz.; he refers to this book in *LB IX*, 155 C. The 1522 addition in ll. 459–460 may be connected with this criticism by Lee. Moreover, from 1522, under Lee’s influence, Er. suppressed “nimis quam ridicule” after “volunt” in l. 469 and replaced “cauillationem” by “causationem” in l. 508 (cf. app. crit.). In *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 155 B, Er. also referred to Aug. *Retract.* I, 26 (v. infra, n.l. 475), and II, 16 (from this text he added the quotation in ll. 476–479 in 1527). Cf. Rummel, *Catholic Critics*, I, p. 102.
- 456–457 *Qui fuit ... articulos* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 832, col. 1.
- 461 *Augustinus* Ps. Aug., viz. Ambrosiaster, *Quaest. V. et N.T.* 56, I, *CSEL* 50, I, p. 101 sq.; cf. infra, p. 503, n.ll. 501–504 (Aug. opts in *Quaest. Ev.* II, 5, *CCSL* 44B, p. 46 sq., for the solution that one man is referred to by two names).
- 473 *μικροβადιους* ‘short-lived’. Hom., e.g. *Il.* I, 352 and XV, 612, and *Od.* XI, 307 and XIX, 328.
- 474 *Hieronymum* The only place to which this could apply is *Comm. in Zch.* III, 12, 11–14, *CCSL* 76A, p. 870, where Nathan, the son of David, is connected with the “prophetalis ordo”. Er. may be referring to Hier.’s translation of Orig. (v. infra, n.ll. 474–475).
- 474 *Ambrosium* Er. may have derived this from *Expos. Lc.* III, 13, *CCSL* 14, p. 82: “Quod vero per Salomonem Matthaeus generationem deriuandam putauit, Lucas vero per Natham, alteram regalem, alteram sacerdotalem Christi familiam videtur ostendere”.
- 474–475 *Origenem Hom. in Lc.* 28, *GCS* 9, p. 163: “Quando vero de lauacro descendit et secundo ortus describitur, non per Salomonem, sed per Nathan nascitur, qui eius arguit patrem super Vriae morte ortuque Salomonis”.
- 475 *Augustinus Retract.* II, 16, *CCSL* 57, p. 103, where Aug. corrects *De consensu euangelistarum*, II, 4, 12, *CSEL* 43, p. 93: “Item peccatum illius ... vero ad ipsum Dauid per Nathan ascendit vocaretur”. Cf. *Retract.* I, 26, *CCSL* 57, p. 82 sq., where Aug., while correcting *De diuersis quaestionibus octoginta tribus*, 61, 2, *CCSL* 44A, p. 124, writes: “Item quod dixi: ‘Lucas, qui tamquam ascendentem post abolitionem peccatorum sacerdotem Christum insinuauit, per Nathan ascendit ad Dauid, quia Nathan propheta missus erat, cuius correptione Dauid ipsius peccati abolitionem paenitendo impetrauit’, non sic accipiendum est, tamquam ipse fuerit Nathan propheta qui filius Dauid, quia nec hic dictum est: ‘quia ipse propheta missus erat’, sed dictum ‘quia Nathan propheta missus erat’, vt mysterium non in eodem homine, sed in eodem nomine intellegatur”.
- 475 *canit palinodiam* Cf. supra, p. 101, n.ll. 825–826.
- 480–482 *filios ... defuncti Dt.* 25, 5–10. Cf. Hier. *Comm. in Mt.* I, 1, 16, *CCSL* 77, p. 9.
- 484–487 *Ad hunc modum ... docebimus* Cf. 2. *Rg.* 9, 27, and II, 1 – 12, I. V. infra, p. 504, l. 542 sqq.
- 487–496 *illa praefatio ... Christo* The anonymous *Praefatio in Lc.* (the so-called *Monarchian Prologue to Lc.*, end 4th cent.; Frede, p. 706; cf. *ODCC*, s.v.); mutually different versions of “Cui ideo ... Christo” in Migne *PL* 30, 667 A – 668 C, H. Lietzmann, *Das Muratorische Fragment und die Monarchianischen Prologe zu den Evangelien*, (*Kleine Texte*, I, Bonn 1908²), p. 15, and Wordsworth-White, I, pp. 269–271.

Lucae Euangelio praefertur. Nam ab Hieronymiano stilo tantum abest, vt nullius omnino Latini videri possit, sed Graeci cuiuspiam, eruditi tamen et eloquentis.

490 [E] Quidam Isidoro tribuunt, sed nihil minus congruit. [A] In ea sic legimus: *Cui ideo post baptismum Filii Dei a perfectione generationis in Christo completae repetendae a principio natiuitatis humanae potestas permissa est, vt requirentibus demonstraret, in quo apprehendens erat per Nathan filium Dauid, introitu generationis recurrentis in Deum admisso, indisseparabilis Dei, vt praedicans hominibus*

495 *Christum suum perfecti opus hominis redire in se per filium faceret, qui per Dauid patrem venientibus iter praebebat in Christo.* Obsecro, quis hunc sermonem asscribat Hieronymo? Sed vt ad rem, [B] hic quisquis est, palam asseuerat stirpem Dauidicam intercuisse et per Nathan filium Dauid restitutam seriem generis. Suffragatur huic sententiae et Gregorius Nazianzenus in carmine genealogico,

500 duos recensens $\Delta\alpha\upsilon\iota\delta\alpha$ – [D] id est filios Dauid –, [B] Solomonem et Nathan, nec vllam adoptionis faciens mentionem. [E] In opere quod fertur Augustini titulo de Quaestionibus Veter. et Noui Testamenti, quaest. 56., habentur haec: *Heli autem, filius Mathat, a Dauid per Nathan, filium eiusdem Dauid, ordinem tenet.* Idem repetit et inculcat toto capite. Nec refert hoc opus non esse Augustini, quum res indicet esse alicuius in sacris litteris exercitioris quam fuit Augustini.

505 [B] Quin libro Paralipomenon primo, capite tertio, palam inter filios quos Dauid suscepit ex Bethsabeae Hierosolymis, nominatim recensetur Nathan, ordine prior Solomone. Porro omnem adoptionis causationem palam excludit quod additur ‘filiis Dauid ex Bethsabeae’. [A] Disseruit accuratius hac de re magnus ille bonarum literarum antistes Iacobus Faber Stapulensis in commentariis quos aedidit in epistolam ad Hebraeos. Neque pauca refert Ioannes Annius ex Philone. Ea quanquam admodum probabilia sunt, tamen quoniam is non tam certo citat quam vellem, praesertim in re controuersa, neque nobis erat Graeci Philonis copia, paucis attingenda iudicauimus, et in hoc duntaxat, quo lectori diligenti caetera peruestigandi praeberemus ansam, praesertim cum haec pene

515 $\pi\acute{\alpha}\rho\epsilon\rho\rho\gamma\alpha$ sint huic instituto. Iam quoniam hinc plerique falluntur, quod nonnulli sint $\delta\mu\acute{\omega}\nu\upsilon\mu\omicron\iota$, nonnulli binomines aut etiam trinomines, interdum cognomina addita ipsis misceantur nominibus, pauca recensebimus, quibus cognitio minor sit errandi occasio. Primum Elih. Idem est cum Iehoiackim, quem corrupte vocant Ioachim, pater naturalis Mariae virginis et auus Iesu Christi secundum carnem. Quod testatur et Hieronymus. Atque hinc colligere licet Lucam naturalem christianae genealogiae seriem secutum esse, non legalem, siquidem ad Christum respicias; sin ad Ioseph referas, contra erit. Nam Matthaeus per naturae lineam deuenit ad Ioseph, quae ad Christum tendenti legalis est. Deinde

520 [24] Iane. Et hunc et Ianum qui praecessit, vna cum his qui inter hos duos intercedunt, Philo testatur Israhelitico functos imperio. Recensentur autem his insigniti cognomentis, Ianeus secundus, Hircanus, Ioseph iunior, Arses, Matthatia, Siloa, Amos, Shyrach, Nahum, Maslot, Hesli, Aglai, Nagid, Artaxat, Maath, Aser, Elih, Matthathias, Semei, Abner, Ioseph primus, Iudas primus, Hircanus,

530 Iana, Ianeus primus. Praeterea

506 capite B–D: cap. E.

508 causationem C–E: caullationem B.

519 Iehoiackim E: Iehoiakim A–D.

527–530 Ianeus ... primus C–E: Ianeus secundus, Hircanus. Ioseph Iunior, Arses. Matthatia, Siloa. Amos, Shyrach. Nahum, Maslot. Hesli, Aglai. Nagid, Artaxat. Maath, Aser. Elih, Mathathias. Semei, Abner. Ioseph pri-

mus. Iudas primus, Hircanus. Iana, Ianeus primus A, Ianeus secundus, Hircanus. Ioseph Iunior, Arses. Matthatia, Siloa. Amos, Shyrach, Nahum, Maslot, Hesli, Aglai. Nagid, Artaxat, Maath, Aser, Elih, Mathathias, Semei, Abner, Ioseph primus, Iudas primus, Hircanus, Iana, Ianeus primus B.

497 *Sed ut ad rem* V. supra, p. 117, n.l. 173.

499 *Gregorius Nazianzenus Carm.* I, 18 (*De Christi genealogia*), 9 and 12 sqq., Migne PG 37, 481 sq.: Δαυῖδαι, Σολομών τε Νάθαν τ' ἔσαν, ... / Χριστὸς δ' ἀμφοτέρ' ἔσκεν, ἕναξ μέγας ἀρχιερεὺς τε. / Τούνεκα Ματθαῖος μὲν ἐγράψατο Πνεύματι θεῷ / Τοὺς Σολομωντιάδας, Λουκᾶς δ' ἐς Νάθαν βρουσεν. / Ἐκ δὲ δύο γενεῶν, τῆς μὲν πλέον, ἐξ ἐτέρης δὲ / Παυρότερον τὸ βέεθρον ἐπελθέμεν· οὐ μέγα θαῦμα. / Οὐ μὲν παυρότερον· γενεῶν δ' οὐκ ἴσον ἀριθμόν. / Ὡδε τὰ πρῶτα κέασθεν, ἔπειτα δὲ εἰς ἐν ἄγερθεν.

501–504 *In opere ... tenet* Ps. Aug., viz. Ambrosiaster, *Quaest. V. et N.T.* 56, 1, CSEL 50, p. 101 (“Matthiae” instead of “Mathat”); cf. supra, p. 501, n.l. 461.

506 *Paralipomenon* I. Chr. 3, 5: “Porro in Ierusalem nati sunt ei [Dauid] filii, Simmaa et Sobab et Nathan et Salomon, quattuor de Bethsabee, filia Ammiel”.

510 *Iacobus Faber Stapulensis* In *Epistolae diuini Pauli apostoli; cum commentariis* (Paris, 1512¹; in the edition of Paris, 1517, f^o 193 r^o – 194 v^o), Faber, ad *Hebr.* 7, 3, “sine genealogia”, extensively opposes the views that Nathan was a son of Uria, adopted by David, or that he should be identified with the prophet Nathan.

511 *Ioannes Annius* Giovanni Nanni (v. *Contemporaries*, I, p. 60 sq.) published a text under the name of Philo, *Breuiarium de temporibus*, in a collection entitled *Commentaria super opera diuersorum auctorum de Antiquitatibus loquentium confecta*, Rome, 1498, f^o c 3 v^o – d 2 r^o; he states in the prologue that questions concerning the difference between *Mt.* and *Lc.* are not relevant because, according to both, Joseph was not the father of Christ, and dismisses the objections of Julianus Apostata and some heretics with the same argu-

ment and with reference to 1. *Tim.* 1, 3^b and 4, and *Tit.* 3, 9. The entire collection, including the so-called antique texts, was probably a ‘creation’ of Nanni’s (James R. Royle, *The Spurious Texts of Philo of Alexandria*, Leiden 1991, p. 135 sq.). Many readers including Lee have criticised Er. for basing this passage on Annius, as is apparent from Ep. 797, l. 4 sq., and *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 154 D.

516 *instituto* V. supra, p. 48, introd., §10.

517 *binomines ... trinomines* V. infra, p. 505, n.l. 558.

519–521 *Elih ... Hieronymus* The idea that Elih and Ioachim mean the same thing Er. probably derived from Ps. Philo (“synonyma sunt Syris et Aegyptiis Elyh: Eliakin: Ioakin”; cf. infra, p. 505, n.l. 558); in the case of Hier. we may bear in mind *Comm. in Ez.* I, 4, 4–6, CCSL 75, p. 45 (“Ioacim qui et Eliacim cognominatus est”), and p. 46 (“Eliacim enim qui cognominatus est Ioacim”), and possibly *Interpret. Hebr. nom.*, CCSL 72, p. 136 (“Eliacim dei resurrectio vel deus resuscitans vel deus suscitauit ... Ioachim domini resurrectio siue dominus suscitans”).

526–530 *Philo ... Ianeus primus* Ps. Philo (v. supra, n.l. 511), II, f^o d I v^o: “Duces vero ex domo Dauid vsque ad dictum Iudam fuere Iosephus primus, annis septem, Abner Semei, xi, Elyh Matathias, xii, Asar Maath, ix, Nagid Artaxat decem, Agai Helly, octo, Maslot Naum, septem, Amos Scyrach quattuordecim, Matathias Siloa, decem, Iosephus iunior Arses, honoratus a Ptolemaeo, lx. Ianeus secundus Hircanus praefuit annis sex et decem”. Er. put full stops between the names of each person and comma’s between the two names of one person in the 1516 edition of *Annot.*, but he did not maintain this distinction consistently in the later editions.

[27] Zorobabel, idem dictus Barrachias, duos habuit filios, vnum Resa nomine, cognomine Misciollam, quemadmodum legis in Neemia – huius propaginem Lucas narrat –, alterum Abiud, cognomento Anania, cuius stirpem Matthaeus prosequitur. Ex horum stirpe descendunt et qui apud Lucam et qui apud
 535 Matthaeum deinceps referuntur. Ad haec Salathiel, rectius, ni fallor, dicendus שְׁאֲלִיִּאל, Shealthiel, [C] si modo vocem Hebraicam reddere volumus, [A] idem alio nomine dictus Mezebeel, et Zorobabel tam apud Lucam quam apud Matthaeum recensentur, vt coniectare liceat hos ex Nathan ortos. Iam et Neri idem
 540 est qui apud Matthaeum dicitur Iechonias; id cognominis illi tributum est a populo, posteaquam ereptus e carcere in precio habitus est apud Euilmerodach, quod lucerna Daudici generis, quae videbatur extinguenda, redaccensa sit in
 LB 245 hoc. Is igitur tum genuit Salathiel. Proinde frustra Iullianus calumniam struit euangelistis, quasi duos patres vni tribuant filio, cum idem sit Neri et Iechonias, quemadmodum caeteri quoque reges qui hunc praecesserunt, πολυώνυμοι fue-
 545 runt, vsque ad Ioas, qui est Simeon apud Lucam, haud ille quidem e stirpe Solomonis, quae iam interciderat in Ochozia, sed ex Nathan, cuius posteritas ius habebat hactenus in regnum succedendi. Caeterum quod parum respondeat numerus eorum qui apud Lucam referuntur et qui apud Matthaeum, haud ita mirum videbitur, si quis perpenderit primum quod et Hieronymus indicauit et
 550 ante hunc Origenes, nonnullos in genealogiae serie fuisse praetermissos, idque data opera, quemadmodum annotauimus in Matthaeum. Quandoquidem nec Ioas vsquam recensetur. Quos si caeteris adieceris, comperies et numerum consentire. Praeterea Iechonias idem est cum eo qui dictus est Neri. Huius pater Ioachim, praetermissus apud Matthaeum, idem est cum Melchi, ante quem
 555 regnauit mensibus tribus Ioachaz, quem ne ipsum quidem commemorauit Matthaeus. Et haud scio an huic respondeat Addi. Rursus Iosias, Amon, Manasses, Ezechias et Achas cognomentis designantur hisce: Cosam, Elmodam, Er, Ieso, Eliezer, quorum sane cognominum et Philo meminit. Deinde Ioathan, Asarias, Amasias, Ioas adnominati sunt his nominibus quae sunt apud Lucam: Ioram,
 560 Matha, Leui, Simeon, quorum Matthaeus omnino non meminit. Quin et Simeon, qui est apud Lucam, trinominis fuit, idem dictus Simeon, Heli et Ioas. Hic primus ortus est ex posteritatis Daudicae instauratoribus, quos Hebraei אַחֲשָׁרִים, Achesarim, vocant ceu regni adiutores, cum iam in Ochozia posteritas Solomonis defecisset; nec haec modo, verumetiam ipsa familia Achesarim, nimirum omnibus ab Athalia interemptis, hoc solo superstite, quod hunc Iosaba
 565 Ochoziae soror seruasset, etiamnum in cunis agentem. Neque enim erat is Ioas filius Ochoziae natura, sed successione duntaxat, iuxta ius Achesarim, [B] licet libro Regum quarto, capite vndecimo, vocetur Ochoziae filius. Philo tamen aperte pronunciat hunc natura filium non fuisse, sed, vt modo dictum est, iure
 570 successionis. [A] Proinde ab hoc reliqua posteritas omnis ad Nathan pertinet, vt vnde duxerit genus, licet in sorte collocetur Solomonis. [B] Quod si stirps regia defecit in Sedechia, sicut apparet ex quarto Regum, capite vltimo, et Hieremiae cap. xxii, non protinus consequitur antea non defecisse. [A] Porro Nathan hic, de

575 quo coeperamus in initio dicere, filius fuit Dauid, frater Solomonis ex Bethsabee, quemadmodum legis Paralipomenon libro primo, capite tertio. Is, vt dixi, nec erat propheta nec adoptatus a Dauid in ius filiorum, verum huius posterita-

533 Abiud *B-E*: Abiurth *A*.

546 Ochozia *D E*: Ozochia *A-C*.

563 אֲחִישָׁרִים *C*: אֲחִישָׁרִים *A B D E*.

568 Ochoziae *C-E*: Ozochiae *B*.

531–537 *Barrachias* ... *Mezebeel* Er. borrows here from Ps. Philo, (v. supra, p. 503, n.l. 511), II, f° d 1 r° and v°: "Porro in captiuitatis solutione Zorobabel primus praefuit annis octo et quinquaginta, Resa Mysciollam sex et sexaginta, Ioanna Ben Resa tribus et quinquaginta", and f° c 4 v°: "Heri datus est a Deo filius Mesezebeel cognomento Salathiel; qui anno decimoseptimo ante solutionem captiuitatis Barachiam qui anno xvii. soluta captiuitate dux populi fuit, et ab eo ducatu dictus Zorobabel, anno a transmigracione octogesimoprimum et a desolatione septuagesimo ... cum Barachia Zorobabele filio Mesezebelis filii Neri". The name "Resa" does not appear in *OT. Neh.* (in *Vg.* 2. *Esr.*) 3, 4 refers to one of those who built the wall of Jerusalem as "Mosollam, filius Barachiae, filii Mesezebel", but this Barachias and this Mesezebel are no longer identified with Zorobabel and Salathiel.

536 *si* ... *volumus* Added under the influence of criticism by Stun.; cf. supra, p. 501, n.l. 456–593, and Graham, p. 55.

537–538 *Lucam* ... *Matthaeum Mt.* 1, 12 and *Lc.* 3, 27.

539 *id cognominis* Cf. supra, p. 42, introd., §8b.

540 *erepns* ... *Euilmerodach* 2. *Rg.* 25, 27–30, and *Ir.* 52, 31–34. The name "Neri" is not mentioned here, only in *Lc.* 3, 27. נֵר (ner) means 'lamp', נֵרִי (neri, my lamp) only occurs in 2. *Sm.* 22, 29.

542 *Iulianus* Julian the Apostate wrote in *Contra Galilaeos*, I, that he wanted to discuss the differences in genealogy between *Mt.* and *Lc.* in book II. This text occurs as a quote in Cyril. in *Adv. libros athei Iuliani*, VIII, Migne *PG* 76, 900 D. But book II by Julian is lost, as are book XI sqq. by Cyril. Er. relies here on Hier. *Comm. in Mt.* I, 1, 16, *CCSL* 77, p. 9: "Iacob autem genuit Ioseph". Hunc locum obicit nobis Iulianus Augustus dissimulantiae euangelistarum, cur euangelista Matheus Ioseph filium dixerit Iacob, et Lucas filium eum appellauerit Heli, non intellegens consuetudinem scripturarum quod alter secundum naturam, alter secun-

dum legem ei pater sit".

549–551 *Hieronymus* ... *Origenes* ... *Matthaeum* Cf. supra, p. 74 sq., l. 202 sqq. and nn.l. 202–203 and 217.

558 *Philo* Er. quotes here from Ps. Philo (v. supra, p. 503, n.l. 511), II, f° c 3 v° sq.: "Siquidem orta lite inter filios Dauid quos ex Bersabee genuerat, quis regno praecederet, Dauid edicto statuit a iunioribus inchoari, et vt alteri succederet, vbi posteritas naturalis deficeret. Itaque a Salomone minimo ceptum est, et a Nathan illi natu proximior filio dicto Ahiasar et Mathat; et posteris eius Ahiasarim atque Mathatym; id est vt omnes dicerentur et essent fratres principis et donati tempore ad succedendum. Hinc vsque ad Iosaphat et Ochoziam posteritas Natham semper dicta est Ahiasarim omnem stirpem regiam Ahiasarim Athalia conata est delere, nisi prouidentia Iosabet sororis Ochoziae ex Ahiasarim, saluatus fuisset minimus ex Ahiasarim infans Elyh qui et Eliakin. Nam synonyma sunt Syris et Aegyptiis Elyh: Eliakin: Ioakin. Cognominatus autem infans Elyh fuit Ioas primus ex domo Dauid, et posteritate Natham ... Ab isto Ioas atque deinceps in rememorationem reges semper binomii et trinomii fuerunt. Nam iste primus dictus est Elyh: Ioas: Symeon. Item Her: Manasses: Ezechias: Iesus et eiuscedmodi". f° d 1 r°: "Principes vero ex domo Nathan: Primus Symeon qui et Ioas. Rursus Leui qui et Amasias. Item Iesus qui et Ezechias. Her quoque qui et Manasses".

563 אֲחִישָׁרִים This plural does not occur in *OT*; 1. *Rg.* 4, 6 mentions אֲחִישָׁר (Ahisar) as the first name of the controller of the household of Salomo; 1. *Rg.* 4, 5 refers to Azarias and Zabud as sons of Nathan, son of David; cf. the previous note.

565–566 *hunc Iosaba* ... *seruasset* 2. *Rg.* 11, 1–3, and 2. *Chr.* 22, 11.

571 *unde* I. q. 'is a quo'; cf. supra, p. 43, introd., §8b.

572 *quarto* ... *Hieremiae* 2. *Rg.* 25, and *Ir.* 21–39.

575 *Paralipomenon* 1. *Chr.* 3, 5.

tem ius regni manebat, idque ex edicto Dauid, si quando Solomonis stirps intercidisset; id quod Annio citante docet Philo. Idem propemodum colligere licet ex libro Regum tertio, capite quarto, nempe quod Nathan Achisar institutus fuerit, hoc est: regiae stirpis instaurator. Sic enim et illic appellatur filius Nathan, quem 580 אֶחְיָאֵל Lucas vocat Nathan. Huius partes erant vniuersam familiam regiam moderari; et ob id ius dicebantur Hebraeis מְתָתִים – id est: donati ad succedendum – et אֶחְיָאֵל – hoc est: fratres principum, quia in pari honore cum regum filii habebantur. Ad hos pertinebat tribus Benjamin, cum ad posteritatem Solomonis 585 sola domus Iuda pertineret. Haec pauca e multis carptim delibauimus, ne nihil lucis praeberemus auidis eadem exactius inquirendi, praesertim cum ad historiae fidem | faciant. Neque rursum probarim in huiusmodi quaestionibus vel anxie 590 LB 246 distorqueri vel contentiose digladiari; in quibus haud multo plus fructus esse video quam illa nobili pugna theologorum de conceptione deiparae virginis. Et Paulus non vno in loco monet piis hominibus huiusmodi genealogias et nunquam finiendas quaestiones esse vitandas, quod non solum nihil conducant ad pietatem, verumetiam pariant lites et contentiones, pestem christianae concordiae.

EX CAPITE QVARTO

595 [1] Egressus est a Iordane. *Regressus* legendum est, [B] ὑπέστρεψεν, ‘reuertit’ siue ‘reuersus est’. Certe *regressus* constanter habent vetusti codices. [A] Et agebatur. Καὶ ἤγετο, id est ‘ductus est’ siue ‘actus’, cum alibi dicatur expulsus a Spiritu. In deserto. Εἰς τὴν ἔρημον, id est ‘in desertum’, accusandi casu.

[2] Diebus quadraginta. Ἡμέρας τεσσαράκοντα πειραζόμενος, id est: ‘et 600 quadraginta dies tentatus est’. Nam ‘quadraginta dies’ ita positum est, vt possit vel ad superiora vel ad sequentia accommodari, verum mollius est, vt ad inferiora pertineat, non quod toto hoc tempore tentatus sit a diabolo, sed quod aliqua parte huius temporis. [B] Certe Origenes, aut quisquis fuit alius, homilia vigesima nona ita legit, vt sentiat eum quadraginta diebus tentatum. [C] Nec abhorret 605 ab hac sententia quod scribit Marcus capite primo: *Et statim Spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, et tentabatur a Satana.* Sed magis etiam facit ad hunc sensum sermo Graecus, qui habet πειραζόμενος. Matthaeus capite quarto sic narrat, quasi post quadragesimum aut quadragesimo demum die tentatus sit; quanquam fieri potest, vt et aliis diebus 610 fuerit tentatus aliis rationibus.

[4] [A] Viuit homo. Graecis est ζήσεται, id est: ‘victurus est’ siue ‘viuet’, verbum futuri temporis, [B] consentientibus vetustis Latinorum exemplaribus, nominatim codice Corsendoncensi. [D] In Constantiensi rasor mutarat e in i.

[5] [A] In momento temporis. Ἐν στιγμῇ χρόνου, id est ‘in puncto temporis’, qua Graeci prouerbiali figura breuissimum tempus indicant. Sumptum est 615 a puncto mathematico.

[6] Et cui volo. Καὶ ᾧ ἐὰν θέλω, id est: ‘cuicumque volo’ siue ‘velim’.

[7] Si procidens adoraueris. Σὺ οὖν ἐὰν προσκυνήσῃ ἐνώπιόν μου, id est: 'tu igitur si adoraueris coram me'. [B] Atque ita sane legitur in vetustis Latinae
620 linguae codicibus, nominatim in Corsendoncensi, [C] et item aureo, [D] Constantiensi ac meo vetustae typographiae, [B] sed refragante Paulino. Proinde quisquis addidit *procidens*, rem fecit explanatiorem. Est enim προσκυνεῖν adorare, sed gestu corporis, verbum vel a moto galero dictum Graecis vel ab osculando.

[8] [A] Scriptum est. Hic Graeci codices addunt Ὑπαγε ὀπίσω μου,
625 Σατανᾶ, id est: 'Vade post me, Satana'. Sic enim erat in Matthaeo, [D] sed in Petrum dictum; diabolus tantum audiuit ὑπαγε. [B] Verum apparet huc ascriptum ex eo loco; quo studio mira deprauatio irrepsit in sacros libros, quando nec

581 vocat Nathan B-E: vocat Mathan A.

582 מִתְתִּים A C-E: מִתְתִּים B.

583 בִּצְרִיִם אֲחִישֵׁרִים A, אֲחִישֵׁרִים D.

589 quam illa C-E: quam in illa A B.

578-585 *Idem ... pertineret* Assertions of Ps. Philo or Annius, which are not confirmed by 1. Rg. 4 (v. supra, p. 505, n.l. 558); they may have been caused by incorrect punctuation.
590 *Paulus* 1. Tim. 1, 3^b and 4, and Tit. 3, 9.
590-591 *nunquam ... quaestiones* Cf. supra, p. 78, l. 334.

595-600 *Egressus ... tentatus est* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 832, col. 2. Modern editions of Vg. read: "regressus ... in desertum". *Nov. Test. A*: "regressus est a lordane, et agebatur in Spiritu in desertum diebus quadraginta et tentabatur"; *B-E*: "regressus est a lordane, et actus est per Spiritum in desertum, ac diebus quadraginta tentabatur".

597 *alibi Mt.* 4, 2-3.

603 *Origenes Hom. in Lc.* 29, GCS 9, p. 167: "Quadraginta diebus tentatur Iesus et, quae fuerint tentamina, nescimus".

605-607 *Marcus ... Satana Mc.* 1, 12-13^a.

608 *Matthaeus Mt.* 4, 2-3.

611 *Viuit ... viuet Nov. Test. A*: "viuit"; *B-E*: "viuet".

614-615 Ἐν στιγμῇ ... *temporis* Cf. *Adag.* 1170, *LB* II, 472 BC: "Temporis punctum. Στιγμῆ χρονου, id est punctum temporis", with examples taken from Plut. *Mor.* 2 (*De liberis educandis*), 13 A, Ter. *Phorm.* 184 and Cic. *Phil.* 2, 13, 31 and 8, 7, 20. Here Er. does not mention Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 832, col. 2 ("At nunc Graece est 'puncto', στιγμῆ"). *Nov. Test. A*: "momento"; *B-E*: "puncto".

618 *procidens* Does not occur in modern editions of Vg.; *Nov. Test. A*: "Tu ergo si adoraueris coram me"; *B-E*: "Tu ergo si adoraueris prouolutus coram me".

623 *a moto ... osculando* 'galerus' or 'galerum', γαλέρη, 'a cap or hat made of skin' (*OLD*); γαλεῖν, 'to kiss'.

624-632 *Scriptum ... verborum est Nov. Test.*: "Iesus dixit illi. Abi post me Satana. Scriptum est enim". The 1519 and 1527 additions are connected with criticism of Er.'s opinion about the purity of the text of *NT* and *Vg*. The passage "mira deprauatio irrepsit in sacros libros" (l. 627) was criticised in the 'Valladolid Articles', as appears from *Apolog. adv. mon. hisp.*, *LB* IX, 1078 C - 1079 A. Er. concludes his defence of this passage by referring to his response to Sutor, to *Annot. in 1. Ioh.* 5, and to a separate *Apologia* against someone who is defined with the nick-name Tyrologus. In *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor*. Er. pays attention to this problem in *LB* IX, 744 C, 750 C-E, 757 F - 758 D, 782 B and 791 E-794 D. *Annot. in 1. Ioh.* 5, 7, "Tres sunt qui testimonium dant in coelo" (*LB* VI, 1079 B - 1881 F), consists from 1079 C "Diuus Hieronymus" of passages from 1522, 1527 and 1535; cf. Reeve, 3, p. 768 sq. The *Apologia* against Tyrologus is probably Ep. 1858; there Er. defends himself against a mendicant friar who had attacked him in a sermon at St. Paul's churchyard in London. "Tyrologus", 'collector of cheese', is a nick-name for mendicants that can be associated with 'theologus'; in *Adag.* 3664, *ASD* II, 8, p. 106, l. 764, Er. uses the term "tyrologia" relating to Jacob van Hoogstraten. Cf. Rummel, *Catholic Critics*, 2, p. 92 sq.

625 *Matthaeo Mt.* 16, 23 (cf. supra, p. 250, l. 465 sqq.).

apud Ambrosium quicquam huiusmodi legitur nec apud Origenem, cuius titulo habemus homilias in hunc euangelistam. Imo cum is annotarit ὀπίσω μου non
 630 addi, quum iubetur abire diabolus. Apud Theophylactum tamen additur Ὑπαγε
 ὀπίσω μου, Σατανᾶ, contra Origenis annotationem, [D] et Theophylacto consen-
 tiebat aeditio Hispanica. In Latinis codicibus nihil horum verborum est. [A]
 Seruies. Λατρεύσεις. Quod plerunque ad diuinum cultum pertinet, vnde et
 latra dicta est.

LB 247 | [10] Mandauit de te. Ἐντελεῖ, id est ‘mandabit’, [B] futuri temporis, [A]
 636 vt indicatum est a nobis et alibi.

[11] Ne forte. Μήποτε, id est ‘nequando’ siue ‘ne’. [B] Quorsum autem erat
 opus forte?

640 [14] Per vniuersam regionem. Καθ’ ὅλης τῆς περιχώρου, id est ‘per
 totam finitimam regionem’ siue ‘per omnem vndique regionem’.

[15] Et magnificabatur. Δοξαζόμενος, id est ‘glorificabatur’. Non satis
 video cur hic Laurentium offendere debuerit coniunctio. Mauult enim ille: *doce-*
bat in synagoga eorum omnibus eum glorificantibus.

[16] In die sabbati. Σαββάτων, id est ‘sabbatorum’.

645 [17] Et reuoluit librum. Καὶ ἀναπτύξας τὸ βιβλίον. Quod ego maluissem
 vertere ‘et explicito libro’, nam ipse mox vertit *Et cum plicuisset librum, Καὶ πτύ-*
ξας τὸ βιβλίον.

[18] Spiritus Domini super me. Locus est apud Esaiam capite sexagesi-
 moprimo. Quanquam hoc sane loco citatio Lucae magis consentit cum aeditione
 650 Septuaginta quam cum Hebraicis voluminibus, [C] etiamsi dissonat ab vtrisque.
 [A] Siquidem Hebraea vertit ad hunc modum Hieronymus: *Spiritus Domini Dei*
super me, eo quod vnxit me Dominus; ad annunciandum mansuetis misit me, vt
mederer contritis corde, et praedicarem captiuis indulgentiam, et clausis apertionem,
et annunciarem annum placabilem Domino. Porro iuxta Septuaginta legimus ad

655 hunc modum: [C] Πνεῦμα Κυρίου ἐπ’ ἐμέ. Ὅ ἔνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι
 πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρῦξαι αἰχ-
 μαλώτοις ἄφρονας, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν, id est:
 [A] ‘Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me. Euangelizare pauperibus
 misit me, sanare contritos corde, praedicare captiuis remissionem, et caecis vt
 660 videant, vocare annum acceptabilem Domino’. Eo quod vnxit me. Ὅ
 665 ἔνεκεν ἔχρισέ με, id est: ‘propter | quod vnxit me’. Atque ita legitur in antiquissi-
 mis Latinis exemplaribus, sed Graecis ad verbum redditus, magis quam eleganter.
 Et caecis visum. Καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. Quod magis sonat redditum visum
 quam visum, quasi dicas: ‘reuidentionem’.

665 [19] Et diem retributionis. Haec verba non adduntur in Graecis volumi-
 nibus nec adduntur ab Hieronymo, qui citat hunc locum e Luca edisserens
 Esaiam prophetam. [C] Quemadmodum nec illud congruit, *dimittere confractos*
in remissionem.

[21] Impleta est scriptura. *Haec* addendum est, et ita legitur in emenda-
 670 tionibus libris: [B] ‘impleta est haec scriptura’.

[23] [A] Vtique dicetis. Πάντως ἐρεῖτε, id est: 'omnino dicetis'. Est enim aduerbium confirmandi. Quanta audiuimus. Ὅσα, id est 'quae' siue 'quaecunque'. [B] Atque ita legit autor homiliarum in Lucam quas Origenis titulo legit vulgus.

675 [25] [A] In veritate dico vobis. Graeci addunt coniunctionem non ociosam, Ἐπ' ἀληθείας δὲ λέγω ὑμῖν, 'Sed in veritate dico vobis'. Aduersatur enim haec pars superiori, quae de contemptu meminit. Atque ita concinnandus ordo:

630 Theophylactum C-E: Vulgarium B.
651 Hebraea vertit B-E: Hebraea אָדֹנָי רִוַח יהוה עלי יען משח יהוה אתי לבשר עננים שלחני לחבש לנשברי לב לקרא לשבויים דרור

ולאסורים פקח-קוח: לקרא שנת-רצון ליהוה: Quae vertit A.
660 videant, vocare E: videant, et vocare A-D.

628 *Ambrosium* In *Expos. Lc.* IV, 27-34, *CCSL* 14, pp. 115-118, nothing may indeed be concluded about this.

628 *Origenem* *Hom. in Lc.* 30, *GCS* 9, p. 174, quotes *Lc.* 4, 8 without "vade post me, Satana".

630 *Theophylactum* *Enarr. in Lc.* 4, 1-12, *Migne PG* 123, 745 B.

632 *aeditio Hispanica* *The Complutensis* (ὕπαγε ὀπίσω μου σατανᾶ).

633-634 *Seruius* ... *dicta est* According to *Annot. in Rom.* 9, 4, *LB* VI, 610 B, λατρεία should not be translated by "obsequium", but by "cultus" or "religio". "Latria" occurs since Aug. (*Civ.* X, 16, *Epist.* 173 A, *CSEL* 44, p. 649, and *Contra Faust.* XX, 22, *CSEL* 25, p. 565). *TbLL* 7, 2, 1013, s.v.

635-636 *Mandauit* ... *alibi* *Nov. Test.*: ἐντελεῖται (in all editions); *A* and *BAS*: "mandauit"; *B-E*: "mandabit". Cf. supra, p. 124 sqq., l. 394 sqq., ad *Mt.* 4, 6.

637 *nequando* ... *ne* *Nov. Test. A*: "ne quando"; *B-E*: "ne"; cf. supra, p. 127, n.ll. 405-406.

641 *glorificabatur* The reading of *Nov. Test.*

642 *Laurentium* *Valla, Annot.*, *Garin*, 1, p. 832, col. 2: "Graece est 'glorificabatur', quod ego, ne adderem copulam, quae Graece est, sic transtulissim: 'Et docebat in synagogis eorum omnibus eum glorificantibus'; est enim participium passiu praesens, δοξαζόμενος".

644 *In die* ... *sabbatorum* *Nov. Test.*: "die sabbatorum". Cf. *Valla, Annot.*, *Garin*, 1, p. 832, col. 2: "Graece est 'sabbatorum', τῶν σαββάτων".

645 *Et reuoluit* Variant reading in *Vg.* alongside "Et vt reuoluit", which is also the reading in *Nov. Test. A*; *Nov. Test. B-E*: "Et vt expli-

cuit".

646 *Et cum plucisset librum* *Lc.* 4, 20.

651-660 *Spiritus* ... *Domino* *Is.* 61, 1-2a (*Vg.*: "Spiritus Domini super me, eo quod vnxit Dominus me; ... apertionem; Vt praedica-rem annum placabilem Domino"). In *Comm. in Is.* XVII, 61, 1-3, *CCSL* 73A, p. 706, Hier. gives "Spiritus Domini Dei ... quod vnxit me Dominus ... contritos corde ... Et annuntialem" (ll. 651-654) as the translation of the Hebrew text, and the text of ll. 658-660 as the translation of *LXX*.

661 *propter quod vnxit me* The reading of modern editions of *Vg.* and of *Nov. Test. A*. *B-E*: "propterea quod vnxit me".

665-666 *Haec* ... *voluminibus* Cf. *Valla, Annot.*, *Garin*, 1, p. 832, col. 2: "Graece non legitur 'et diem retributionis'; nec attinebat tunc mentionem facere retributionis, sed tantum gratiae".

666 *Hieronymo* Hier. does not quote "diem retributionis Deo nostro" after "annum Domini acceptabilem" in *Comm. in Is.* X, 32, 9-20, and XVII, 61, 1-3, *CCSL* 73, p. 409 and 73A, p. 707, but he does in *Comm. in Is.* X, 34, 8-17, *CCSL* 73, p. 421; he omits "sanare contritos corde" in all three places.

670 *impleta est haec scriptura* The reading of *Nov. Test.*, as also of modern editions of *Vg.*

671 *Vtique* ... *omnino* *Nov. Test. A*: "Vtique"; *B-E*: "Omnino".

672-674 *Quanta* ... *vulgus* In *Epist. apolog. adu. Stun.*, *LB* IX, 395 EF, Er. defends himself against criticism by *Stun. Nov. Test.* reads "quaecunque", like *Orig. Hom. in Lc.* 33, *GCS* 9, p. 185, ll. 9 sq. and 17 sq.

675-676 *In veritate* ... *vobis* Er. adds "Sed" in *Nov. Test. B-E*.

contemnitis me, quod praesto sim, verum non omnibus datum est habere talem qualis ego sum.

680 [32] [B] Quia in potestate erat sermo ipsius. Nemo nescit quid sit 'esse in potestate'. Atqui hic iuxta proprietatem Hebraei sermonis sentit sermonem Iesu cum autoritate et potestate fuisse coniunctum. Ita alias *in virtute veniet* dictum est pro 'cum virtute veniet'.

685 [34] [A] Sine. Ἔα. Quod tamen aliquoties est aduerbium exclamantis. De figura sermonis quid tibi et mihi iam dictum est, non semel. Scio te quis sis. Οἶδά σε τίς εἶ, ὁ ἄγιος τοῦ Θεοῦ, id est: 'noui te quis es, nempe sanctus ille Dei'.

LB 249 [36] Et factus est pauor. Θάμβος, quod saepe vertit *stupor*. Est | autem plus quiddam quam timor aut admiratio. Nam hoc loco magis videtur admirantium esse quam timentium.

690 [37] Diuulgabatur fama. Ἐξεπορεύετο ἦχος αὐτοῦ. Nomen est a verbo ἤχεῖν, quod est 'resonare'; vnde et echo dicta est, quae vocem acceptam reddit, quod fama tinniat et pro vna voce plurimas reddat. Ab eodem composita est vox 'catechumenus'.

695 [38] Magnis febribus. Πυρετῶ μεγάλῳ, id est 'febre magna'. [D] Dices, lector, quid refert *magnis febribus* legas an 'magna febrī'. Ne quis hic sine causa philosophetur tractans sensum allegoricum, quomodo multae febres teneant eandem mulierem. [A] Nec est tenebatur, sed *συνεχομένη*, quod alias vertit 'coartari'. Attamen interpres Latine reddidit sensum.

700 [39] Et stans super illam. Καὶ ἐπιστάς ἐπάνω αὐτῆς. Interpretis sermo perinde sonat quasi Iesus pede calcauerit mulierem; hoc an verum sit, nescio; probabilius videtur astitisse et inflexo corpore incubuisse in illam velut appellantem dormientem. Imperauit febrī. Ἐπετίμησε, id est 'increpauit'. Forte scriptum erat 'increpauit febrī', more Graecorum, et offensus quispiam nouitate constructionis mutauit 'increpauit' in *imperauit*; id quod et alias factumprehendimus et suo commonstrabimus loco. Porro quod sequitur, et dimisit illam, maluissem reddi 'eaeque reliquit illam', ne Christus videatur reliquisse mulierem. Vt ne addam et surgens ministrabat illis parum commode reddidit, cum dicendum fuerit: 'erecta ministravit illis' siue 'surrexit ac ministravit illis'.

710 [40] Cum autem sol occidisset. Δύνοντος δέ, id est: 'cum occideret' siue 'occidente vero sole'. Consentaneum est autem eos magis accelerasse quod nox immineret.

LB 250 [41] Quia sciebant. Ὅτι ᾔδεισαν τὸν Χριστὸν αὐτὸν εἶναι. Et hic sensus esse potest quod scirent se [B] siue ipsum [A] Christum esse. [C] Vt | intelligamus eos vetitos dicere quod nossent eum. Sunt enim qui putent hoc mysterium non liquido fuisse cognitum daemonibus ante mortem Christi.

720 [43] [D] Quia et aliis ciuitatibus. Hic coniunctionem redundare notauit et Hugo Cardinalis scribens esse pleonasmum ex idiomate sermonis Hebraici.

[A]

EX CAPITE QVINTO

[1] Irruerent in eum. Ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικαῖσθαι αὐτῷ, id est: 'cum turba irrueret illi' siue 'vrgeret eum'.

[5] Praeceptor. Ἐπιστάτα. Non est διδάσκαλε neque καθηγητά, sed tertium quoddam, quod sonat quasi praefectum.

[7] Venirent et adiuuarent eos. 'Se' dicendum erat, non *eos*, et 'in altera nauī' potius quam *alia*. Ita vt pene mergerentur. *Pene* non additur nec in Graecis nec in vetustis exemplaribus, [C] nominatim in aureo. [A] Verum lector aliquis nolens illic perire apostolos addidit *pene*.

694 catechumenus *B-E*: catecuminus *A*.

698 tenebatur *B-E*: timebatur *A*.

698-703 coartari ... dormientem. Imperauit *D E*: coartari. Imperauit *A B*, coartari ... sensum. Imperauit *C*, post haec verba imperauit feбри addantur haec. Et stans ... calcauerit

puellam. Hoc an ... in illam. *C*.

706-707 dimisit illam *B-E*: dimisit illum *A*.

707 reliquit illam *B-E*: reliquit illum *A*.

708 mulierem *D E*: puellam *A-C*.

708 addam *C-E*: cauiller *A B*.

680-683 *Quia ... veniet Nov. Test. A* is the same as *Vg.*; *B-E*: "quia cum potestate coniunctus erat sermo ipsius".

681 *proprietaem V. supra*, p. 48 sq., introd., §9, and p. 121, n.l. 283.

682 *in virtute veniet Mc.* 8, 39: "veniens in virtute"; cf. *Mt.* 24, 30, and *Mc.* 13, 26: "venientem ... cum virtute multa".

684-685 *Sine ... semel Nov. Test. A*: "Sine, quid tibi nobiscum est"; *B-E*: "Eia, quid tibi nobiscum est". Modern editions of *Vg.*: "Quid nobis et tibi". Cf. supra, p. 178, l. 638 sq., ad *Mt.* 8, 29.

685-687 *Scio ... Dei Nov. Test.*: "Scio te qui sis, sanctus Dei" (*B-E*: "sanctus ille Dei").

688 *stupor Lc.* 5, 9, and *Act.* 3, 10.

695-699 *Magnis ... sensum Nov. Test.*: "tenebatur feбри magna".

698-699 *coartari Lc.* 12, 50, and *Phil.* 1, 23: συνέχομαι, "coarctor".

700-710 *Et stans ... illis Nov. Test. A*: "Et stans super illam increpauit febrē, et dimisit illam, et statim surgens ministrabat illis"; *B-E*: "Et astans supra illam increpauit febrē, et febris dimisit illam statimque surgens ministrabat illis". Cf. supra, p. 176, l. 609 sqq., ad *Mt.* 8, 26, and *Annot. in Iud.* 9, *LB VI*, 1090 EF: "Imperet tibi Deus". Ἐπιτιμήσαι σοι Κύριος, id est: 'Increpet te Dominus'. Hieronymus aduersus Ruffinum legit 'Increpet tibi Dominus', Graecum imitatus sermonem [in *Apolog. c. Ruf.* II, 18, *CCSL* 79, p. 53, Hier. quotes *Iud.* 9: 'Imperet tibi Dominus' and *Zch.* 3, 2: 'Increpet tibi Dominus']. Similis locus est apud

Zachariam prophetam cap. iiii. [3, 2] 'Increpet in te Dominus Satan' et 'Increpet in te Dominus, qui elegit Hierusalem".

706-710 *et dimisit ... illis Er.* reacts in *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 169 (= 161) F - 170 (= 162) E, to criticism from Lee.

708 *Vt ne addam Cf. supra*, p. 43, introd., §8b.

711 *occidisset ... occideret Nov. Test. A*: "occidisset"; *B-E*: "occideret".

716-717 *Sunt ... Christi Cf. Glossa Ordinaria ad 1. Cor.* 2, 8, "Quam nemo principum huius saeculi cognouit": "Non enim aliter scierunt daemones, quam scierunt principes. Scierunt enim ipsum esse, qui promissus erat in lege, non tamen mysterium eius, quod Filius Dei erat et ab aeterno. Neque sciebant sacramentum incarnationis, passionis et redemptionis". Ad *Lc.* 4, 41, the *Glossa Ordinaria* only offers a free quotation from Beda, *In Lc. expos.* II, *CCSL* 120, p. 112, who was of the view that the demons knew that he was the Christ.

719 *Hugo Cardinalis Hugo de Sancto Caro, Postilla*, ad locum: "'Quia et aliis ciuitatibus'. Pleonasmus est: et est idioma Hebraicum. Vel si vis potes ita continuare: Non possum diutius manere vobiscum". Cf. supra, pp. 47 and 110, introd., §9, and n.l. 41-43.

719 *idiomate V. supra*, p. 48, introd., §10.

726-727 *Se ... alia Cf. Valla, Annot., Garin*, I, p. 832, col. 2: "alia ... se". *Nov. Test. A*: "alia ... eos", *B-E*: "altera ... ipsos".

727 *vt pene Er.* omits "pene" in *Nov. Test.* and reacts to criticism from Lee in *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 170 (= 162) E - 163 A.

730 [9] [B] In captura piscium. Haec pars non est referenda ad verbum *erant*, sed ad verbum 'pauor habebat', vt intelligas eos stupefactos ob tantum piscium captum.

[10] [A] Ex hoc iam. Ἀπὸ τοῦ νῦν, id est 'posthac'. Eris capiens. Ζωγρεῶν. Est autem ζωγρεῖν proprie 'capere viuum', quemadmodum fit in bello, 735 dictione composita ex ζῶ, 'viuo', et ἀγρεῖω, 'venor' siue 'venatu capio'. [B] Nunc qui Turcas inuadunt, vt illos iugulent ac spolient, mortuos capere malunt quam viuos. [C] Imo pecunias Turcarum venamur potius quam Turcas ipsos.

[13] [A] Volo, mundare. *Mundare* passiuum est et imperatiui modi, καθάρισθητι.

740 [14] Sed vade, ostende. Hic nonnihil addendum erat: 'nempe', inquit, 'sed vade', inquit, 'ostende te sacerdoti'. Quod ne quis putet illum religione non fecisse, fecit idem in Actis apostolicis; *Quam audistis (inquit) per os meum*.

LB 251 [17] [B] Et ipse sedebat docens. Ad eum quidem modum habent Graeca. Verum Lucas aliquoties adhibet eam coniunctionem καί, vt plane videatur 745 superesse.

[22] [D] Quid cogitatis mala. *Mala* superest nec additur apud Graecos nec in emendationibus Latinis. Iesus enim ciuilitate sic taxat illorum impias cogitationes, vt non prodat tamen apud populum quod essent impiae.

[25] [A] Magnificans Deum. Δοξάζων τὸν Θεόν, id est 'glorificans'. Ac 750 mox

[26] Et magnificabant Deum. Καὶ ἐδόξαζον. Quia vidimus mirabilia. Παράδοξα. Quod aliquando vertunt 'noua' aut 'incredibilia'.

[27] Nomine Leui. Lucas inflexit Λευεῖν velut a nominatiuo Leuis.

[29] Conuiuium magnum. Δοχὴν μεγάλην, id est, vt ad verbum reddam, 755 'acceptionem magnam', inde dictum, quod accipiuntur inuitati. [B] Vnde et splendide acceptos dicimus qui lauto conuiuio pasti sint. Athenaeus libro Dipnosophistarum quinto splendida conuiuia ὑποδοχάς vocat. Ac rursum libro 760 octauo splendidum epulum δοχὴν appellat. Hoc admonendum duximus, ne quis de nomine cauilletur, vt sunt nonnulli in his anxii.

[34] [A] Non potestis filios sponsi. Νυμφῶνος, id est 'filios thalami', sed proprie in quo sponsus et sponsa versantur, vt et ante commonstrauimus.

[36] Commissuram a vestimento. Rursus est ἐπίβλημα ἐπιβάλλει, id est: 'immissuram immittit'.

[39] [B] Vetus melius est. Graece est χρηστότερον, quod magis sonat 765 suauius aut blandius. Sic enim vertit *Iugum meum suaue est, χρηστόν*. Siquidem vt poma, ita et vina per se austera mitescunt vetustate, ita leuiora nobis videntur quibus assueuimus.

[A]

EX CAPITE SEXTO

[1] In sabbato secundoprimo. Δευτεροπρώτῳ. Annotauit Ambrosius 770 noue positum a Luca secundoprimum sabbatum, [B] potius quam primosecun-

LB 253 dum, cum magis debuerit praeferrī quod natura prius est. [A] Verum nihil expli-
 775 cat praeter allegoriam [D] dicens hac dictione significari sabbatum euangelicum,
 quod est spirituale. Id et secundum dicitur et primum, secundum, quia suc|ces-
 780 sit legis carnali sabbato, primum, quia praelatum ei sabbato cui successit, quem-
 admodum secundus Adam praelatus est priori Adam. Hunc sequutus Beda simi-
 lia ferme congerit. [A] Diuus Hieronymus in epistola ad Rusticum monachum
 narrat se, cum versaretur apud Nazianzenum, hanc illi proposuisse quaestionem
 quid sibi vellet apud Lucam sabbatum δευτερόπρωτον. At illum, cum, opinor,
 non haberet in promptu quod responderet, elusisse ioco: ‘Docebo te’, inquit,
 ‘apud populum, vbi acclamantibus et applaudentibus cunctis, velis nolis, cogaris

743 sedebat *E*: erat *A–D*.

752–753 incredibilia. Nomine *B–E*: incredibi-
 lia. Facies eius erat euntis. ὅτι τὸ πρόσωπον
 αὐτοῦ ἦν πορευόμενον, id est quod facies eius
 erat vadens. Atque ita legit Hieronymus in
 questione ad Agalsiam quinta. Sic enim
 facies dicta est ire, vt oculi dicuntur loqui.

731 pauor habebat Refers to “Stupor enim cir-
 cumdederat”, the reading of *Vg.* adopted in
Nov. Test.

738–739 *Volo* ... καθάρισθητι Cf. supra, pp. 172
 and 363, ll. 495 sqq. and 316 sq., ad *Mt.* 8, 3,
 and *Mc.* 1, 41.

740–741 *Sed* ... sacerdoti *Nov. Test. A*: “sed vade
 ostende teipsum”; *B–E*: “sed vade, inquit,
 ostende teipsum”.

742 *Quam* ... meum *Act.* 1, 4.

744–745 *Lucas* ... καὶ ... superesse Moulton, 2,
 p. 420, calls it, under the heading “Para-
 taxis”, a semitism.

746 mala This variant of *Vg.* has not been
 included in *Nov. Test.*

749–751 *Magnificans* ... magnificabant *Nov.*
Test.: “glorificans ... glorificabant”.

752 noua ... incredibilia These translations do
 not occur in *Vg.* in the translation of *NT.*
Nov. Test.: “Vidimus incredibilia hodie”.

753 *Leuis Lc.* 5, 27: Λεύϊν (Λευεῖν under the
 influence of iotacism). Cf. Valla, *Annot.*,
 Garin, 1, p. 832, col. 2.

754 Δοχῆν ‘reception’, ‘entertainment’ (Lid-
 dell-Scott).

756 *Athenaeus Dipnosophistae*, V, 210 e, and
 VIII, 348 f.

760–761 *Non potestis* ... commonstrauimus *V.*
 supra, pp. 182 and 366, ll. 729 sqq. and 387

Quaquam haud male mutauit interpres.
 Haec annotiuncula operarum in curia huc
 erat translata, cum pertineat ad caput
 nonum. Nomine *A*.

760 filios *B–E*: filii *A*.

777 Nazianzenum *C–E*: Nazanzenum *B*.

sqq., ad *Mt.* 9, 15, and *Mc.* 2, 19. *Nov. Test.*:
 “thalami”.

762–763 *Commisuram* ... immittit Cf. supra,
 p. 182, l. 733 sq., ad *Mt.* 9, 16. *Nov. Test.*:
 “Nemo immisuram noui vestimenti immit-
 tit”.

764 *Graece est χρηστότερον NT*: χρηστός.

769 Δευτεροπρωτω Included in the text in
Nov. Test., the *Aldina* and the *Complut.* and
 by Tischendorf, mentioned in app. crit. by
 Westcott-Hort, Merk and Nestle²⁶. Both *Vg.*
 and *Nov. Test.* read: “sabbato secundoprimum”.

769–775 *Ambrosius* ... *Adam Expos. Lc.* V, 31,
CCSL 14, p. 146 sq.

775 *Beda In Lc. expos.* II, 6, 1, *CCSL* 120, p. 126
 sqq.

776 *Hieronymus Epist. 52 ad Nepotianum pres-
 byterum*, 8, *CSEL* 54, p. 429: “praeceptor
 quondam meus Gregorius Nazanzenus roga-
 tus a me, vt exponeret, quid sibi vellet in
 Luca sabbatum δευτερόπρωτον, id est ‘secun-
 doprimum’, eleganter lusit: ‘docebo te’
 inquires ‘super hac re in ecclesia, in qua
 omni mihi populo adclamante cogaris inui-
 tus scire quod nescis, aut certe, si solus
 tacueris, solus ab omnibus stultitiae condem-
 naberis’”.

780 *velis nolis* Cf. supra, p. 101, n.ll. 800–801.

- nobis assentiri'. Lyranus salebram hanc fortiter transilit. Hugo Carrensis addit secundoprimum sabbatum dici quod a praecedenti proximum sit. Atqui iuxta hanc rationem omnia sabbata δευτερόπρωτα erunt, excepto eo quod fuit omnium primum. Admonet idem nimirum homo diligens 'secundo primo' duas esse dictiones, ne quis vel imprudens bene posset errare; vt quemadmodum apud Graecos e duabus vnica composita est dictio, itidem apud Latinos vnam faceret et ita diceret *secundoprimo*, quemadmodum Plautus dixit: *tragicocomoediam* et nos dicimus: 'Gallograeciam'. Equidem super hac re nihil adhuc apud autores comperi quod satisfiat. Caeterum quod Theophylactus Graecus interpres, etiamsi recentior, in hunc prodidit locum, hic asscribam, et quidem ipsius verbis: Οἱ Ἰουδαῖοι πᾶσαν ἑορτὴν σάββατον ὠνόμαζον· ἀνάπαυσις γὰρ τὸ σάββατον· πολλάκις οὖν ἀπὴντα ἡ ἑορτὴ ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ ἐκάλουν τὴν παρασκευὴν σάββατον, δια τὴν ἑορτὴν, εἶτα τὸ κυρίως σάββατον ὠνόμαζον δευτερόπρωτον, ὡς δεύτερον ὄν προηγησαμένης ἄλλης ἑορτῆς, καὶ σαββάτου. Quae quidem vt non grauatus sum ascribere in eorum gratiam qui diffidunt, ita non pigebit interpretari Latine propter eos qui Graece nesciunt: 'Iudaei', inquit, 'omne festum sabbatum vocabant. Nam sabbatum requiem sonat. Saepenumero igitur incidebat festum in parasceuen, et vocabant parasceuen sabbatum propter festum. Itaque quod proprie sabbatum erat, nominabant secundoprimum, quod secundum esset ab altero festo et sabbato quod praecesserat'. Hactenus Theophylactus. [B] Chrysostomus homilia in Matthaem quadragesima indicat hoc esse sabbatum cuius meminit ille capite duodecimo, addens secundoprimum vocari, quando quies atque ocium duplex erat, tam sabbati Domini quam solennitatis alterius succedentis. Miserabile vero dictu quam hoc loco sese torqueat Petrus Comestor explicare conans quid sit primosecundum, vertens sese in omnia ac ne sic quidem elabens. Nec multo minus Carrensis. [D] Simplicius erat dicere: 'nescio'. Nec libet excutere quid hic diuinet Isidorus aut alius huic similis. Haec rectius explicaret Iudaeus, si quid tamen illi possunt adferre quod ad rem pertineat. [B] Nuper quidam monachus et idem theologiae professor in conuiuio rogatus ab erudito quopiam, sed tamen aliud studiorum genus professo, quid sibi vellet apud Lucam sabbatum secundoprimum, negauit quicquam tale reperiri vsquam in Euangeliis, quae alioqui probe teneret. Cumque alter asseueraret apud Lucam esse, ibi prouocat vir fortissimus ad certaminis periculum: 'Hanc', inquit, 'cappam meam depono, si quid tale scripsit vsquam Lucas'.
- 815 [9] [A] Interrogo vos. Ἐπερωτήσω, id est 'interrogabo'. Si licet sabbatis. Τί ἔξεστι, id est: 'quid liceat' siue 'vtrum liceat', quandoquidem de duobus interrogat. [B] Interpres pro τί legisse videtur εἶ.
- [10] [A] Restituta est manus eius. Exemplar Graecum addit ὑγιής ὡς ἡ ἄλλη, id est 'sana quemadmodum altera'. [B] Verum haud scio an aliunde huc ascriptum.
- 820 [11] [D] Repleti [E] sunt [A] insipientia. Ἀνοίας, id est 'dementia'.
- [14] Simonem, quem cognominauit. Ὁν καὶ ὠνόμασε Πέτρον, id est: 'quem et nominauit Petrum' [B] siue 'quem eundem' [A], vt binominem intelligas, quanquam alias cognomen appellat.

825 [15] Iacobum Alphaei. Subaudi 'filium', quanquam interpres addere debuit quod in articulo Graeco subauditur.

[17] Et maritima et Tyro. Καὶ τῆς παραλίου Τύρου, id est 'et maritima Tyro' citra coniunctionem. [B] Siquidem olim Tyrus insula fuit, post facta peninsula per Alexandrum magnum regulariter insanientem. [D] Potest tamen accipi
830 *maritima* substantiue, vt subaudias 'regione', quemadmodum ante dixit: *montanam Iudaeae*. In Constantiensi codice rasura mutarat locum, videbatur fuisse scriptum 'maritimis et Tyri et Sidonis'; nam vtraque ciuitas emporium est ad litus maris. [A] Et Sidonis. Mirum cur hic reliquerit Graecum genitiuum, nisi, [D] vt dixi, [A] putauit vtrunque relinquendum fuisse, vt subaudias 'regione', ad
835 hunc modum: 'a maritima parte Tyri et Sydonis', hoc est 'ab extrema parte qua spectat ad mare' aut 'a maritima parte Iudaeae, nempe Tyro et Sidone'.

789 Theophylactus C–E: Vulgarius A B.

790 et quidem B–E: Equidem A.

796 omne E: quoduis A, totum B–D.

797–798 parasceuen B–E: parasceue A.

800 Theophylactus C–E: Vulgarius A B.

812–813 prouocat vir fortissimus E: prouocat

fortissimus theologus B–D.

836–837 mare ... Beati B–E: mare. Quanquam haud scio quo casu factum sit, vt in hac aeditione prima secus sit expressum formulis. Beati A.

781 *Lyranus Postilla*, ad locum, does not devote a word to it.

781 *Hugo Carrensis* Hugo de Sancto Caro, *Postilla*, ad locum: "Factum est in sabbato secundoprimum: id est 'in sabbato euangelico', quod est secundum et primum. Primum, quia ante legale sabbatum a patribus obseruatum. Secundum, quia post legale a christianis quasi nouiter obseruatum, et in euangelio quasi nouiter institutum. Statutum enim erat et praeceptum sabbatum euangelicum: quod est cessare a vitiis, sed naturaliter tantum. Vnde antiqui ductu naturalis rationis hoc obseruabant: postea vero statutum erat et praeceptum die saluatoris in euangelio: et ita saluatoris sabbatum pectoris potest dici primoprimum, in quantum est naturale, et secundoprimum, in quantum est euangelicum; et sic est vna dictio composita ex obliquo et recto".

787 *Plautus Amph.* 59 and 63: "tragicomedia"; in the MSS. "tragicomedia" (*OLD*).

788 *Gallograeciam* Graesse-Benedict-Plechl, *Orbis Latinus* (Braunschweig, 1972), 2, p. 121, s.v. "Galatia (regio)": "Gallograccia, Graeca (regio), Graecana regio".

789–794 *Theophylactus* ... σαββάτου *Enarr. in Lc.* 6, 1–5, Migne *PG* 123, 768 D.

800–803 *Chrysostomus* ... *succedentis* *Hom. in Mt.* 39 (40), 1, Migne *PG* 57, 433. Trapezuntius, 355 D – 356 A: "Quid igitur est, in sabbato secundo, primo? Quando festum duplex erat, tam sabbati Domini quam

solennitatis alterius succedentis. Sabbatum enim quietem atque otium appellabant".

804 *Petrus Comestor Hist. schol., In Ev.* 68, Migne *PL* 198, 1572 B–D.

806 *Carrensis* V. supra, n.l. 781.

807 *Isidorus* Does not write about it in the texts in which he discusses 'sabbatum', *Orig.* V, 30, 9 sq., and VI, 18, 17 sq., and *De ecclesiasticis officiis*, I, 25 and 31, Migne *PL* 83, 761 A–C and 766 BC.

808–809 *quidam monachus* ... *ab erudito quopiam* This is reminiscent of the situation in *Ep.* 1967, l. 146 sqq.; cf. supra, p. 469, n.l. 624–658.

815–816 *Interrogo* ... *liceat* *Nov. Test. A*: "Interrogabo vos quid liceat"; *B–E*: "Interrogabo vos vtrum licet".

819 *sana* ... *altera* *Nov. Test.*: "sana sicut altera".

823 *quem et nominauit Petrum* The reading of *Nov. Test.*

825–826 *Iacobum* ... *subauditur* *Nov. Test.* adds "filium". Cf. *Rat. ver. theol.*, Holborn, p. 267, l. 10 sq., and *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *LB IX* 156 A. Cf. supra, p. 187, n.l. 840–841, ad *Mt.* 10, 2.

827–828 *Et maritima* ... *Tyro* *Nov. Test. A*: "et maritima et Tyro"; *B–E*: "et maritima Tyro".

828–829 *olim Tyrus* ... *insanientem* Cf. among others Hier. *Comm. in Am.* I, 1, 9–10, *CCSL* 76, p. 225.

830–831 *montanam Iudaeae* *Lc.* I, 65; cf. supra, p. 463, n.l. 483–485, ad *Lc.* I, 39.

[20] Beati pauperes. Hic aperit coelestis ille doctor arcanam illam suam philosophiam, quam vt traderet suis, e coelo descenderat in terras; et hanc Christianorum vulgus libenter antiquari sinimus ac velut obsolescere, et alias nugas
840 agimus, cum haec in primis sint inculcanda animis omnium. Quod si fieret, non ita passim omnes pro rebus friuolis, pro pecuniola, pro vanissimis imperii titulis, pro quauis iniuriola digladiaremur. Haec demum sunt quae vere reddunt Christianos, non argutiae Scotistarum aut Occanistarum, [B] frigidaeue hominum constitutiunculae.

845 [22] [A] Exprobrauerint. Ὀνειδίσωσι, id est: ‘probris affecerint’.

LB 255 | [26] Vae cum benedixerint vobis omnes homines. [D] Aut, vt in vetustis legitur: ‘quum bene vobis dixerint’. [A] Secundum haec enim faciebant prophetis patres eorum. Graeci legunt non *prophetis*, sed ψευδοπροφήταις – id est ‘falso prophetis’ – consentientibus et Latinorum codicibus
850 emendatioribus [B] nonnullis, sed reclamante Paulino. In Corsendoncensi ‘pseudo’ ascriptum erat manu recentiore, [D] quemadmodum et in Constantiensi. [B] Vnde mihi suboritur suspicio vtriusque linguae exemplaria variasse. Et haud scio an germana lectio sit *prophetis*. Caeterum quoniam sententia prima specie videtur durior, opinor offensum eruditulum quempiam mutasse scriptu-
855 ram. Meo iudicio probe quadrat, vt hic quoque legamus *prophetis*; illic eiiciebant prophetas, quod vera loquerentur, hic ita faciebant prophetis, quod ab eis assentationem exigebant potius quam veritatem. Quod si cui magis placet diuersa lectio, non admodum repugnarem. [A] Superius enim totidem verbis de prophetis locutus est. At hic de adulatoribus prophetis. Illic *faciebant* significabat ‘affligebant’, hic *faciebant* significat ‘praebebant sese et demulcebantur illorum assentatione’. [B] Ex Ambrosio colligi non potest quid legerit. [D] Certe Beda legit et interpretatur *prophetis*, Irenaeus *pseudoprophetis*. [E] Theophylactus *prophetis* legit, sed in enarrando non attingit hanc dictionem.

[29] [D] Et qui te percusserit. Subito mutatus numerus facit ad inculcandum praeceptum quod vnusquisque sic audire debeat, quasi sibi vni dicatur. Ac paulo post redit ad numerum multitudinis et *pro vt vultis vt faciant*. [A] Aufert tibi vestimentum. Ἰμάτιον, id est ‘pallium’, hoc est ‘summam vestem’. Nam tunica infra pallium est. Vnde Plautinum illud: *tunica pallio propior est*.

870 [33] Et si benefeceritis iis qui vos diligunt. Καὶ ἐὰν ἀγαθοποιῆτε τοὺς ἀγαθοποιούοντας, id est: ‘et si benefeceritis beneficientibus’; consentiunt et Latinorum vetusti codices. [C] Interpres legisse videtur τοὺς ἀγαπῶντας. [A] Siquidem et peccatores hoc faciunt. Τὸ αὐτὸ ποιοῦσιν, id est: ‘idem faciunt’.

875 [34] Peccatores peccatoribus foenerantur. Δανείζουσιν, id est: ‘mutuum dant’. Nam est idem verbum quod superius ita transtulit. Caeterum interpres intelligens foenerari vitio datum non ausus est vti eo verbo, de probis verba faciens. Illic igitur dixit: ‘mutuum dare’, hic: ‘foenerare’, cum Graecis vtro-
bique idem sit verbum, quod tamen illis anceps est. Nam et qui citra vsuram dat

- 880 mutuuum, δανείζει et qui ad vsuram dat, δανείζει. Verum hic perpetuo vertendum erat ‘dare mutuuum’. Agit enim non de quaestu foeneratorum, sed de mutuis officiis amicorum inter ipsos. At inter impios quoque reperias qui amico credat pecuniam mutuam. Idem si faciunt discipuli Christi, nihil magni faciunt. Exte-
 LB 256 nuat enim | Christus vulgaria officia, vt pote communia cum ethnicis ac malis, vt
 885 ad illa prouocet quae peculiariora sunt Christianorum, vt sit in quo caeteros antecellant. Verum eo redierunt mores, vt si titulum, si ceremonias subduxeris, hac nota vix possis Christianum ab ethnico dignoscere. De vulgo Christianorum loquor, non de omnibus.
- [35] Verum tamen. Πλήν, id est ‘imo’. [B] Nihil inde sperantes.
 890 Μηδὲν ἀπελπίζοντες. Graecis composita dictio est, ἀπελπίζειν, ‘ex re quapiam sperare’. Sentit enim, opinor, de foenore quod ex mutuo redit. [D] Nam in hunc
- 846 Vae cum E: Vae vobis cum A–D.
 864–866 Et qui ... faciant *inter* 869 est et 870
 Et si *posuit* D.
- 889 Verum tamen ... imo B–E: Vulgarius.
 Veruntamen ... imo *inter* 914 interpretatur et
 918 *Trabem posuit* A.
- 837–844 *Beati ... constitutiunculae* Criticism from Lee of this note is apparent from *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX, 163 B–E*. Cf. Rummel, *Annotationes*, p. 142 sq.
- 837–838 *coelestis ... philosophiam* Cf. supra, p. 55, n.l. 22.
- 839 *antiquari* Non. 76, 20: “Antiquari: obsole fieri, et memoria tolli”.
- 843 *Scottistarum* Followers of Johannes Duns Scotus (* c. 1265 in Scotland, † 1308 in Cologne), usually Franciscans. *LThK*, s. vv. Duns Skotus, Franziskanerschule and Skotismus; cf. *Moria, ASD IV, 3, p. 150, n.l. 419*.
- 843 *Occanistarum* Followers of William Ockham, (* c. 1285 in Ockham in Surrey, † 1347 in Munich), Franciscan, theologian and philosopher; he concerned himself with, among other things, the relationship between church and state; cf. *Moria, ASD IV, 3, p. 150, n.l. 419*.
- 847–863 *Secundum ... dictionem* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 832, col. 2: “Graece non legitur ‘omnes’ nec ‘prophetis’, sed ‘pseudo-prophetis’, ψευδοπροφήταις. Causa autem est, vt opinor, cur scriptor deprauauerit codicem, quia paulo ante dicitur ‘secundum haec enim faciebant prophetis patres eorum’. Sed ob hoc ipsum minus debuit depruari scriptura, quia hoc facere ab altero plurimum dif fert atque adeo contrarium est”. Modern editions of *Vg.* read: “pseudoprophetis”, *Nov. Test. A*: “prophetis”; B–E: “pseudoprophe-
 tis”. Criticism by Lee is apparent from *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX, 163 EF*.
- 861 *Ambrosio* Ambr. *Expos. Lc. V, 71 sq., CCSL* 14, p. 159, quotes only *Lc. 6, 26^a* (“Vae ... homines”).
- 861 *Beda In Lc. expos. II, 6, 26, CCSL* 120, p. 142.
- 862 *Irenaeus Haer. III, 14, 3, SC* 211, p. 268.
- 862 *Theophylactus Enarr. in Lc. 6, 20–26, Migne PG* 123, 772 D: ψευδοπροφήταις.
- 866 paulo post *Lc. 6, 31*.
- 867–868 *vestmentum ... vestem Nov. Test.:* “pallium”.
- 868–869 *tunica ... propior est* Plaut. *Trin.* 1154: “tunica propior palliost”.
- 870–872 *Et si ... τοὺς ἀγαπῶντας* I did not find τοὺς ἀγαπῶντας (twice in *Lc. 6, 32*) as a variant reading for *Lc. 6, 33*. *Nov. Test.:* “Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt”.
- 873 *hoc faciunt* Also the reading of *Nov. Test. A–E*.
- 875–888 *Peccatores ... omnibus* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 832, col. 2 sq. *Nov. Test. A*: “fenerantur”; B–E: “dant mutuuum”.
- 876 *superius Lc. 6, 34* (and 35).
- 879–880 *Nam et qui ... δανείζει* V. Iustinianus, *Digesta*, 44, 7, 1, and Gaius, *Inst.* III, 90 sq. Cf. infra, pp. 522 and 540, ll. 7 sqq. and 497 sqq.
- 889 *Verum ... imo Nov. Test. A*: “Veruntamen”, B–E: “Quin immo”.

sensum interpretantur veteres. [A] Quia ipse benignus est. Χρηστός, quod saepenumero vertit *bonus*. Sonat autem commodum et humanum ac facilem ad gratificandum, id quod propemodum declarat et ‘benignus’, qua de re complus-

895

[37] [B] Dimittite et dimittetur vobis. Latinius erat ‘remittite et remittetur’. Credi vix possit quantas tragoedias excitarint apud indoctam plebeculam sycophantae quidam cuculla personati, quod in oratione dominica maluerim ‘Remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus’, quasi sit atrox contumelia facta Christo, si quis malit dicere: ‘remitte’ quam ‘dimitte’. Atqui diuus Augustinus libro quinquaginta homiliarum, homilia vigesimanona adducens hunc locum legit *Remittite, et remittetur*. [D] Quur non aequae clamant in illum?

900

[38] [A] Confertam et coagitatam. Πεπιεσμένον, quod sonat pressam. Id enim fit in aridis, quo plus capiat mensura. Et *coagitatam* est σεσαλευμένον, id est ‘concussam’. Nam et hoc pacto fit, vt plus capiat vas quo metimur. Gaudet enim Christus harum rerum collationibus vti quae sensibus omnium notissimae sunt. [C] Et supereffluentem. Ὑπερεκχυνόμενον. Satis expressit interpres Graecam vocem inde dictam, quod superne effundatur id quod mensura non capit.

905

[40] [A] Si sit sicut magister eius. Graeca secus habent, nempe ad hunc modum: κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, id est: ‘perfectus autem omnis erit sicut magister ipsius’. Non enim vetat Christus, ne sit perfectus discipulus, at non vult, vt discipulus vsurpet sibi quae praeceptor non vsurpauerit, ac praeire conetur; sed ita perfectus erit, si per omnia imitetur suum praeceptorem. Et in hanc sententiam legit et interpretatur Theophylactus. [D] Itaque citat Irenaeus circa finem operis sui. [B] Christus non vsurpauit opes et honores huius mundi; haec si affectet Christi vicarius, videtur plus quiddam vsurpare sibi quam vsurparit Christus.

910

915

[41] [A] Trabem [E] autem quae [A] in oculo tuo. Ἐν τῷ ἰδίῳ ὀφθαλμῷ, id est ‘in tuo ipsius oculo’ siue ‘in proprio oculo’.

LB 257

921

[48] Qui fodit in altum. Sensum recte vertit; caeterum Graece est ὅς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε, hoc est, vt ad verbum reddam, ‘fodit et profundauit’.

[49] Aedificanti domum suam. Οἰκοδομήσαντι, id est ‘qui aedificauit domum suam’, [D] praeteriti temporis. [A] Nec est

925

[48] Supra petram, quod Graeci dicunt ἄνω πέτρας, sed ἐπὶ πέτραν, id est ‘supra petram [D] siue ‘in petra’.

[A]

EX CAPITE SEPTIMO

[2] Centurionis autem. Ex hoc loco constat quem Matthaeus παῖδα vocat, non filium fuisse, sed famulum. Δοῦλος enim nihil aliud quam seruum aut famulum significat. Et quod hic vertit erat moriturus, [D] ἔμελλε τελευτᾶν, [A] vertere poterat ‘agebat animam’ aut ‘erat in periculo mortis’ aut certe ‘incipiebat mori’. Sic enim vertit aliquoties. Deinde qui erat illi preciosus noue dixit. ‘Charus’ enim tum ad rem tum ad hominem pertinet, *preciosus* non nisi ad

930

rem, nisi per metaphoram. Proinde ἐντιμος vertendum erat 'charus' aut 'in precio habitus'.

LB 258 [4] Solicite. Σπουδαίως, 'diligenter' siue, vt magis ad verbum, | 'studiose' ac
936 'sedulo'. Et quia coniunctio erat omittenda. Annotandum autem quam Iudaica commendatio, quam non sine causa recensuit Lucas: 'Amat' inquit, *gentem nostram et synagogam nostram ipse aedificauit nobis*. [B] Ad eundem modum et hodie quidam quaestui praetextentes pietatem adulantur diuitibus: 'Benigne largi-
940 tur fratribus, extruxit nobis monasterii partem, fauet ordini nostro, tantum legauit, fraudatis etiam liberis'. [C] Quasi quod illis datur, fortassis ad luxum, Deo detur, quod liberis aut cognatis egentibus relinquitur, Deo non detur. [D] Haec non eo spectant, vt damnem benignitatem in monachos praesertim pios, sed vt admoneam quosdam nihil aliud agentes quam vt captent diuites.

945 [9] Nec in Israel tantam fidem inueni. Ambrosius ostendit olim in Latinis codicibus hanc fuisse lectionem: *in nullo tantam fidem inueni in Israel*, quum iuxta Graecos legendum sit *nec in Israel tantam fidem inueni*.

914 Theophylactus C-E: Vulgarius A B.

927 Centurionis B-E: Centuriones A.

892-895 *Quia ... dicitur* Vg. translates χρηστός once as "melius" (Lc. 5, 39), once as "bonos" (1. Cor. 15, 33), like *Nov. Test.* Otherwise Vg. translates "suauē" in Mt. 11, 30 (*Nov. Test.*: "commodum"), "benignus" in Lc. 6, 35 (like *Nov. Test.*), "benignitas in Rom. 2, 4 (*Nov. Test.*: "bonitas"), "benigni" in Eph. 4, 32 (*Nov. Test.*: "comes") and "dulcis" in 1. Petr. 2, 3 (*Nov. Test.*: "benignus"). Vg. translates χρηστότης as "bonitas" in Rom. 2, 4, and 11, 22 (like *Nov. Test.*), "bonum" in Rom. 3, 12 (*Nov. Test.*: "bonitatem"), "suauitate" in 2. Cor. 6, 6 (*Nov. Test.*: "benignitate"), "benignitas" in Gal. 5, 22 (like *Nov. Test.*), "bonitate" in Eph. 2, 7 (*Nov. Test.*: "benignitate"), "benignitatem" in Col. 3, 12 (*Nov. Test.*: "comitatem") and "benignitas" in Tit. 3, 4 (*Nov. Test.*: "bonitas"). In *Annot. in NT*. Er. also writes about the translation of χρηστός ad Mt. 11, 30, Lc. 5, 39, Rom. 3, 12, 2. Cor. 6, 6, Gal. 5, 22, Eph. 2, 7, and 4, 32, and 1. Petr. 2, 3 (v. supra, pp. 204 sqq. and 512, ll. 303 sqq. and 764 sqq., and LB VI, 625 CD, 770 C, 824 EF, 838 D, 850 D and 1045 D).

896-900 *Dimittite ... dimitte* *Nov. Test. A*: "Dimittite et dimittimini"; B-E: "Remittite et remittetur vobis". Er. complains in Ep. 983, ll. 10-14, that he must fight "cum personatis Christianis"; he refers in this context to Dominicans, Carmelites and Franciscans. Cf. supra, p. 157 sq., l. 125 sqq., ad Mt. 6, 12.

897 *tragoedias* Cf. supra, p. 49, introd., §10. 900-901 *Augustinus Serm. de VT* 42, 1, *CCSL*

41, p. 504.

903-907 *Confertam ... supereffluentem* *Nov. Test. A*: "bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem"; B-E: "bonam et confertam, et concussam, atque exundantem".

909-917 *Si sit ... Christus* *Nov. Test. A*: "eius"; B-E: "ipsius". Cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei*, LB IX, 164 A.

914 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 6, 37-40, Migne PG 123, 776 A - 777 A.

915 *Irenaeus* The text in l. 910 sq. is derived from *Haer.* V, 31, 2, SC 153, p. 394.

918-919 *Trabem ... oculo* *Nov. Test. A*: "oculo tuo"; B-E: "oculo proprio".

924-925 *Supra ... petra* *Nov. Test.*: "super petram".

927 *Matthaeus* Mt. 8, 6, 8 and 13.

931-934 *qui ... habitus* *Nov. Test. A*: "preciosus"; B-E: "charus".

935-936 *Solicite ... sedulo* *Nov. Test. A*: "sollicitate"; B-E: "studiose". "Vt magis ad verbum" is a variant of "vt ad verbum reddam" and "vt magis ad verbum exprimam" cf. supra, p. 183, n.ll. 733-734).

936 *quia ... omittenda* Cf. supra, p. 110, n.ll. 41-43.

946-947 *in nullo ... inueni* This text, quoted in Ambr. *Expos. Lc.* V, 87, *CCSL* 14, p. 163, is a variant mentioned by A. Jülicher, *Itala, das Neue Testament in ablateinischer Überlieferung*, 3. *Lucas-Evangelium*, Berlin-New York, 1976², p. 73.

[11] [A] Discipuli eius. Graeci addunt *ἱκανοί*, id est ‘multi’.

[21] In ipsa autem hora. Ἐν αὐτῇ, ‘in eadem autem hora’; quanquam hoc loco tempus significat potius quam horam.

950

LB 259

[22] Pauperes euangelizantur. Demiror quid Laurentio acciderit, cum hoc loco mauult *euangelizant* quam *euangelizantur*. Quasi vero sensus sit pauperes praedicasse euangelium ac non potius accepisse euangelium. Etenim vt Graeci dicunt: ‘euangelizo te’ pro eo quod est ‘adfero tibi bonum nuncium’, ita dicunt: ‘ille euangelizatur’ pro eo quod est ‘accipit laetum nuncium’, vt et alias indicauimus. [D] Id quanquam ad apostolos pertinere potest, tamen hoc non erat argumentum venisse Messiam quod apostoli praedicarent euangelium, sed quod humiles et idiotae reciperentur ad euangelii gratiam. Dominus autem alludit ad prophetiam: *euangelizare pauperibus misit me*. Hoc indicio significat se esse Christum. [A] Porro *pauperes* vocat mites siue mansuetos Hebraeorum more, quibus *ἡσυχία* ab Hieronymo vertitur *pauper*, a Septuaginta ‘mansuetus’, quod fere diuinitas comitetur ferocia et ferocia indocilis sit.

955

960

[24] [E] Quid existis. In nonnullis vetustis codicibus hic locus alio pacto distinguitur: ‘Quid existis in desertum? Videre arundinem vento moueri? Sed quid existis? Videre prophetam?’ Eadem distinctio posset esse in Graecis, etiam si id nihil refert ad sententiam. [A] Vento agitatam. *Σαλευόμενον*, id est ‘quae agitur’ [B] siue ‘vacillantem’. [A] Est enim passiuum praesentis temporis. Proinde Ambrosius legit *arundinem vento moueri*, participio verso in verbum, vt temporis ratio conueniret. [C] Atque ita sane legitur in codice aureo, [D] in Constantiensi aliisque multis.

965

970

[25] [A] In veste preciosa. Ἐν δόξῳ, id est ‘gloriosa’ siue ‘splendida’. Nec enim est ἐντίμῳ siue πολυτελεῖ. Quod si Latine loqui voluisset, mutanda erat forma Graecanici sermonis. Nam illi τὸν ἐν πορφύρᾳ dicunt, hoc est ‘illum qui est in purpura’ pro ‘purpurato’ siue ‘purpuram induto’. Vertendum igitur erat ad hunc modum: ‘qui splendido vestitu vtuntur et in deliciis versantur, in regniis sunt’ siue ‘in regum palatiis sunt’. Est enim Graecis ἐν τοῖς βασιλείοις.

975

[26] Vtique, dico. *Ναί*, quod est affirmantis.

[30] Spreuerunt in semetipsos. Ἡθέτησαν εἰς ἑαυτούς, id est: ‘aspernati sunt aduersos seipsos’. Sentit enim illos recepisse in suum bonum, hos in suum malum reiecissee. [B] Ambrosius legit *in se*. Potest et εἰς accipi positum vice ἐν, atque ita fuerit sensus: ‘intra sese’ – hoc est ‘in animo suo’ –, cum non auderent palam damnare quod impense placeret populo.

980

LB 260

[32] [A] Et loquentibus ad inuicem. Καὶ προσφωνοῦσιν ἀλλήλοις, id est ‘acclamantibus inter sese’. De caeteris item quae sequuntur, diximus in Matthaео.

985

[33] Venit autem. Ἐλήλυθεν γάρ, id est ‘venit enim’ suffragantibus et anti-quis exemplaribus. Nec est

[34] Deuorator, sed ‘edax’, φάγος. Et bibens vinum. Οἰνοπότης, id est ‘vinipotor’ [B] seu ‘vinibibus’, [D] contumeliae vox.

[35] [A] Sapientia ab omnibus filiis suis. Apud Lucam additur *omnibus*, πάντων, vt intelligamus Christi doctrinam placuisse omnibus qui essent filii

990

sapientiae. Atque ita legit Ambrosius, nec legit modo, verumetiam interpretatur; atque itidem scriptum est in libris emendatioribus tum Graecis, tum etiam Latinis.

[37] Ecce mulier [E] quae erat [A] in ciuitate peccatrix. Καὶ ἰδοὺ γυνή ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἀμαρτωλός, id est: 'et ecce mulier in ciuitate quae erat peccatrix' siue 'quae fuerat peccatrix'.

[38] Lachrymis coepit rigare. Interpres omisit dictionem κλαίουσα, quae tamen haud scio an addita sit a studioso quopiam. Siquidem per se flere intelligitur et affatim flere, quae lachrymis rigarit pedes, καὶ στᾶσα παρὰ τοὺς πόδας

950 significat E: significet A–D.

961 עַיִן A E: עֵינַיִם B C, עֵינַיִם D, עֵינַיִם E.

962 ferocia et ferocia D E: ferocitas, et ferocitas A–C.

978 ἐαυτούς A–D: ἐαυτοὺς E.

985 Ἐλῆλυθεν B–E: ἤλθε A.

986–987 Nec est ... φάγος inter 988 vinipotor

et 994 Ecce mulier posuit A.

989–993 Sapientia ... Latinis inter 980 reicisse et 983 Et loquentibus posuit A.

989 Sapientia ... suis E: Sapientia a filiis suis A–D.

997–999 omisit dictionem ... καὶ στᾶσα B–E: omisit duas dictiones graecas, καὶ στᾶσα A.

948 *Discipuli ... multi Nov. Test.*: "discipuli eius multi".

949 *In ipsa ... hora Nov. Test. A*: "ipsa"; B–E: "eadem".

951 *Laurentio Valla, Annot.*, Garin, I, p. 833, col. 1: "Pauperes euangelizantur". Et si Graece est voce passiuua tamen pro actiuua; nam apud illos anceps est; potius acciperem, transferremque "euangelizant".

955 *alias Supra*, p. 197 sq., l. 129 sqq., ad Mt. 11,5.

959 *euangelizare ... misit me Lc.* 4, 18.

960–962 *Porro ... sit Er.* does not react here to criticism from Stun.; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun. ASD IX*, 2, p. 118, ll. 219–224.

961 *Hieronymo Comm. in Zch.* II, 9, 9–10, CCSL 76A, p. 829 sq. (v. supra, p. 279 sq., ll. 179–186); cf. *Epist.* 140, 3, CSEL 56, p. 271.

963–967 *Quid ... temporis Valla, Annot.*, Garin, I, p. 833, col. 1, read "arundinem vento moueri", but preferred "quae agitur". *Nov. Test. A*, like *Vg.*: "Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam?"; B–E: "Quid existis in desertum vt videretis? Arundinem vento agitari?"

968 *Ambrosius Expos. Lc.* V, 103, CCSL 14, p. 169.

971 *In veste ... splendida Nov. Test. A*: "in veste preciosa"; B–E: "vestitu splendido".

973 *illi ... dicunt* Probably an incorrect conclusion from Chrys. *Epist.* 125, Migne PG 52, 683: Τί δὲ ὠφέλησεν ἐκεῖνον ὁ πλοῦτος τὸν ἐν πορφύρᾳ καὶ βύσσῳ ἀναπαύμενον;

975–976 *in regis sunt* The translation in Valla,

Annot., Garin, I, p. 833, col. 1.

978–979 *Spreuerunt ... seipsos Nov. Test. A*: "spreuerunt in semetipsos"; B–E: "spreuerunt aduersus semetipsos".

980 *Ambrosius Expos. Lc.* VI, 1, CCSL 14, p. 175.

983–984 *Et loquentibus ... inter sese Nov. Test. A*: "et loquentibus ad inuicem"; B–E: "et acclamantibus inter se". With respect to "ad inuicem", v. supra, p. 480, l. 953 sqq. *Er.* refers to this verse in *Adag.* 1655: "Ne Iupiter quidem omnibus placet", *ASD II*, 4, p. 121 sq.

984 *Matthaeo V. supra*, p. 201 sq., l. 221 sqq., ad Mt. 11, 17.

985 *Venit ... enim Nov. Test.*, like modern editions of *Vg.*: "Venit enim".

987–988 *Deuorator ... vinipotor Nov. Test. A*: "homo deuorator, et bibens vinum"; B–E: "homo edax, et vinipotor".

989–990 *omnibus* Is omitted in *Nov. Test.*

991 *Ambrosius Expos. Lc.* VI, 6, CCSL 14, p. 176.

994–996 *Ecce ... peccatrix Nov. Test.*: "mulier quae fuerat (A: "erat") in ciuitate peccatrix".

997–1 *Lachrymis ... etc.* Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 833, col. 1, offers the text of l. 999 sq., καὶ στᾶσα ... βρέχειν, followed by τοὺς δάκρυσι, and translates "Et stans iuxta pedes eius retro flens coepit rigare pedes eius lachrymis", *Nov. Test.* offers the same text as Valla and the translation "stansque ad pedes (A: "et stans secus pedes") eius a tergo flens lachrymis coepit rigare pedes eius".

1000 αὐτοῦ ὀπίσω κλαίουσα ἤρξατο βρέχειν, id est: ‘et stans iuxta pedes illius a tergo flens coepit rigare lachrymis’ etc. Caeterum conicere licet triclinium more veterum in aedito fuisse, vt stans attigerit pedes, a tergo lectis patentibus in quibus discumbebatur.

[39] Quae et qualis. Rursum est ποταπή, quod alibi Laurentius verti voluit in ‘quanta’; quod hic certe non poterat, [D] nisi dixisset: ‘quanta peccatrix’; certe vox admirationem habet.

[41] [A] Cuidam foeneratori. Δανειστῆ, quod non solum foeneratorem sonat, verumetiam creditorem, nomen verbale a verbo δανείζω, de quo supra diximus. Hoc sane loco magis quadrabat ‘creditori’, quandoquidem de officio loquitur. Alioqui quis vnquam audiuit foeneratorem condonasse cuiquam aes alienum? Vnus debebat denarios. Vnus et ‘alter’ dicendum erat, non *alius*, aut ‘alter’ et ‘alter’, si Latine loqui studisset.

[42] Donauit vtrisque. Ἐχαρίσατο; melius hic erat ‘condonauit’. Quis ergo plus diligit. Graeci habent Τίς οὖν αὐτῶν, εἰπέ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει; 15 ‘Horum igitur, dic, vter eum plus diligit?’

[43] Aestimo. Ὑπολαμβάνω, id est ‘opinor’ siue ‘existimo’.

LB 261 | [44] Pedes meos. Ἐπὶ τοὺς πόδας μου, id est ‘in pedes meos’.

[45] Non cessauit osculari. Οὐ διέλειπε καταφιλοῦσα. Belle participium mutauit in verbum infinitum. Est enim Graece ‘non defecit deosculans’.

20 [47] Cui autem minus dimittitur. Ὀλίγον est Graece, id est ‘parum’ siue ‘paulum’, non *minus*.

[49] Intra se. Graecus sermo anceps est. Accipi potest ‘intra sese’, vt cogitarint duntaxat, aut ‘inter sese’, vt collocuti sint.

EX CAPITE OCTAVO

25 [1] Per ciuitates et castella. Vetusti codices habent ‘per ciuitatem et castellum’, numero singulari, nimirum Graecis ad verbum redditis, κατὰ πόλιν καὶ κώμην. Verum id perinde valet Graece ac si dicas: ‘oppidatim et castellatim’, id est ‘per singulas ciuitates et castella’. Vnde interpres non omnino perperam mutauit numerum.

30 [4] De ciuitatibus. Καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων, id est: ‘eorum qui oppidatim accedebant’, hoc est ‘e singulis ciuitatibus’.

[7] Inter spinas. Ἐν μέσῳ ἀκανθῶν, id est ‘in medio spinarum’. [B] Quamquam et hoc recte mutauit interpres. [A] Et exortae spinae. Καὶ συμφυεῖσαι αἱ ἀκανθαί, id est ‘simul enatae spinae’, hoc est ‘vna cum herba segetis’.

35 [13] Nam qui supra petram. Οἱ δὲ ἐπὶ τῆς πέτρας, οἱ ὅταν ἀκούσωσι, id est: ‘qui vero in petra, qui cum audierint’, vt subaudias ‘seminati sunt’ aut ‘semen acceperunt’. Quia ad tempus credunt. Οἱ ‘qui’ est, non *quia*, ὅτι, suffragantibus etiam vetustis exemplaribus.

40 [14] [B] Euntes suffocantur. Pro *euntes* Graece est πορευόμενοι. Apparet hoc participium non vsurpatum, vt sit deponens, sed vt sit passiuum a πορεύω;

quod vt constat significare ‘ago’ siue ‘duco’, ita haud scio an idem significet
 LB 262 ‘copiam adfero’. Id enim est πο|ρεῖν et πορίζειν, vt ordinemus ad hunc modum:
 συμπνίγονται πορευόμενοι ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν, id est: ‘suffo-
 cantur, dum obruuntur a curis ac diuitiis et voluptatibus’. Verum hoc lectoris
 45 eruditi iudicio relinquo. [D] Nam intelligi potest progressu temporis accrescente
 diuitiarum copia. Quid, si πορευόμενοι dictum est pro ἐμπορευόμενοι, vt ad nego-
 ciatores pertineat. [A] Non referunt fructum. Τελεσφοροῦσιν. Vnicam dicit-
 tionem Graecam duabus reddidit. Sonat autem Graeca vox non solum fructum,
 sed fructum perfectum et absolutum [E] suo tempore. [A] Herbescunt enim et
 50 illa semina, caeterum non edunt fructum quem exspectat agricola. [E] ‘Telos’
 Graecis vt significat finem, ita etiam significat vectigal siue emolumentum quod
 ex re quacunq̄ capitur. Hoc sensit Euripides, quum dixit τῶν ἀχαλίνων
 στομάτων τὸ τέλος εἶναι δυστυχίαν. Ex arbore mala malus fructus prouenit. Idem
 Graecis sonat φόρος, ab adferendo, sicut τέλος a fine, quod fructus suo tandem
 55 tempore proueniunt. Hinc composita vox τελεσφορέω.

[15] [A] Bono et optimo. Ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ, id est ‘in corde
 honesto et bono’; vtrunq̄ positium est. [B] Sed conduplicatio facit ad epita-
 sin, quasi dicas: ‘egregie bono’. [C] Hoc loco in quibusdam libris comperi as-
 scriptum ὁ ἔχων ὧτα ἀκούειν ἀκουέτω. [A] Et

60 [16] Subtus lectum. Valla recte mutat *subtus* aduerbium in ‘subter’ prae-
 positionem.

13 hic *A D E*: sic *B C*.

17 Pedes meos *E*: Pedibus meis *A–D*.

18 osculari. *O* *E*: osculari eum. *o* *A–D*.

31 hoc est ‘e singulis *D E*’: hoc est, de singulis

A, hoc est, singulis *B C*.

35 ὅταν ἀκούσωσι *A*: ὅταν ἂν ἀκούσωσι *B–E*.

46 ἐμπορευόμενοι *D*: ἐνπορευόμενοι *E*.

4 *Laurentius V.* supra, p. 418, l. 747 sqq., ad
Mc. 13, 1.

7–9 *foeneratori ... creditori Nov. Test. A*: fenera-
 tori“, *B–E*: “creditori”. Cf. supra, p. 516 sq.,
 l. 875 sqq.

11 *Vnus ... alius* The reading of *Vg.* and *Nov. Test. A*;
Nov. Test. B–E: “vnus ... et alter”.

13 *Donauit ... condonauit Nov. Test. A*:
 “donauit”; *B–E*: “condonauit”.

14 Τίς οὖν ... ἀγαπήσει The reading of Theo-
 phyl. *Enarr. in Lc.* 7, 36–43, Migne *PG* 123,
 792 C.

15 *Horum ... diligit* The text of *Nov. Test.*

16 *existimo* The reading of *Nov. Test.*

17 *Pedes ... meos* Er. confuses “pedibus meis”
 with “rigauit pedes meos”; both occur in *Vg.*
 and in *Nov. Test.*

18–19 *Non ... deosculans Nov. Test.*: “non ces-
 sauit deosculari”.

22 *Intra se Nov. Test. A*: “inter se”; *B–E*, as also
Vg.: “intra se”.

31 *e singulis ciuitatibus* The reading of *Nov. Test.*

32–34 *Inter ... segetis Nov. Test.*: “inter spinas,

et simul enatae (*A*: “exortae”) spinae”.

35–37 *Nam qui ... acceperunt Nov. Test.*: “Nam
 qui supra petram, (“ii sunt” *add. B–E*) qui
 cum audierint, cum gaudio suscipiunt ver-
 bum” (*B–E*: “sermonem”).

37 *Quia ... qui Nov. Test.*: “qui”.

52 *Euripides Bacch.* 387–89: ἀχαλίνων στομάτων
 / ἀνόμου τ’ ἀφροσύνας / τὸ τέλος δυστυχία.

53 *Ex arbore ... prouenit* Cf. *Mt.* 7, 18.

56–57 *in corde honesto et bono* The reading of
Nov. Test.

57–58 *conduplicatio* and *epitasin V.* supra, pp.
 45 sq. and 244, introd., §9, and l. 314 sq.

60 *Valla Annot.*, Garin, I, p. 833, col. I: “Subter
 lectum dicendum erat; quasi subtus aduer-
 bium est”. *Nov. Test.*: “subter”.

60–66 *Quod ... venturum Nov. Test.*: “Non est
 enim occultum, quod non manifestetur, nec
 absconditum quod non cognoscatur et in
 propatulo veniat” (*B–E*: “manifestum sit ...
 futurum sit cognoscendum et in propatulum
 venturum”).

[17] Quod non manifestetur. Graecis vtrunque verbum futuri temporis est, φανερόν γενήσεται καὶ γνωσθήσεται. Proinde mutato duntaxat verbi modo sic commode reddidisset: ‘Nihil occultum quod non futurum [B] sit [A] manifestum, et nihil absconditum quod non sit cognoscendum et in propatulum venturum’. | In palam. Εἰς φανερόν, id est ‘in apertum’ aut ‘in propatulum’. Nec Latine locutus est interpres nec Graeca reddidit verba.

65
LB 263

[18] Videte igitur quid audiatis. Πῶς ἀκούετε, id est: ‘quomodo audiat’is’. Qui enim habet. Ὅς γὰρ ἐὰν ἔχη, id est ‘quicumque enim habet’ siue ‘habuerit’. Quod putat se habere. Ὁ δοκεῖ ἔχειν, id est ‘quod videtur habere’. [B] Licet Graecus sermo ancipitem habeat sensum: ‘videtur habere sibi’ et ‘videtur aliis’.

70

[19] [A] Et non poterant audire. ‘Adire’ legendum est suffragantibus vetustis codicibus. Nam Graecce est οὐκ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῶ, id est: ‘et non poterant conuenire eum’. Verum id non accidit interpretis culpa, sed librariorum.

75

[22] In nauiculam. Εἰς πλοῖον, [B] id est [A] ‘in nauim’, vt hunc praeter diminuta nihil delectat. Transfretemus trans stagnum. Διέλθωμεν εἰς τὸ πέραν τῆς λίμνης, id est: ‘transeamus in vltiora stagni’. Deinde et ascendentur. Ἀνήχθησαν potius est ‘soluerunt’, hoc est ‘discesserunt a litore subducti’. [C] Non iam excutio an apte dicatur transfretari stagnum, cum fretum sit rapidum, stagnum a stando nomen habeat, quemadmodum et λίμνην Graeci dictam putant ἀπὸ τοῦ λίαν μένειν; quanquam Homero et Oceanus dicitur λίμνη, vt in Iliade:

80

Ἡέλιος δ’ ἀνόρουσε λιπῶν περικαλλέα λίμνην.

85

Et hic lacus Tyberiadis alicubi *mare* dicitur euangelistis. Siquidem hunc esse lacum indicat Hieronymus in locis Hebraicis: *Gergessa*, inquit, *vbi qui a daemionibus vexabantur, Saluator restituit sanitati; et hodieque super montem viculus demonstratur iuxta stagnum Tyberiadis, in quod porci praecipitati sunt.*

[23] [A] Compellebantur. Hoc scio deprauatum a librariis; tamen quia tam prope accedit ad veram lectionem, ne inualescat error, admonendum duxi ‘complebantur’ esse legendum concordantibus et vetustissimis exemplaribus Latinis, [C] nominatim au|reo, [A] συνεπληροῦντο. Latinus quidam codex addit ‘fluctibus’.

LB 264

90

[24] Praeceptor. [B] Graece est [A] ἐπιστάτα, ἐπιστάτα, id est ‘praeceptor, praceptor’, vt intelligas et Iesum altum dormisse somnum et discipulos instanter in clamasse. At ille surgens. Ὁ δὲ ἐγερθεῖς, id est ‘at ille expectectus’.

95

[26] Gerasenorum. Τῶν Γαδαρηνῶν, id est ‘Gadarenorum’, de quo iam ante non semel disseruimus.

[27] Vir quidam. Graeci addunt ἐκ τῆς πόλεως, id est ‘e ciuitate’, quod tamen nusquam additum reperio apud Latinos; nec ex Ambrosianis commentariis coniiicere licuit illum ita legisse. Apud Theophylactum Graecum reperio. Quanquam magis vertendum erat ‘ex ea ciuitate’, vt accipias daemonicum prodisse e ciuitate Gadara.

100

[29] Arripiebat illum. Συνηρπάκει αὐτόν, id est: ‘corripuerat illum’. Nec
 105 est et compedibus custoditus. Καὶ πέδαις φυλασσόμενος, καὶ διαρρήσσω
 τὰ δεσμὰ ἡλαύνετο, id est: ‘et compedibus seruabatur ac disruptens vincula age-
 batur’ etc. Quod tamen mollius verti potuit ad hunc modum: ‘cumque compe-
 dibus seruaretur, tamen disruptens vincula ferebatur a spiritu in loca deserta’.
 In deserto. Εἰς τὰς ἐρήμους, id est, ‘in deserta’, vt subaudiamus ‘loca’. Atque
 110 ita legitur in codicibus Latinorum emendatioribus.

66–67 In palam ... verba *inter* 60–61 prae-
 positionem *et* 62 Quod *posuit* A.

76–77 In nauiculam ... delectat *inter* 79 sub-
 ducti *et* 89 Compellebantur *posuit* A.

87 sanitati; et hodieque C–E: sanitati,

hodieque E.

99 quidam B–E: quidem A.

101 Theophylactum C–E: Vulgarium A B.

105 custoditus. Καὶ E: custoditus. sed καὶ A–D.

66–67 In palam ... verba Cf. Valla, *Annot.*,
 Garin, 1, p. 833, col. 1, and *Annot. in Ioh.* 7,
 4, LB VI, 368 F.

68–72 Videte ... aliis *Nov. Test.*: “Videte ergo
 quomodo audiatis. Quisquis enim habet
 quod putat se habere”.

73 Adire As in modern editions of Vg.

76 nauiculam ... nauim *Nov. Test.* A: “nauicu-
 lam”; B–E: “nauim”.

77 diminuta “deminutum” (Quint. *Inst.* I, 5,
 46), later “deminutium”, ‘diminutive’
 (Lewis-Short).

77–79 *Transfretemus* ... *subducti* *Nov. Test.* A:
 “Transfretemus trans stagnum. Et ascende-
 runt”; B–E: “Traiciamus in vltiore
 ripam stagni; ac soluerunt”.

81–84 *quemadmodum* ... λίμνην Derived from
Etyim. mag. 566, l. 13 sqq.: Λίμνη: Τὰ
 συνεστῶτα ὕδατα παρὰ τὸ λίαν καὶ διόλου
 μένειν διὸ καὶ ὁ Ὠκεανὸς ... λίμνη κέκληται.
 Ἡ ἑλίος δ’ ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην.
 Οὕτως εὖρον ἐν ὑπομνήμασι τῆς Ἰλιάδος.
 Ὑπομνήμασι τῆς Ἰλιάδος is a reference to
 Eust. *Comm. ad Hom. Il. pertinentes*, 919
 (Van der Valk, 3, p. 436), ad *Il.* XIII, 32:
 Λίμνη δὲ συνήθως παρὰ τῷ ποιητῇ ἢ θάλασσα
 διὰ τὸ μὴ ἀπορρέειν κατὰ ποταμούς, ἀλλὰ
 λίαν μένειν. In that case *Etyim. mag.* derived
 the explanation for λίμνη from the commen-
 tary to the *Il.* by Eust., but has added *Od.*
 III, 1 there as an example. Possibly because of
 this Er. assumed that it was a verse from the
Il. He did, in fact, own a copy of Eust., men-
 tioned in the “Versandliste” as *Interpretatio*
in Homerum graece cum Porphy. quaest. grae.
 (Husner, p. 139, N° 108). Cf. Suid., Adler, 3,
 p. 272: Λίμνη: ἢ θάλασσα παρ’ Ὀμήρω, καὶ ὁ
 Ὠκεανὸς, καὶ οἱ ποταμοὶ ὥστε γενικὸν ὄνομα
 ἐστὶ.

85 lacus ... euangelists *Ioh.* 21, 1: “mare Tiberia-
 dis”. In fact, all the evangelists always inter-
 pret “mare” to mean the lake of Galilaea or
 Tiberias.

86 *Hieronymus Sit. et nom. loc. Hebr.*; both
 Migne *PL* 23, 903 B, and P. de Lagarde, *Ono-
 mastica Sacra* (Göttingen, 1870), p. 130, read
 “et hodieque” (l. 87); *BAS* and *LB* omit “et”
 in imitation of the list of errata in *E*, in my
 opinion wrongly, because “hodieque” can
 have the same meaning as ‘hodie quoque’
 since the post-Augustan period. V. supra, p.
 69, n.l. 79.

89 *Compellebantur* A variant in Vg., along with
 “complebantur”, the reading of *Nov. Test.*

94–96 *Praeceptor* ... clamasse Cf. Valla, *Annot.*,

Garin, 1, p. 833, col. 1.

96 *surgens* ... *experrectus* *Nov. Test.* A: “sur-
 gens”; B–E: “experrectus”.

97–98 *Gerasenorum* ... *disseruimus* Cf. Valla,
Annot., Garin, 1, p. 833, col. 1. *Nov. Test.* A:
 “Gerasenorum”; B–E: “Gadarenorum”. Cf.
 supra, pp. 178 and 377, ll. 622 sqq. and 677
 sqq., ad *Mt.* 8, 28 and *Mc.* 5, 1, and infra, p.
 526, l. 116 sqq., ad *Lc.* 8, 37.

99–101 *Vir quidam* ... *legisse* Cf. Valla, *Annot.*,
 Garin, 1, p. 833, col. 1 sq. *Nov. Test.*: “vir qui-
 dam e ciuitate”. Ambr. does not offer a quote
 or a reference in *Expos. Lc.* VI, 44, *CCSL* 14,
 p. 189 sq.

101 *Theophylactum Enarr. in Lc.* 8, 26–33,
 Migne *PG* 123, 805 A.

104–108 *Arripiebat* ... *deserta* *Nov. Test.*: “corri-
 puerat (A: “arripiebat”) illum, et vinciebatur
 catenis, et compedibus custodiebatur (A:
 “custoditus”), et ruptis vinculis agebatur a
 daemonio in deserta”.

109 *In deserto* ... *loca* Cf. Valla, *Annot.*, Garin,
 1, p. 833, col. 2.

[31] In abyssum. Graeca vox est; Latine vorago dicitur.

[33] Praeceptus. Κατὰ τοῦ κρημονοῦ, id est 'per praeceptus' siue 'per praecipitium'. Et sic habent vetustissimi Latini codices.

[36] A legione. Ὁ δαιμονισθείς, id est 'a daemonio vexatus' siue [B] 'a demonibus agitatus'.

[37] [A] Multitudo regionis Gerasenorum. Ἄπαν τὸ πλῆθος τῆς περιχώρου τῶν Γαδαρηνῶν, id est 'vniuersa multitudo regionis vndique finitimae Gadarenis'. [B] Ambrosius aut legit 'Gerasenos' aut eosdem putauit Gerasenos et Gadarenos, cum paulo post ait: *Reliquerat in Gerasenis synagogam Christus* etc.

LB 265

121

| [38] Dimisit autem eum Iesus dicens. Quoniam interpret alicubi vsurpat *dimisit* pro 'siuit' siue 'permisit', sciat lector hic esse ἀπέλυσε, hoc est: 'non passus est esse secum, sed ablegauit a se'.

125

[42] Et haec moriebatur. Ἀπέθνησκειν. Poterat esse 'et mortua erat', vt intelligamus iam tum puellam expirasse, licet id nondum sciret pater, qui reliquerat agentem animam. Imo haud scio an hoc verbo secus liceat vti. Et contigit, dum iret. Etiam si ad sensum nihil omnino habet momenti, tamen in Graecis quos ego viderim, non additur καὶ ἐγένετο. [A] A turbis comprimebatur. Οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτόν, id est: 'turbae suffocabant eum', hoc est: 'constringebant [B] et arctabant', diuersum verbum ab eo quod mox vertit *com-*

130

primunt.

[43] [A] Quae in medicos erogauerat. Ἦτις εἰς ἰατροὺς προσαναλώσασα ὄλον τὸν βίον οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς θεραπευθῆναι, id est: 'quae cum insumpsisset in medicos totam substantiam, non potuit a quoquam sanari'. Et aliquanto post

135

[45] Turbae te comprimunt et affligunt. Συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσι. Malim 'coarctant te' siue 'distringunt te atque afflictant'.

[46] [B] Nam et ego noui. In Graecis tantum est 'nam ego noui', consentiente exemplari Paulino, sed dissentiente Corsendoncensi. Ambrosius consentit cum Paulino. [A] Virtutem de me exisse. Ἐξελοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ. Recte sane hoc loco interpret mutauit participium in verbum infinitum, quod tamen in Matthaeo et Marco non fecit.

140

[48] Vade in pace. Εἰς εἰρήνην, id est 'in pacem'; quae Graeca praepositio anceps est.

145

[49] Venit quidam ad principem synagogae. Ita quidem constanter habebant Latini codices, etiam vetusti. Ex Ambrosio non liquet quid legerit. Caeterum Graece est παρὰ τοῦ ἀρχισυναγωγῶν λέγων αὐτῷ, id est: 'a principe synagogae dicens ei'. Verum offensus aliquis absurditate quam prima fronte prae se fert sermo, mutauit 'a principe' in *ad principem*. Atqui erat subaudiendum 'domo', vt fieri solet in huiusmodi orationibus. Verum de hoc quoque superius dictum est copiosius in Marci caput quintum.

150

LB 266

| [54] Ipse autem. Hic addunt Graeci ἐκβαλὼν ἔξω πάντα, id est 'foras eiecit omnibus', id quod additur in caeteris euangelistis. Quamquam apud Ambrosium non reperio additum et haud scio an aliunde huc transcriptum sit. Arguta-

155 tur Valla non conuenire parentes solos obstupuisse, si turba aderat illa tota cuius ante facta est mentio. Praeterea, quorsum attinebat, [B] inquit, [A] interdicere, ne cui dicerent, si res tot testibus acta est? Ob haec necesse putat adici haec verba, quae sane in Graecis codicibus constanter adscripta visuntur, *eiectis omnibus*. [B] Mihi, vt dixi, videntur ex Marco ac Matthaeo addita, quorum vterque testatur turbam fuisse eiectam. Matthaeus capite nono narrat turbam eiectam, idem
160 dicens quod Marcus capite quinto, qui prodidit omnes fuisse eiectos praeter parentem vtrunque puellae ac discipulos quos secum habebat, nimirum tres, Iacobum, Petrum et Ioannem, quos paulo ante solos iusserat sequi. Neque erat causa cur hic adderetur ‘eiectis foras omnibus’, cum Lucas paulo ante testatus sit Iesum non passum esse quenquam ingredi eo vbi funus erat puellae, praeter
165 patrem et matrem ac treis modo dictos discipulos. Quos si eiectos intelligamus, quomodo dicuntur obstupuisse? Neque periculum erat, ne res celari non posset tam paucis testibus gesta. Nihil est igitur quod hoc loco cauillatur Laurentius. Vnus modo scrupulus restat. Si iuxta Lucam Iesus non est passus turbam ingredi, quomodo dicitur eiecta? Sed fieri potuit, vt in vestibulo aut in atrio constiterit
170 turba, funus autem in interioribus aedibus positum fuerit.

126 Etiamsi ad sensum *D E*: Etiamsi id ad sensum *B C*.

144–150 Venit quidam ad principem ... quintum. *D E*: Venit ad principem ... quintum.

112 *per praeceps* The reading of *Vg.* and *Nov. Test.*

114–115 *A legione ... agitatus Nov. Test.*: “is qui agitabatur a daemónio”.

116–119 *Multitudo ... etc. Nov. Test. A*: “multitudo Gazarenorum”; *B–E*: “multitudo Gadarorum”. Ambr. *Expos. Lc. VI*, 50 and 54, *CCSL* 14, p. 192 sq.: “Gerasenorum populis” and “Reliquerat ... Christus”.

123 *Et haec ... erat Nov. Test. A*: “et haec mortua erat”; *B–E*: “et haec moriebatur”.

125–130 *Et contigit ... comprimunt Nov. Test. A*: “Dum iret, a turbis comprimebatur”; *B–E*: “Verum inter eundum, turbae coarctabant eum”.

135–136 *Turbae ... affligant Nov. Test. A*: “turbae te premunt et affligunt”; *B–E*: “turbae te constringunt et affligunt”.

137–139 *Nam ... Paulino Nov. Test. A*: “Nam et ego noui”; *B–E*: “Nam ego noui”. Ambr. *Expos. Lc. VI*, 57, *CCSL* 14, p. 194: “nam ego cognoui” (variant reading: “nam et ego”).

141 *Matthaeo et Marco Mc. 5, 30*: “cognoscens virtutem, quae exierat de illo”; in *Mt. 9, 20* sqq. neither δύνανται ἐξελεθῆσαν nor δύνανται

B–D, Ad principem synagogae. παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου ... copiosius *inter* 118 Gadarinis et 127 *A turbis posuit A*.

ἐξελεθῆσαν occur.

142 *Vade ... pacem Cf. Valla, Annot., Garin, 1, p. 833, col. 2. Nov. Test. A*: “in pace”; *B–E*: “cum pace”.

144–149 *Venit ... orationibus Nov. Test.*: “Venit quidam a domo principis synagogae”. Ambr. *Expos. Lc. VI*, 59 sqq., *CCSL* 14, p. 195: “Venerunt” inquit ‘serui dicentes principi: noli vexare eum”.

149–150 *Verum ... quintum V. supra, p. 380, l. 740 sqq., ad Mc. 5, 35.*

151–157 *Ipsa ... omnibus Cf. Valla, Annot., Garin, 1, p. 833, col. 2, who also translated “eiectis foras omnibus”. Mc. 5, 39: ἐκβαλὼν πάντας (Mt. 9, 25: ὅτε δὲ ἐξεβλήθη ὁ ὄχλος). Nov. Test. adds ἐκβαλὼν ἐξω πάντας as well as the translation “eiectis foras (A: “foris”) omnibus”. Ambr. Expos. Lc. VI, 63, CCSL 14, p. 196 only offers a paraphrase.*

158 *Marco ac Matthaeo Mt. 9, 25* (“Et cum eiecta esset turba”), and *Mc. 5, 40* (“eiectis omnibus assumit patrem, et matrem puellae, et qui secum erant”).

167 *Laurentius Valla; v. supra, n.ll. 151–157.*

[55] Et reuersus est spiritus eius. Ἐπέστρεψε. ‘Conuersus’ potius quam *reuersus*, nisi forte interpres legit ἀνέστρεψε.

[A]

EX CAPITE NONO

[3] In via. Εἰς τὴν ὁδόν, id est ‘in viam’. Et tuleritis non est a verbo ‘fero’, sed a ‘tollo’: ‘ne quid tollatis in viam’ siue ‘ad iter’, hoc est: ‘ne quid deportetis’. Neque duas tunicas. Μήτε ἀνὰ δύο χιτῶνας, id est ‘neque binas tunicas’, id est ‘singuli duas’. Caeterum ἔχειν infinitum verbum positum est vice imperatiui more Graecanico. [D] ‘Tunicam’ autem dixit non pro quavis veste, sed pro specie vestis, vt intelligas alteram indui, alteram deportari in sarcina pro mutatoria.

LB 267 | [4] [A] Et inde ne exeatis. Graece secus est, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε, id est:
181 ‘et inde exite’. Sentit enim, vt vnis duntaxat aedibus vterentur: ne aliunde exirent relicturi ciuitatem quam quo ingressi fuissent aduenientes, ne cui parum stabiles viderentur. Ad eum modum non legit modo Theophylactus, verum etiam interpretatur. Verum hoc non interpretis culpa, sed librariorum vitio mutatum esse constat.

185

[5] In testimonium supra illos. Ἐπ’ αὐτούς. Quaeso, cur non potius ‘aduersus illos’ quam *supra illos*. Adeone studio fuit corrupte dicere?

[7] Et haesitabat. Διηπορεῖ. Quod vt significat haesitare, ita significat et perplexum esse atque ancipitis consilii et animi dubium. Metuebat enim, si is resurrexisset quem occiderat.

190

[10] Qui est Bethsaidae. Εἰς τόπον ἔρημον, πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά, id est ‘in locum solitarium ciuitatis quae dicitur Bethsaida. [D] In vetustis lego ‘qui est Bethsaidae’, vt intelligas desertum Bethsaidae vicinum.

[11] Qui cura indigebant. Θεραπειάς. Cur non potius ‘curatione’, cum de morbis loquatur, cum et Latinus sit et ad Graecam vocem exprimendam accommodatus?

195

[12] Villasque quae circa sunt. Εἰς τὰς κύκλω κώμας, id est ‘in circumiacentes vicos’ siue ‘oppidula’. Et rursus ‘agros’ vertit in *villas*, nec id sane male, [B] modo bene intelligatur. [A] Inueniant escas. Ἐπισιτισμόν, id est ‘commeatum’; ἐπισιτίζειν enim est ‘cibariis instruere’.

200

LB 268 | [14] Per conuiuia. Κλισίας ἀνὰ πεντήκοντα, [B] id est [A] ‘in singulo quoque accubitu quinquaginta’. Nam id intelligit interpres *per conuiuia*. Neque enim est hic συμπόσια, vt in Matthaeo, sed κλισίαι, quod sonat accubitus siue discubitus.

[15] [C] Et discubuerunt omnes. Καὶ κατέκλιναν ἅπαντας, id est: ‘discumbere fecerunt omnes’, quomodo legitur et in aureo codice. Interpres legisse videtur ἅπαντες, vt subaudias ἑαυτούς aut verbum transitiuum vsurpes pro neutro. Alioqui videtur bis idem dixisse: *et fecerunt sic et discumbere fecerunt omnes*.

[21] [A] At ille increpans illos. Antehac interpres pene perpetuo translulit ἐπιτιμεῖν ‘comminari’; quod si vsquam alias, hic certe faciendum erat. Cur enim increparet Christus discipulos ob hoc responsum ob quod tantopere collau-

210

215 datus est Petrus iuxta alios euangelistas? Proinde vertendum erat ‘interdixit eis’ siue ‘interminatus eis praecepit, ne cui dicerent’. [C] Dicens: Quia oportet Filium hominis. Aut omittenda erat interpreti coniunctio ὅτι aut vertendum erat ‘quod oporteret’ etc.

[23] [B] Tollat crucem suam cotidie. *Cotidie* nonnullis Graecis codicibus non addebatur, sed refragantibus vetustissimis Latinis.

[24] [A] Nam qui perdidit. Ὁς δ’ ἂν ἀπολέσῃ. ‘Quicumque vero perdidit’, nisi *nam* positum est loco ‘autem’.

220 [26] [C] Nam qui me erubuerit. An hic sermo sit Latinus, nescio; certe
 LB 269 apud Q. Curtium legimus *erubuit fateri* et *erubescunt fortitunae*. Nam apud exactius loquentes ‘erubescere’ ferme verbum est absolutum. Certe optarim esse Latinum quod posuit interpres, nec ipse talibus offenderer, nisi essent aures meis delicatiores. [D] Tolerabilius tamen hoc illo quod alibi notauimus: *Qui me confusus fuerit*.

172 ἀνέστρεψε C–E: ἀπέστρεψε B.

182–184 aduenientes ... non interpretis D E: aduenientes, id quod non interpretis A, aduenientes, ne ... 183 modo Vulgarius, verum ... non interpretis B.

192 Bethsaidae E: Bethsaida A–D.

199 Inueniant E: Inueniunt A–D.

201 Κλισίας A–D: κλησίας E.

218 qui perdidit B–E: qui perdidit A.

220–225 Nam ... fuerit E: Nam ... 224 delicatiores *inter* 215 etc. et 216 Tollat *posuit* C, Nam ... 225 fuerit *inter* 215 etc. et 216 Tollat *posuit* D.

172 *reuersus* The reading of both Vg. and Nov. Test.

174–181 *In via ... exite* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 833, col. 2. *Nov. Test.*: “tuleritis in viam ... neque binas tunicas ... et inde (B–E: “atque illinc”) exeatis”.

183 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 9, 1–6, Migne PG 123, 813 B–D.

186–187 *In testimonium ... dicere* *Nov. Test.*: “super illos”, B–E: “aduersus illos”. Cf. *Resp. ad annot. Ed. Lei*, LB IX, 165 A–C.

191–193 *Qui ... Bethsaidae vicinum* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 833, col. 2. *Nov. Test.*: “locum desertum ciuitatis, quae vocatur Bethsaida”; “Bethsaidae” is a variant reading in Vg.

194 *cura ... curatione* *Nov. Test. A*: “cura”; B–E: “curatione”.

201–204 *Per ... discubitus* *Nov. Test. A*: “discumbere per conuiuia quinquagenos”; B–E: “discumbere in singulo (C–E: “singulo quoque”) discubitu quinquagenos”. Συμπόσια does not occur in *Mt.*, but it does occur

twice in *Mc.* 6, 39.

205–208 *Et discubuerunt ... omnes* *Nov. Test.*: “et fecerunt omnes discumbere”.

209–212 *Antehac ... euangelistas* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 833, col. 2. For ἐπιτιμεῖν, cf. supra, p. 176, l. 613, ad *Mt.* 8, 26. For the translation by “comminari” in Vg., v. *Mc.* 1, 25; 3, 12; 4, 39; 8, 30 and 33; 9, 25 and 10, 13 and 48; cf. supra, pp. 369, 377, 400, 403, 408 and 412, ll. 453 sq., 657 sq., 284 sq., 351 sqq., 501 sq. and 569.

213–215 *Dicens ... etc.* *Nov. Test. A*: “dicens quia oportet”; B–E: “dicens: Oportet”. Cf. supra, p. 000, n.ll. 41–43.

216–219 *Tollat ... autem* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 833 sq. *Nov. Test.*: “tollat crucem suam cottidie ... Qui vero perdidit”.

220–221 *certe ... fortunae* I have not found these texts in Curt.; they are reminiscent of Curt. VIII, 2, 2: “erubesceret fateri”, and V, 5, 17: “erubesceret fortuito”.

224 *alibi* Supra, p. 403 sq., ad *Mc.* 8, 38.

[29] [A] Species vultus eius altera. Τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον. Maluissem ita reddere: ‘Species aspectus eius alia’ siue ‘diuersa’ aut, si licet a verbis discedere, ‘mutata est species vultus eius’. Et vestitus eius albus et refulgens. Ἐξαστράπτων. Quasi dicas: ‘ex se mittens fulgur’ et ‘effulgurans’. [D] Conuenit cum eo quod annotauimus in Matthaео, *sicut lux* pro ‘sicut nix’. [A] Deinde illud [B] quod [A] praecessit:

[31] In maiestate. Ἐν δόξῃ, id est ‘in gloria’, quemadmodum vertit et paulo superius. Excessum eius. *Excessum* mortem intelligit. Nam Graece est ἐξοδον, id est ‘exitum’, [B] non ἐκστασιν. [A] Quandoquidem et *excessum* et ‘exitum’ vsurpari pro ‘morte’ compluribus exemplis docet Laurentius, a quo petat, si quis forte diffidet. Nos compendio studemus.

[42] Elisit eum daemonium et dissipauit. Ἐρρηξεν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον καὶ συνεσπάραξεν, id est: ‘laniauit illum daemonium et concerpsit’. Interpres pro ἔρρηξεν legisse videtur ἔρριψεν, pro quo reddidit *elisit*. Nec mihi displicet haec lectio.

[39] Dilanians eum. Καὶ μόγις ἀποχωρεῖ ἀπ’ αὐτοῦ συντριβόντος αὐτόν, id est: ‘et vix discedit ab illo lacerante se’, vt intelligas puerum vix effugere a spiritu. Quanquam hoc loco variant exemplaria Graecorum. [B] Quaedam habebant συντριβόν, id est ‘comminuens’ aut ‘discerpens’, quae lectio mihi magis probatur, [D] vt accipiamus spiritum dilaniare puerum.

[43] [A] In magnitudine Dei. Ἐν μεγαλειότητι, id est ‘in magnificentia’ siue ‘maiestate’. Dictum est enim ab eo nomine quod solet vertere *magnalia*, μεγαλεῖα.

[44] Ponite vos in cordibus vestris. Graece est εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν, id est ‘in aures vestras’, hoc est: ‘diligenter auscultate quae dicturus sum’. Refertur enim ad sequentia. Porro ‘in auribus’ dixit potius quam *in cordibus*, propterea quod non essent intellecturi. Sequitur enim mox: *At illi ignorabant verbum istud*.

[45] Velatum ante eos. Παρακεκαλυμμένον ἀπ’ αὐτῶν, id est ‘absconditum ab illis’.

[46] Intrauit autem. Εἰσῆλθε, id est ‘subiit’. Cogitatio. Διαλογισμός, id est ‘disputatio’. Quanquam Graeca vox anceps est. Caeterum ex aliis euangelistis liquet inter illos hac de re disceptatum fuisse neque rem intra tacitam animi cogitationem constitisse. Atqui in eo quod mox sequitur,

[47] At Iesus videns cogitationes cordis, significat se de cogitatione loqui. Est enim et hic eadem vox διαλογισμόν. Est autem in hoc loco magna inter euangelistas diuersitas, quae tamen haud magno negotio redigi potest in concordiam. Iam articulus Graecus quem addit Lucas, τὸ τίς ἂν εἴη μέζων, ita reddi potuit: ‘de hoc quis nam esset futurus maior’ [B] siue ‘maximus’.

[46] In eos. Ἐν αὐτοῖς, id est ‘inter eos’.

[48] Hic maior est. Graece sic habet: ὁ γὰρ μικρότερος ἐν πᾶσιν ὑμῶν ὑπάρχων, οὗτος ἔσται μέγας, id est: ‘qui enim minor fuerit inter vos omnes, hic magnus erit’. [B] Iam ante demonstratum est magnum dici magnatem et minorem infimatem.

- [52] [A] In ciuitatem. Εἰς κώμην, id est 'in castellum'. Nam ita plerunque
 270 vertit; tametsi quidam codices habent πόλιν, id est 'ciuitatem'. Atque ita legisse
 videtur interpres. Nam aliquanto post εἰς ἑτέραν κώμην vertit *in aliud castellum*.
 LB 271 | [53] Facies eius erat euntis. Τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον, id est:
 'facies eius erat vadens'. Quanquam nihil refert ad sententiam. [B] Et vtinam fre-
 275 quentius id ausus esset, euangelistae sensum magis quam verba reddere. Sicut
 enim oculi loqui dicuntur, qui innuunt quod dictum velis, ita facies ire dicitur,
 quae prae se ferat iter aliquo destinatum esse.
- [54] [A] Vis dicimus. Θέλεις εἰπωμεν, id est: 'vis dicamus'. Et consumat
 illos. Ὡς καὶ Ἡλίας ἐποίησε, id est: 'quemadmodum et Helias fecit'. Hoc addi-
 tum reperio in Graecorum codicibus, quos quidem viderim, omnibus. Verum
 280 haud scio an velut ab explicante locum aliquo sit huc ascriptum. [B] Neque

226-228 Species ... diuersa ... eius. *E*: Et facta
 est species vultus eius altera, τὸ εἶδος τοῦ
 προσώπου αὐτοῦ) maluissem ... diuersa *inter*
 231 praecessit *et* 232 In maiestate *posuit* *A*, Et
 facta est species vultus eius altera, τὸ εἶδος
 τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἕτερον, maluissem ...
 vultus eius *inter* 231 praecessit *et* 232 In
 maiestate *posuerunt* *B-D*.
 237-240 Elisit ... lectio *inter* 243 Graecorum *et*
 246 In magnitudine *posuit* *A*, *inter* 244 pro-
 batur *et* 246 In magnitudine *posuerunt* *B C*,

inter 245 puerum *et* 246 In magnitudinem
posuit *D*.
 241 αὐτόν *B-E*: αὐτὸν *A*.
 242 discedit *B-E*: descendit *A*.
 262 addit *B-E*: addidit *A*.
 264 In eos *E*: In eis *A-D*.
 274 esset, euangelistae sensum *C-E*: esset
 Euangelista, sensum *B*.
 275 qui *D E*: quae *B C*.
 280 huc *D E*: hoc *A-C*.

226-230 *Species ... effulgurans* *Nov. Test.*: "spe-
 cies vultus eius alia (*A*: "altera"; *om. B*) et
 vestitus eius candidus ac (*A B*: "albus et")
 refulgens".
 230 *Matthaeo* V. supra, p. 252, l. 508 sqq., ad
Mt. 17, 2.
 232-233 *paulo superius* *Lc.* 9, 26: "in maiestate
 sua"; "in gloria" in *Mt.* 16, 27, *Mc.* 8, 38, and
 10, 37; cf. *Mt.* 6, 29 and *Lc.* 12, 27.
 235 *Laurentius* Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 834,
 col. 1 sq., refers to Cic. *Leg.* I, 1, 83, Val.
 Max. III, 2, 14, Ps. Quint. *Decl. maior*, 4, 23,
 Plin. *Epist.* VI, 16, 1, and 2. *Petr.* 1, 15.
 237-240 *Elisit ... lectio* *Nov. Test. A*: "elisit
 illum daemonium"; *B-E*: "laniauit illum
 daemonium et dissipauit".
 241-245 *Dilanians ... puerum* Criticism from
 Lee is apparent from *Resp. ad annot. Ed. Lei*,
 LB IX, 165 D-F. Cf. Rummel, *Catholic Crit-*
ics, 1, p. 102 sq.
 246-248 *In magnitudine ... μεγαλειᾶ* Cf. supra,
 p. 467, l. 588 and n.l. 588.
 249-252 *Ponite ... intellecturi* Cf. Valla, *Annot.*,
 Garin, 1, p. 834, col. 1: "Graece est: 'Ponite
 vos in aures vestras' siue 'in aures vestris
 sermones istos' siue 'hos'". *Nov. Test.*: "in

auribus vestris".
 253-254 *Velatum ... illis* *Nov. Test. A*: "vela-
 tum"; *B-E*: "absconditum".
 256 *aliis euangelistis* *Mc.* 9, 34; cf. *Mt.* 18, 1-5,
 and *Lc.* 22, 24.
 265-268 *Hic maior ... infirmatem* Lee criticised
 the translation in *Nov. Test. A*: "Nam qui
 minor est inter omnes vos, hic erit magnus",
 as is apparent from *Resp. ad annot. Ed. Lei*,
 IX, 166 A-C. About "magnatem", v. supra,
 p. 410, ll. 556 sqq.
 269 *In ciuitatem ... castellum* Cf. Valla, *Annot.*,
 Garin, 1, p. 834, col. 1. "Castellum" is the
 usual translation for κώμη in *Vg.*, except
 here and in *Mc.* 6, 36 and 56, and 8, 26
 ("vicus") and *Act.* 8, 25 ("regio"); in *NT*
 πόλιν is still mentioned in app. crit. "In aliud
 castellum" is to be found in *Lc.* 9, 56.
 277-278 *Vis ... fecit* *Nov. Test. A*: "vis dicimus";
B-E: "vis dicamus", the translation by Valla,
Annot., Garin, 1, p. 834, col. 1, who also read:
 ὡς καὶ Ἡλίας ἐποίησε, a variant reading
 which also occurs in Theophyl. *Enarr. in Lc.*
 9, 51-56, Migne *PG* 123, 828 CD, and in-
 cluded in *Nov. Test.*, together with the trans-
 lation given in l. 278.

enim in vllō veterum exemplariorum nostrorum comperi, etiamsi sic legit et Theophylactus.

[56] Non venit animas perdere, sed seruare. In Graecis quos videre memini, codicibus additur ‘hominum’, sed reclamantibus vetustis exemplaribus pluribus atque etiam vulgatis, nec refert ad sensum. Quin totum hoc: *Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare*, non attigit Theophylactus nec legens nec interpretans; quod an casu acciderit, incertum; [D] videtur incuria praetermissum. Alioqui videri poterat huc adiectum ex Matthaei cap. 18.

[57] [A] Quocunque ieris. Ἀπέρχῃ, id est ‘abieris’.

290 [58] [C] Vbi caput suum reclinet. *Suum* apud Latinos additum admonimus alias.

[61] [A] Renunciare iis quae domi sunt. Ex Graecis non liquet an legendum sit ‘iis quae domi sunt’ an ‘iis qui domi sunt’. Nisi quod vetustissimus codex habebat ‘iis qui domi sunt’, genere masculino, consentiente et Corsendoncensi exemplari, nimirum vt ad personam referatur. Quanquam idem Lucas eodem verbo sic vsus est huius Euangelii capite decimoquarto, vt ad rem pertineat: ‘Nisi quis renunciauerit,’ et caetera. Quemadmodum et hominem iubemus valere et voluptates valere iubemus. Poterat igitur et hic accipi: renunciare negociis domesticis. Quod interpres hic vertit *renunciare*, alibi vertit ‘vafacere’, velut in epistola ad Corinthios posteriore, capite secundo: ἀλλ’ ἀποταξάμενος αὐτοῖς, *sed vafaciens eis*. Rursus in Actis Apostolorum capite vicesimo: *Et exhortatus eum valedixit*. Nam illic interpres legisse videtur ἀποταξάμενος, licet nostri codices habent ἀσπασάμενος. Rursus eiusdem operis capite decimo octavo: *Fratribus vafaciens nauigauit in Syriam*, τοῖς ἀδελφοῖς ἀποταξάμενος. Est autem proprie ἀποτάσσεισθαι ‘mandatis iis quae velis, aliquem dimittere’. An idem polleat renunciandi verbum, mihi non admodum liquet. Aliquoties ‘renunciare’ comperio positum pro ‘nunciare quod gestum est’, aliquoties pro ‘nuncio misso interdicerē’, vt ‘renunciauit illi hospitium’ apud Ciceronem et apud Suetonium in Caligula renunciauit amicitiam qui denunciat inimicitiam, et apud eundem in Galba renunciat vitae qui decreuerat mori. Nos, quo dilucidior esset sermo, vertimus *valedicere* pro *renunciare*.

[62] Nemo mittens manum. Ἐπιβαλὼν καὶ βλέπων. Alterum participium est praeteriti temporis, alterum praesentis. Ea sic commode reddi poterant: ‘Nemo, si, postquam admouit manum aratro, in tergum respexerit, accommodus est regno Dei’.

EX CAPITE DECIMO

[1] Et alios septuaginta duos. Quod Laurentius arguit interpretes Veteris Testamenti, cum numero fuerint septuaginta duo, quippe e singulis tribubus delecti sex, tamen incertum errore an studio septuaginta vocari, non aliter quam apud Romanos centumviri dicti sunt iudices e singulis tribubus, | quae triginta quinque erant, delecti terni, vtique numero centum et quinque, verum sit nec ne,

non admodum arbitror ad hunc locum pertinere; certe probabile est. Illud mirum, quod e septuaginta discipulis fecerint septuaginta duos; velut idem oportuerit factum in discipulis quod factum est in [B] Septuaginta [A] interpretibus, cum apostolos duodecim elegerit, verum non hos quidem e singulis tribubus singulos. Caeterum Graeci codices consentiunt in *septuaginta*. Atque ita legisse videtur et diuus Ambrosius, cum exponens hunc locum, *Ecce ego mitto vos sicut oves inter lupos*, *Ad septuaginta*, inquit, *discipulos dicit hoc*. Pro nobis facit et typus

282 Theophylactus C–E: Vulgarius B.
 286 Theophylactus C–E: Vulgarius B.
 290–291 Vbi ... alias *inter* 287 incertum et 289
 Quocunque *posuit* A.
 292 iis quae B–E: his qui A.
 292–312 sunt ... Nemo E: sunt. ἀποτάξασθαι
 τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου. i. Vt dicam, vale his
 qui sunt domi meae. Est enim hoc verbum
 quod aliquoties vertit dimittere, aliquoties
 valefacere, sed datis mandatis. Nemo A, sunt

281 *exemplariorum* Gen. plural of ‘exemplarium’, secondary form of ‘exemplar’. V. supra, p. 40, introd., §8a.
 285–287 *Quin totum ... incertum* Ὁ γὰρ Ἰῶδς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἦλθεν ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι, ἀλλὰ σῶσαι is a variant reading of NT, which is quoted by Theophyl. in *Enarr. in Lc.* 9, 51–56, Migne PG 123, 828 D, but is not discussed.
 288 *Matthaei Mt.* 18, 11 (“Venit enim filius hominis saluare quod perierat”).
 291 *alias* V. supra, p. 174, l. 562 sqq., ad Mt. 8, 20.
 292–311 *Renunciare ... renunciare* Criticism from Lee is apparent from *Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX*, 164 EF. *Nov. Test.*: “vt dicam vale iis qui sunt domi meae”.
 295 *Lucas Lc.* 14, 33: “qui non renunciat”.
 297–298 *valere iubemus* Since Cic. *Att.* V, 2, 2, and VI, 2, 10.
 301 *sed valefaciens eis* 2. *Cor.* 2, 13.
 301–302 *Et exhortatus eum valedixit Act.* 20, 1: “et exhortatus eos, valedixit”.
 302 *licet* Construed with an indicative; v. supra, p. 43, introd., §8b.
 303–304 *Fratribus ... Syriam Act.* 18, 18.
 308 *Ciceronem Verr.* II, 36, 89 (“hospitium ei renuntiat”).
 308 *Suetonium Cal.* 3, 3 (“amicitiam ei renuntiare”), and *Galb.* II (“vitae renuntiare”).
 312–315 *Nemo ... regno Dei Nou. Test. A* reads: “aspiciens”, a variant reading of Vg.; B–E:

... 308 Ciceronem, et apud Terentium, alteri illi renunciaui, cuius nuptias recusarat. 310 Nos ... Nemo B C, sunt ... 308–309 Caligula, renunciat amicitiam ... Nemo D.
 314 si B–E: qui A.
 314 aratro ... respexerit B–E: aratro, si retrorsum aspexerit A.
 320–321 triginta ... vtique B–E: triginta erant, quinque delecti, vtique A.

“Nemo qui manu sua admota aratro, respexerit a tergo, aptus est regno Dei”.
 317 *Laurentius Valla, Annot.*, Garin, I, p. 834, col. 1 sq.: “Vt interpretes illi Pentateuchi de Hebraica lingua in Graecam, cum essent septuaginta duo ex singulis tribubus Sem: tamen commoditatis in loquendo gratia sunt appellati septuaginta: sicut apud Romanos centumviri pro centum quinque ex singulis tribubus, quae trigintaquinque erant, terni. Sic nunc e diuerso pro ‘septuaginta’ scribitur ‘septuagintaduo’, non aliqua ratione, sed vel temeritate vel errore, cum omnes codices Graeci habeant tantum ‘septuaginta’. Nescio an ille qui hoc fecit, voluerit fuisse e singulis tribubus senos, quae stultissima ratio est, cum videamus nequaquam hoc factum in apostolis, qui cum duodecim fuerint, non sunt singuli e singulis tribubus electi. Certe et apostolorum et discipulorum numerum cernimus a Domino in libris Moysi praefiguratum per duodecim fontes et septuaginta palmas in deserto repertas. Ergo ‘septuaginta’, vt dixi, legendum est. Qui fuit etiam vnus eorum quos Deus spiritu impertuit qui in Moysse erat, ἐβδομήκοντα”.
 326 *Caeterum ... septuaginta* Budé argues the same in *Annot. in Pandectas, Omnia opera*, 3, p. 56.
 327 *Ambrosius Expos. Lc.* VII, 44, *CCSL* 14, p. 229.

Veteris Testamenti, vbi duodecim fontes et septuaginta palmae in deserto reper-
 330 tae praefigurant duodecim apostolos et septuaginta discipulos. [D] Quod dili-
 genter annotauit Theophylactus et Cyrillus, qui citatur in Catena, consentit,
 praeter duodecim fontes et septuaginta palmas commemorat etiam illos septua-
 335 ginta iudices quos Moses delegit iussu Domini et impleti sunt Spiritu Sancto. Ac
 ne quis causetur solos Graecos ita legisse, diuus Hieronymus ad Fabiolam man-
 sione sexta scribit hunc in modum: *Nunquam prius occurrerunt fontes purissimi,*
nisi vbi magistrorum doctrina prorupit, nec dubium quin de duodecim apostolis
sermo sit, de quorum fontibus deriuatae aquae totius mundi siccitatem rigant. Iuxta
has aquas septuaginta creuerunt palmae, quos et ipsos secundi ordinis intelligimus
 340 *praeceptores, Luca euangelista testante duodecim fuisse apostolos et septuaginta disci-*
pulos minoris gradus, quos et binos Dominus ante se praemittebat. Ex his perspi-
 cuum est Augustino fuisse mendosum codicem, quemadmodum et aliis locis
 fuisse demonstrabimus. [E] Obiicitur nobis vnus codex e bibliotheca pontificia,
 quasi nesciamus post Graecos in concordiam Romanae sedis receptos et codices
 345 illorum ad Latinorum exemplaria fuisse emendatos. Quorum de numero multis
 argumentis colligo fuisse codicem illum maiusculis descriptum. Nam si nos
 mouet pontificiae bibliothecae autoritas, etiam is codex quem Romanus pontifex
 misit Francisco Card. Toletano, erat eiusdem bibliothecae. [D] Ratio quam addu-
 cit Beda de duodecim tribubus Israel et septuaginta duabus orbis reliqui gentibus,
 350 frigida est. Nec multo solidior quam adducit Augustinus de ter viginti quatuor
 horis, qui numerus conficit septuaginta duos. [A] Quin et Dorotheus martyr in
 compendio rerum apostolicarum et propheticarum nominatim recensens disci-
 pulos septuaginta duntaxat facit, non septuaginta duos. [D] Et his antiquior Ire-
 naeus quum alias, tum lib. 3., cap. 13., LXX legit, non LXXII. Postremo Eusebius
 Ecclesiasticae historiae libro primo, capite duodecimo, septuaginta tantum refert
 355 fuisse delectos. [A] Et tamen paulo inferius [D] in vulgatis codicibus [A] repe-
 tuntur septuaginta duo: *Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio,* vt appa-
 reat non casu, sed studio factum. [B] Atque in hoc mire consentiunt exemplaria
 Latinorum.

[2] [A] Rogate autem. ‘Rogate igitur’ legendum est, δεήθητε οὖν. Vt mit-
 360 tat operarios. Ὁπως ἐκβάλλῃ, id est: ‘vt extrudat’ siue ‘eiiciat’; vt intelligamus
 aut inuitos emittendos aut celeriter extrudendos, vt annotatum est in superio-
 ribus.

[3] Inter lupos. Ἐν μέσῳ λύκων, id est ‘in medio luporum’. Et Valla
 mauult ‘velut oues’ quam ‘sicut oues’.

365 [6] Sin autem. Εἰ δὲ μὴ γέ, id est ‘sin minus’, hoc est: ‘si non fuerit illic
 filius pacis’. Nec est

[7] Quae apud illos sunt, sed τὰ παρ’ αὐτῶν, hoc est ‘quae ab illis offer-
 runtur’; alioqui dixisset: τὰ παρ’ αὐτοῖς.

LB 273 | [13] Poeniterent. Μετενόησαν. Cur non potius ‘poenituissent’, cum sit prae-
 370 teriti temporis? [C] Quandoquidem hoc verbum personaliter usurpatum ex
 Pacuio citat Nonius Marcellus. Aliis magis arridet periphrasis ‘scelerum poeni-

375 tentiam egissent; quae hoc sane loco non pessime quadrat, quod mentio fiat de sacco et cinere. Et quanquam resipiscentem sequitur dolor, de iis quae praecesserunt, non tamen Graecis *μετάνοια* dicitur a poena nec Latinis, vt opinor, 'poenitere', sed potius a pone tenendo, quod post factum teneamus et intelligamus errorem. Postremo qui respiscit, non statim a sceleribus respiscit, sed interdum ab ignorantia aut errore simplici.

[16] [A] Qui vos spernit, me spernit. Hieronymus alicubi vertit *Qui vos reprobat, me reprobat*. Est enim Graecum verbum ἀθετεῖ, quod est 'reiciit' et

363–364 Inter lupos ... oues *inter* 368 αὐτοῖς *et*
369 Poeniterent *posuit* A.

329–330 *duodecim ... discipulos* Ex. 15, 27 ("Venerunt autem in Elim filii Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum et septuaginta palmae") is connected typologically to Lc. 10, 1 by Theophyl. in *Enarr. in Lc.* 10, 1–3, Migne PG 123, 833 B, and Cyril. (Er. refers to Thomas Aquinas, *Catena Aurea* (Guarienti, 2, p. 142, col. 1): "Cyrillus. Certificauerat Deus per Prophetas quod Euangelii praedicatio salutaris comprehensura erat non solum Israel, sed etiam Gentium greges; et ideo a Christo post duodecim Apostolos et alii septuaginta duo sunt instituti", a text which is inspired by Cyril. *Comm. in Lc.* 10, 1, Migne PG 72, 665 A.

330–357 *Quod diligenter ... factum* The additions from 1527 are related to criticism from N. Beda, which was shared by the Paris Faculty of Theology; cf. *Supputat. error. in cens. N. Bedae* and *Declarat. ad cens. Lutet.*, LB IX, 613 A–D and 877 AB. The passage from 1535, ll. 342–347, "Obiicitur ... bibliothecae", was added under the influence of Sepúlveda; cf. supra, p. 354, l. 77 sqq.

333 *quos* Object of "delegit" and subject of "impleti sunt"; cf. supra, p. 61, n.l. 165.

334–340 *Hieronymus ... praemittebat* Epist. 78, 8, 2 sq., CSEL 55, p. 58: "Nunquam ... doctrina prorumpit. Nec ... binos ante se Dominus praemittebat" ("quos et ipsos" is determined by the predic. acc. "praecipitantes", not by the antecedent; cf. supra, p. 137, l. 666).

341 *Augustino* V. infra, n.l. 349.

347 *Francisco Card. Toletano* V. supra, p. 2, introd., n. 7.

348 *Beda In Lc. expos.* III, 10, 1, CCSL 120, p. 213 sq.

349 *Augustinus Quaest. Ev.* II, 14, CCSL 44B, p. 58 sq.: "Sicut viginti quattuor horis totus orbis peragitur atque lustratur, ita ministerium inlustrandi orbis per euangelium trini-

tatis in 'septuaginta duobus discipulis' intimatur; vicies quater enim terni septuaginta duo faciunt. 'Quod' autem 'binos mittit', sacramentum est caritatis, siue quia duo sunt caritatis praecepta, siue quia omnis caritas minus quam inter duos esse non potest". Cf. *Cons. euang.* II, 23, CSEL 43, p. 156: "Post haec autem", inquit, 'designauit Dominus et alios septuaginta duo'".

350 *Dorotheus martyr* Ps. Dorotheus Tyrius, *De septuaginta Domini discipulis*, Migne PG 92, 1060–1074.

352–353 *Irenaeus Haer.* II, 21, 1, and III, 13, 2, SC 294, p. 208, and 211, p. 254.

353 *Eusebius H.E.* I, 12, GCS 2, p. 80 sqq.

356 *Reuersi ... gaudio* Lc. 10, 17; cf. infra, p. 535, l. 389.

359–362 *Rogate ... superioribus* *Nov. Test.*: "Rogate ergo ... vt extrudat". Cf. supra, p. 184, l. 803 sqq., ad Mt. 9, 38.

363–364 *Inter ... oues* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 834, col. 2: "mitto vos veluti agni essetis ... in medio luporum".

365 *sin minus* The translation in Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 834, col. 2, which is also included in *Nov. Test.*

367–368 *quae ... offeruntur* *Nov. Test.*: "quae dantur ab illis".

369 *poenituissent* The reading of *Nov. Test. A B; C–E*: "scelerum suorum egissent poenitentiam".

371 *Nonius Marcellus* Non. 475 M.: "Pacuius Armorum Iudicio prologo: nunc paenitebunt [libunt] liberi grato ex loco?" (MSS.: "paenitebant"), Ribbeck, frgm. 8: "Proloqui non poenitebunt liberi ingrato ex loco".

375 *a pone tenendo* Cf. supra, p. 112, l. 80 sq.

378–388 *Qui vos ... impietatem* Er. reacts to criticism from Lee in *Resp. ad annot. Ed. Lei.*, LB IX, 250 CD. Cf. Asso, p. 161 sqq.

378 *Hieronymus Comm. in Is.* X, 33, 1, CCSL 73, p. 411.

- 380 'auersatur', et ita legit Cyprianus [B] in epistola ad Cornelium fratrem. Et hunc locum detorqueamus ad nostram tyrannidem. Christum spernit qui spernit episcopum, qui spernit pontificem; verum est, sed apostolorum similes et Christi negocium agentes, qui vos tales spernit, me spernit. Quin vtrique demus operam, vt meminerimus officii; sacerdotes tales esse studeant quales erant apostoli, nos vt
- 385 Christum ipsos recipiemus et obtemperabimus. Caeterum vbi sacerdos tyrannum agit, ventris negocium persequitur, non Christi, nescio an in tempore citetur: *Qui vos spernit, me spernit.* [D] Scio tamen etiam malis obtemperandum interdum, ne dissidium excitetur, modo ne cogant ad impietatem.
- [17] [A] Reuersi sunt autem septuaginta duo. Rursum addidit *duo*, cum Graecis non sint nisi septuaginta.
- 390
- LB 274 | [19] *Ecce dedi.* Ἴδου δίδωμι, id est 'ecce do'.
- LB 273F | [18] [D] Videbam Satanam. Ἐθεώρουσιν. In quodam Latino codice repperi 'videbant'; nam Graeca vox ambiguitatem habet. Quanquam de prima persona interpretantur omnes. Theophylactus hic inducit nouum sensum, videlicet hunc:
- 395 non mirum est daemones vobis subiici, quum ipsorum princeps iam deciderit ac deiectus sit.
- LB 274D | [21] [A] Exultauit in Spiritu Sancto. Ἐν αὐτῇ ὥρᾳ ἠγαλλιάσατο τῷ Πνεύματι ὁ Ἰησοῦς, id est: 'in eadem hora exultauit Spiritu Iesus'. [B] Nec additur *Sancto* nec praepositio *in*, sed refragantibus vetustis Latinorum exemplaribus.
- 400 In quibus vt apponitur epitheton *Sancto*, ita Iesu nomen non apponitur. Certe articulus facit, vt de Spiritu Sancto intelligamus. [A] Paruulis. *Νηπίοις*. Quod hoc sane loco magis vertendum erat, 'stultis' aut 'insipientibus', vt opponatur ei quod praecessit, *sapientibus*, [B] nisi sermo duriusculus videretur. [A] Quanquam et de hoc dictum est alias. [B] Etiam, *Pater. Νάι*. Quod superius vertit *vtique*.
- 405 Est autem aduerbium confirmantis. [A] Quoniam sic placuit ante te. Ὅτι οὕτως ἐγένετο εὐδοκία ἔμπροσθέν σου, id est: 'quia sic fuit bona voluntas coram te'. Sic enim vertit Hieronymus. [D] Eadem vox qua vsi sunt angeli nunciantes pacem in terris in hominibus bonae voluntatis, qua significatur gratuita beneuolentia fauorque Numinis erga mortales.
- 410 [22] [A] Omnia mihi tradita. Ante haec verba Graeci [B] codices aliquot [A] addunt *καὶ στραφεὶς πρὸς μαθητὰς εἶπε*, id est: 'et conuersus ad discipulos dixit'. Deinde sequitur *Omnia mihi tradita sunt*. Et error hinc ortus, quod mox sequitur eadem oratio.
- [23] Et conuersus ad discipulos suos. Verum hic addit Graecus codex
- 415 *κατ' ἰδίαν*, id est 'seorsim', atque ita separatur a superiore, [B] licet reclamant Latinorum exemplaria.
- [30] [A] Suspiciens autem Iesus. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς, id est: 'suscipiens autem Iesus'. Atque ita legitur in antiquissimis Latinorum exemplaribus. Positum est autem 'suscipiens' pro 'excipiens' et 'succedens' in vicem respondendi. Ad eundem modum Vergilius: *Excipit Ascanius*. Et Xenophon: *Καὶ ὁ Κῦρος ὑπολαβὼν εἶπε*, id est: 'et Cyrus | suscipiens dixit'. Ne id quidem commissum est interpretis vitio, sed scioli cuiuspiam cui visum est 'suscipiens' hoc loco
- 420
- LB 275

nihil significare et vertit in *suspiciens*; quasi Iesus responsurus homini suspexerit in coelum. [E] Nos vertimus *respondens*, ne rursus ad eundem lapidem lector impingeret. [A] *Semiuiuo*. Ἀφέντες ἡμιθανῆ, id est ‘relicto semimortuo’. [D] Hieronymus in epitaphio Paulae vertit ‘seminece’. [B] Quanquam id quidem ad sententiam nihil habet momenti.

[34] [A] In stabulum. Εἰς πανδοχεῖον, id est ‘in diuersorium’. Nam Graeca vox hinc dicta est, quod accipiat quoslibet, quod Latini vocant diuersorium meritorium. Nec interpres sensit de stabulo iumentorum, sed de loco in quo statur. Vnde et stabulari dicuntur qui locum habent alicubi.

[35] Et altera die. Καὶ ἐπὶ τῆν αὔριον, id est ‘postero die’. Stabulario. Πανδοχεῖ, id est ‘hospiti’, sed meritorio.

[38] In quoddam castellum. Εἰς κώμην τινά, id est ‘oppidulum’ siue ‘vicum quendam’, ne quis imaginetur arcem potentem [B] similem iis [A] quae nunc castella vulgo vocantur.

[40] Satagebat. Περιεσπᾶτο, id est ‘distrahebatur’ siue ‘distendebatur’. Quanquam interpres elegantius vertit quam vt rudis lector animaduertat. Siquidem ‘satagere’ proprie est ‘anxie torqueri difficultate rei conficiendae’. At Graeca vox aptius quadrat cum eo quod sequitur, *Porro unum est necessarium*. Pugnans

383 me spernit B D E: me sperni C.

383 Quin D E: Simul B, †Santap† C.

385 ipsos E: ipsum B C.

419 in vicem B–E: vice A.

425 Semiuiuo ... semimortuo *inter* 415 superiore et 417 *Suspiciens* posuit A.

380 *Cyprianus Epist.* 59, 4, 2, *CCSL* 3C, p. 343:

“qui reicit vos, me reicit et eum qui me misit”. *Nov. Test.* follows *Vg.*

391 *ecce do* The reading of *Nov. Test.*

394 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 10, 17–20, *Migne PG* 123, 840 BC.

398 *in eadem* ... *Iesus* The reading of *Nov. Test. B–E*; A: “In ipsa hora exultauit in Spiritu Sancto”.

398–401 *Nec additur ... intelligamus* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 834, col. 2.

401–404 *Paruulis ... alias* V. supra, p. 204, l. 278 sqq., ad *Mt.* 11, 25.

404 *Nai ... superius ... vtique* V. supra, p. 205, n.l. 290–291, ad *Mt.* 11, 26.

406–407 *quia ... Hieronymus* The translation “quia ... coram te” is not to be found in the *Thes. Hier.*, nor in any author included in *CLCLT* or in *PLD*; “quia”, “fuit bona voluntas” and “coram te” are variants of *Vg.*

407–409 *Eadem vox ... mortales* Cf. supra, p. 476 sqq., l. 829 sqq., ad *Lc* 2, 14.

410–424 *Omnia ... coelum* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 834, col. 2 sq.

411 καὶ ... εἶπε Neither this text, nor its trans-

lation occur in *Nov. Test.*

415 κατ’ ἰδίαν ... *seorsim* Cf. supra, p. 234, l. 28 sq., ad *Mt.* 14, 23. *Nov. Test.* adds “seorsim”.

417 *Suspiciens Nov. Test. A* contains: “suspiciens”, as do modern editions of *Vg.* (variant reading: “suspiciens”); *B–E*: “Respondens”.

420 *Vergilius Aen.* IX, 258.

420 *Xenophon Cyr.* IV, 1, 19 (cf. V, 5, 35).

423 *vertit* The subject may be derived from “cui” (l. 422); cf. supra, p. 61, n.l. 165.

424–425 *ad eundem lapidem ... impingeret* Cf. supra, p. 155, n.l. 70.

425 *Semiuiuo ... semimortuo Nov. Test. A*: “semiuiuo”; *B–E*: “semimortuo”.

426 *Hieronymus ... seminece Epist.* 108, 12, 3, *CSEL* 55, p. 321: “Samaritae, id est ‘custodis’, qui seminecem suo inpositum iumento ad stabulum ecclesiae deportauit”.

429–430 *diuersorium meritorium* Since Ps. Iulius Paulus, *Sententiae*, II, 31, 16; cf. Val. Max. I, 7, ext. 10: “tabernam meritoriam”. “Diuersorium” is the translation in *Nov. Test.*

432–437 *postero die ... hospiti ... oppidulum ... distrahebatur* The translations in *Nov. Test.*

enim ‘distrahi’ et ‘intentum esse in vno’. Circa frequens ministerium. Περὶ πολλήν διακονίαν, id est ‘circa multam ministratorem’.

[41] Erga plurima. Περὶ πολλά, id est ‘circa multa’ siue ‘plura’, suffragantibus et antiquissimis libris [B] nonnullis. Et haud scio an interpretes scripserit
445 ‘plura’ pro ‘multa’. Quod ita quispiam vertit in *plurima*, vt in preculis solennibus legimus *plurimorum martyrum* pro ‘plurium’.

[42] [D] Porro vnum est necessarium. ‘Ἐνός ἐστι χρεία, id est: ‘vno opus est’, vt opponatur ‘multa’, quae vox praecessit. Quod ad historicum sensum attinet, Dominus videtur in Martha reprehendere non quod appararet
450 conuiuium, sed quod nimis varium et accuratum. Id enim ante dixit Lucas πολλήν διακονίαν, quasi dicas: ‘variā administrationem’, quum simplex apparatus sufficiat naturae. Hoc est quod Iesus negans opus esse multis dicit vnum esse necessarium. Attingit hunc sensum et Theophylactus. [A] Optimam partem. Τὴν ἀγαθὴν μερίδα, id est ‘bonam partem’; nisi quod articulus additus declarat
455 plusculum, nempe partem illam certam quae vere bona sit. [B] Augustinus sermone in Lucam 26. non *optimam* legit, sed *meliolem*: ‘*Meliolem*’, inquit, ‘*partem elegit*’, non *tu malam*, sed *illa meliolem*. Neque secus legisse videtur Ambrosius in commentariolis haec subiiciens: *Nec Martha tamen in bono ministerio reprehenditur, sed Maria, quod meliolem partem sibi elegerit, antefertur*. [C] Sunt
LB 276 quibus placeat | iuxta proprietatem Hebraei sermonis positium positum vice
461 comparatiui aut superlatiui, quod ea lingua careat huiusmodi vocibus. Quod quidem commentum vt mihi non vsquequaque displicet, ita non video cur hic magis valere debeat quam aliis locis ter centum.

EX CAPITE VNDECIMO

465 [3] Da nobis hodie. Hic variant Graeci codices. In nonnullis scriptum erat δὲς ἡμῖν τὸ καθ’ ἡμέραν, id est: ‘da nobis cotidie’. [C] Atque ita scriptum erat in codice aureo [D] atque item Constantiensi. Offendit lectorem vox eadem repetita, ‘quotidianum quotidie’. Atqui non est Graece *quotidianum*, sed ἐπιούσιον, quod magis sonat crastinum. Non enim petunt com meatum in multos annos,
470 sed tantum in proximum diem. Et qui vesperi orat pro victu postridiano, quid aliud petit quam victum quotidianum? Hoc admoneo, ne quis arbitretur multum esse discriminis in sensu. [A] Quanquam de hoc alias dictum aliquanto copiosius.

[4] [D] Dimitte nobis peccata. Τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν. Sunt qui putent esse discrimen inter *debita* – id est *ὀφειλήματα* – et *peccata*, quod debiti nomen complectatur non modo culpam, verum etiam obligationem ad satisfactionem. At
475 Lucas non existimauit quicquam interesse. Nec Augustinus De verbis Domini. *Debitum autem*, inquit, *quid est nisi peccatum?* [A] Sed libera nos a malo. Hoc in quibusdam Latinis exemplaribus apud Lucam non additur, sicut et alia nonnulla, quae videntur ex aliis euangelistis adiecta, ne viderentur dissentire. Id
480 quod coniicio factum et aliis item compluribus locis. Siquidem apud Lucam haec oratio multo pauciora complectitur quam apud caeteros, ad hunc modum: *Pater,*

sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem et ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. Sic enim habebatur scriptum in
 485 vetustissimis codicibus quos id temporis nobis exhibebant Amorbachii, Paulino et Corsendoncensi, denique et Constantiensi. Caeteri nec admodum hinc discrepant nec omnino consentiunt, ne inter se quidem. In Graecis codicibus precatio dominica ferebatur absoluta, excepta coronide, quam additam alias indicauimus. Vel hinc palam est quam euangelistae non fuerint superstitiosi de verbis. Prae-
 490 scripserat hanc precandi formam non episcopus quispiam, non pontifex Romanus, sed ipse Christus, et tamen in tantula precatiuncula quantam partem omisit Lucas! Et certe consentaneum vero est eum sic orasse, vt nobis orandi formam tradit autore Christo. Et vbi sunt interim qui misere trepidant, quoties ex humanis preculis vocula fuerit omissa? At iidem fortes sunt et intrepidi, quoties virulenta lingua fratris lacerant famam. Nec hoc dixerim, quo minus attenti simus in
 495 precibus, sed ne praepostere simus superstitiosi.

484–497 tentationem ... Commoda *D E*: tentationem./ EX CAPITE DVODECIMO./ Com-
 moda *A*, tentationem ... 485 Amorbachii.

Paulinum et Corsendoncense 486 nec admodum ... 495 famam? Nec ... Com-
 moda *B C*.

443 *Erga ... plura Nov. Test. A*: “circa plura”;
B–E: “circa multa”; *Vg.*: “erga plurima”.

445–446 *in preculis ... plurium* By means of the diminutive “preculis” Er. refers to the Breviary; this contains set (“solennibus”) prayers, both ‘communia’, for a group of saints, and ‘propria’, for one particular saint. The *Breuiarium Romanum*, which was issued in 1568 by Pius V, contains, in addition to “Commune plurium confessorum” and “Commune plurium virginum”, “Commune plurimorum martyrum”; this must therefore also have been the case in the Breviary that preceded it, which was familiar to Er.

448 *multa* Cf. supra, n.l. 443.

453 *Theophylactus Enarr. in Lc.* 10, 38–42, Migne *PG* 123, 852B–853C.

454 *bonam partem* The translation in Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 835, col. 1, and *Nov. Test.*

455 *Augustinus De verbis Domini serm.* 27, in the new numbering *Serm.* 104, 2, 3, Migne *PL* 38, 617.

457–459 *Ambrosius ... antefertur Expos. Lc.* VII, 86, *CCSL* 14, p. 242.

459–463 *Sunt quibus ... centum* Addition under the influence of *Stun.*; cf. *Apolog. resp. lac. lop. Sun.*, *ASD* IX, 2, p. 120, ll. 226–234.

460 *proprietatem* V. supra, p. 48, introd., §10.
 465–496 *Da nobis ... superstitiosi* Er. has added

some passages in these notes under the influence of criticism of his translation of the Lord’s Prayer in *Mt.* 6, 9–13, from which “debita” is quoted here (l. 474). Cf. supra, p. 155, n.ll. 77–214, Bludau, p. 76, and Rummel, *Catholic Critics*, I, p. 130. In *Apolog. adv. debacch. Petr. Sutor.*, *LB* IX, 769 A B, Er. reacts to criticism by Sutor arising from the fact that he had translated *ὀφειλήματα* as “debita” in *Mt.* 6, 12, and *ἀμαρτίας* as “delicta” in *Lc.* 11, 4; he points out that these translations also occur in *Vg.* He returns to this subject in *Apolog. adv. monach. Hisp.*, *LB* IX, 1018 F.

465–468 *Da nobis ... quotidie Nov. Test. A–C*: “hodie”, *D E*: “quotidie”.

472 *alias* V. supra, p. 156 sq., l. 109 sqq., ad *Mt.* 6, 11.

476 *De verbis Domini* Ps. Aug. *Serm.* 84, 4, Migne *PL* 39, 1909, according to Frede, p. 265, derived from Ambr. *De sacramentis*, V, 27, *CSEL* 73, p. 70: “Debitum quid est nisi peccatum?”.

477 *Sed libera nos a malo* Like *ἀλλὰ ῥῶσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ*, included in *Nov. Test.*

488 *absoluta* Explained further by “excepta coronide”; cf. introd., §9, p. 44.

488 *alias* V. supra, p. 159 sq., l. 177 sqq., ad *Mt.* 6, 13.

LB 277 [5] *Commoda*. Χρησον, id est 'mutua' siue 'mutuum da'. Quan|quam
 Graeca vox anceps est ad rem quae vsu absumitur, et ad eam quae non absumi-
 tur. Etenim qui petit panem, dicit: χρησον μοι ἄρτον, et qui petit canistrum,
 500 dicit: χρησον μοι μάκτραν. Latinis vero diuersa sunt verba, sed apud eosdem
 pecunia peculiare verbum habet δανείζειν. Apud Latinos commodatur cuius vsus
 modo praestatur, vt equus, vestis, patella. Mutuum datur quod vsu absumitur,
 quem iurisconsulti vocant abusum, vt oleum, triticum aut quod non idem red-
 ditur.

505 [8] Si perseuerauerit pulsans. Haec in plerisque Graecorum codicibus
 non repperi, [B] consentiente vetustissimo codice Latino quem exhibuit biblio-
 theca ecclesiae Paulinae apud Londinum, sed dissentiente Corsendoncensi. [A]
 Propter improbitatem. Διά γε τὴν ἀναλδειαν, id est 'propter impudentiam'.
 Eleganter quidem vertit interpres, si modo recte intelligatur. [D] Nam vt probus
 510 dicitur bonus, ita improbus malus, sed tamen qui vrget nec cessat, interdum
 improbus vocatur, nonnunquam et in bonam partem, vt Virgilius:

Labor omnia vincit

improbus.

[11] [A] Quis ex vobis patrem. Graeca nonnihil discrepant: Τίνα δὲ ὑμῶν
 515 τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱὸς ἄρτον; Id est: 'Quem autem ex vobis patrem poscet
 filius panem?' Ea nos reddidimus in hunc modum: *Quis autem ex vobis pater a
 quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi?* [B] Quanquam et hic sermo
 duriusculus est, opinor, ex idiomate linguae Hebraeae. Videtur autem allusum ad
 iocum vulgarem, quo panem expectanti lapidem porrigunt, iuxta Plautinum
 520 illud:

Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.

Item scorpionum porrigunt vacuo oui putamini inclusum. Sic et ipsae dipsades fal-
 lunt, struthiocamelorum inanibus putaminibus occultantes sese.

[13] [A] Bona data. Ἀγαθὰ δόματα, id est 'bonas dationes', si sic liceat loqui.
 525 [B] Dabit spiritum bonum. Graeci codices qui tum aderant, habebant
 Πνεῦμα Ἅγιον, id est 'Spiritus Sanctum', sed magno consensu reclamantibus
 LB 278 exemplaribus Latinis, etiam vetustis, quibus ego sane magis assentior. Ex Ambro-
 sio, quoniam carptim ista tractat, nihil potest elici.

[14] [A] Et illud erat mutum. Hallucinatur et hoc loco Valla, in *mutum*
 530 et 'mutus', κωφόν et κωφός, putans vtrobique *surdum* vertendum fuisse, non
mutum, aut non intelligens aut certe non animaduertens vtrunque Graecis sonare
 κωφόν, quemadmodum et mox *Omne regnum in seipsum diuisum* mauult *in seipso*
 siue *super seipsum*, cum sit 'aduersus seipsum', quod Graecis haec praepositio sit
 anceps, vt fere sunt omnes.

535 [17] Desolabitur. Ἐρημοῦνται, id est 'desolatur'. Et paulo post πίπτει, id
 est 'cadit', non *cadet* suffragantibus et antiquissimis exemplaribus [C] Latinis.

[21] In pace sunt omnia quae possidet. Τὰ ὑπάρχοντα, id est 'ea quae
 possidet' consentiente codice aureo.

[22] [A] Vniuersa arma. Τὴν πανοπλίαν. Qua voce Graeci declarant quicquid ad iustum apparatus armati viri pertinet. Auferet, αἶρει, id est ‘tollit’, et distribuit, non *distribuet*, διαδίδωσιν, vt praesentis sint temporis, non futuri. Nec enim vaticinatur quid futurum sit, sed quod fieri solet, proponit similitudinem conferens.

[25] Inuenit eam scopis mundatam. Εὕρισκει, id est ‘inuenit’ praesentis temporis [B] prima syllaba acuta. [A] Scopis mundatam. Graeci codices addunt καὶ κεκοσμημένον, id est ‘et ornatam’, quod haud scio an ex aliis euangelistis sit huc ascriptum. Caeterum illud *scopis mundatam* Graeci vnica dictio est σεσαρωμένον, id est ‘versam’ a verbo ‘verro’, non ‘verto’.

[28] Quinimo. Μενοῦνγε. Ea coniunctio neque negat quod dictum, neque reiicit, sed infert quod est certius. [E] Augustinus lib. De sancta virginitate cap. 3. pro *quinimo* legit *imo*, vt sit corrigentis. [B] Vides autem, vt hic quoque Christus sui similis haud multum tribuit cognationis affectui.

[29] [A] Turbis autem concurrentibus. Ἐπαθροϊζομένων, id est: ‘coaceruantibus’, ‘conglobantibus’ siue ‘condensantibus se’ aut ‘cum turbae densius affluerent’. Graecis enim συναθροισμός dicitur, cum omnia confertim in vnum conferuntur locum.

[31] Plus quam Solomon hic. Ὡδε, ‘hic’, aduerbium est, ‘hoc loco’, non pronomen. Similiter et paulo inferius

498–505 anceps est ... Si perseuerauerit *D E*:
anceps est. Si perseuerauerit *A*, anceps est.
501 Commodatur enim cuius ... 502 absumitur,
503 vt oleum ... Si perseuerauerit *B C*.
514 ἑμῶν *B–E*: ἡμῶν *A*.

497–504 *Commoda* ... *redditur* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 835, col. 1, and supra, p. 516 sq., l. 875 sqq. and p. 522, l. 7 sqq. Valla translated “mutua”, *Nov. Test. A*: “commoda mihi”, *B–E*: “da mihi mutuuum”.

511 *Virgilius Georg. I*, 145 sq.: “labor omnia vicit / improbus”.

514–517 *Quis ... illi?* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 835, col. 1, who translated “Quem autem vestrum’ siue ‘ex vobis patrem petet filius panem, nunquid lapidem dabit illi?” “Quis ... illi?” (ll. 516–517) is the reading of *Nov. Test. B–E* (*A*: “quem” instead of “a quo”).

518 *idiomate* V. supra, p. 48, introd., §10.

521 *Altera ... altera* Plaut. *Aul.* 195, mentioned in *Adag.* 729, *ASD* II, 2, p. 250, l. 392.

524 *Bona data* Cf. supra, p. 170, l. 431 sqq., ad *Mt.* 7, 11. *Nov. Test. A*: “bona data”; *B–E*: “bona dona”.

527–528 *Ambrosio* Ambr. does not discuss *Lc.* 11, 6–16 in *Expos. Lc.* VII, 87–91, *CCSL* 14, p. 242 sqq.

529 *Valla Annot.*, Garin, I, p. 835, col. 1:

537–538 In pace ... aureo *inter* 548 *verto et* 549 *Quinimo posuerunt C D*.

545 syllaba *B–D*: syll. *E*.

553 Ἐπαθροϊζομένων *B–E*: συναθροϊζομένων *A*.

“Graece non est ‘mutum’ et ‘mutus’, sed ‘surdum’ et ‘surdus’, κωφὸν κωφός. ‘Si autem et Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius?’ Et si Graece accusatiuus est, tamen ego per ablatiuum potius transtulisset: ‘in seipso diuisus est’, aut per accusatiuum transferendo verbum e verbo: ‘super seipsum’, ἐφ’ ἑαυτόν”.

535–541 *Desolabitur ... distribuet* *Nov. Test.*: “desolatur ... cadit (as also Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 835, col. 1) ... ea quae possidet ... aufert ... distribuit”.

539 πανοπλίαν Cf. infra, pp. 588 and 589, ll. 766 and 806 sq.

545–546 *Scopis ... ornatam* In *Nov. Test.* both καὶ κεκοσμημένον and “et ornatam” (*B–E*: “atque”) are included.

550 *Augustinus De sancta virginitate*, 3, 3, *CSEL* 41, p. 237.

551–552 *Vides ... tribuit* V. supra, p. 43, introd., §8b.

553–554 *Turbis ... condensantibus se* *Nov. Test. A*: “concurrentibus”; *B–E*: “condensantibus se”.

[32] Plus quam Iona hic, [D] vt Christus intelligatur maior templo, Solomone et Iona.

[34] [A] Lucerna corporis tui. *Tui* non additur a Graecis et sensus magis quadrat eo amoto. Fit enim catholica sententia, vt et superius indicauimus.

[35] Ne lumen quod in te est. Μή τὸ φῶς. Potest accipi et 'num lumen quod in te est' etc., quod aduerbium μή ad vtrunque sensum sit accommodum, interrogantis et prohibentis.

[36] Et sicut lucerna. Ὡς ἕταν [B] ἄν [A] ὁ λύχνος τῆ ἀστραπῆ φωτίζει σε, 'vt cum lucerna fulgore illuminat te'. Vt sit sensus: non aliter tuum corpus erit lucidum oculo puro quam domus tua lucida est tibi accensa lucerna. Nec est illuminabit, sed 'illuminat'. [B] Alioqui sermo videri possit subabsurdus: 'si totum lucidum fuerit, totum lucidum erit'. Proinde nos de nostro adiecimus 'sic', quo magis sentiretur collatio.

[38] [A] Baptizatus esset. Ἐβαπτίσθη. Cur non potius 'lotus esset', cum de simplici manuum lotionem loquatur?

[39] Catini. Τοῦ πίνακος. Quod non solum catinum, sed etiam quadram [B] aut tabellam [A] significat. Intus est vestrum. *Vestri* mauult Laurentius, vt sit genitiusus pronominis primitiui. [E] Vt non ad supellectilem, sed ad ipsos Pharisaeos referatur. Quod apud Matthaeum 23. ambigue dictum fuit, Lucas explanat addito pronomine ὑμῶν. Quidam enim illic interpretantur immundum esse quod in catinis et poculis continebatur, eo quod fraude ac vi partum esset. Lucas autem videtur totum hominem ligneis ac fictilibus vasculis comparare; quae quum sint extra hominem, tamen in his mundandis nonnullam religionem sitam arbitrabantur. Similiter in lotionibus corporum, quae pars hominis est externa, videlicet animi domicilium, quum ipsam mentem sinerent vitiorum sordibus inquinatissimam esse. Commemorat autem duo vicia quae penitus latent in animo, auariciam ac maliciam, quam Theophylactus interpretatur inuidiam. Neque enim Graecis est κακία aut ἀνομία, quam fere vertit *iniquitatem*, sed πονηρία, quae peruersam mentem significat; eoque Dominus ostendit remedium maxime aduersans auariciae et inuidiae, eleemosynam. Qui largitur sua, multum abest ab alienorum rapina; et qui miseretur indolens malis alienis, multum abest ab inuidia, quae gaudet aliorum incommodis ac maceratur commodis. Et tamen sensus ille quem primo recensui loco, non repugnat huic comparationi; potest enim sic accipi: Vos Pharisaei praepostero iudicio pluris facitis externa quam interna, in discis et poculis quod externum est, mundatis nec datis operam, vt cibus potusque vester sit mundus. Apud Deum enim immundum est quicquid fraude partum est. Itidem crebris lotionibus curatis corporum mundiciem, quum mentem habeatis illotam. Huic interpretationi consentanea scribunt Ambrosius ac Theophylactus.

[41] [A] Quod superest. Τὰ ἐνόντα. Diuersa vox est ab ea quae frequentior est ac tritior, τὸ λοιπόν. [B] Caeterum quod noster interpres vertit *quod superest*, longe secus interpretatur Theophylactus. Eius verba subscribam. Τὰ ἐνόντα οὖν, τοῦτ' ἔστι τὰ ὑπάρχοντα ὑμῖν· καλῶς δὲ εἶπεν ἐνόντα καὶ οὐκ εἶπεν ὄντα, διότι τὰ

LB 280
605
610

χρήματα ἔνεισι τῇ καρδίᾳ τοῦ φιλοχρημάτου, καὶ ἐγκάθηνται αὐτῇ. Διὸ καὶ ὁ Δαβὶδ φησι μὴ προστίθεσθαι τὴν καρδίαν τῷ πλούτῳ. Id est: 'Quae insunt igitur, hoc est 'quae suppetunt vobis'. Recte | autem dixit: 'quae insunt', et non dixit: 'quae sunt', propterea quod pecuniae insint cordi auari atque insideant ei. Quapropter et Dauid monet non apponendum esse cor diuitiis'. Theophylactus accipere videtur, vt τὰ ἐνόντα et ἐλεημοσύνην appositivie iungantur: date res vestras eleemosynam. Potest autem et sic accipi, vt subaudiatur κατὰ: iuxta ea quae suppetunt vobis, date eleemosynam. Interpres intellexisse videtur 'iuxta ea quae sunt in vobis'. At quod praeteriit, non est in nobis, atque ob id vertit *quod superest*. [D] Quaquam ἔνεστι sonat 'licet'; vnde et ἐνόντα dici possunt quae sunt in nos-

563 num B-E: non A.

566 sicut E; quemadmodum A-D.

598-599 Quod superest ... τὸ λοιπὸν inter 628 manifestus est et 634 Mentam posuit A.

600 Theophylactus C-E: Vulgarius B.

602 ἐγκάθηνται D E: ἐκάθηνται B C.

606 Theophylactus C-E: Vulgarius B.

561 Tui Is also missing in *Nov. Test.* Cf. supra, p. 163 sq., l. 268 sqq., ad *Mt.* 6, 22.

562 *Fit ... catholica sententia* The meaning becomes generally valid. Cf. supra, p. 163, ll. 269-270 ("sententia ... sit absoluta."). The term is probably borrowed from Quint. *Inst.* II, 13, 14: "praecepta quae καθολικά vocant, id est, vt dicamus, quomodo possumus, 'vniuersalia' vel 'perpetualia'".

563-564 *Potest ... etc.* A reference to Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 835, col. 1: "Graece est 'vide' siue 'animaduerte, nunquid lumen quod in te tenebrae est' siue 'tenebrae sunt'".

567-570 *vt cum ... sic Nov. Test.*: "Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrosam, sic ("sic" *om. A*) erit lucidum totum, vt cum lucerna fulgore (*A*: "fulgoris") illuminat te". Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 835, col. 1.

572-573 *Baptizatus ... loquatur* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 835, col. 2: "admiratus est quod non prius lotus est' siue 'esset' siue 'baptizatus est'".

575 *Vestri ... Laurentius Nov. Test.*: "vestri". Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 835, col. 2: "Quod autem intus est vestri' dicendum fuit, non 'vestrum', sed de ipsis hominibus loquitur Dominus, non de eo quod est hominum. Nam aliud est quod tui est quam quod tuum est. Siquidem quod tui est idem est quod ex te, tuum autem idem est quod ex tuo. Ita vestri et vestrum. Nam alter genitiuus pluralis significat passivie: vt 'in medio vestri' vel 'nostri'. Alter possessivie siue activie: vt 'aliquis vestrum' aut 'aliquis nostrum'; de quo

latius in secundo libro de linguae Latinae elegantia'. Here Valla is referring to *Eleg.* II, 1. 'De tribus pronomibus, Mei, Tui, Sui' (Garin, I, p. 42 sqq.). Cf. *Paraphr. in Eleg. Laur. Vallae*, ASD I, 4, p. 275 sq., ll. 888-906.

576 *pronominis primitiui* Cf. supra, p. 195, n.ll. 61-62.

577 *Matthaeum Mt.* 23, 25. Cf. supra, p. 303 sq., l. 813 sqq.

581 *religionem* Cf. supra, p. 71, n.ll. 105-106.

582 *quae* The gender is not determined by the antecedent, but by the predicative noun; cf. supra, p. 137, n.l. 666.

585 *Theophylactus Enarr. in Lc.* II, 37-41, Migne *PG* 123, 868 D - 869 A.

586 *iniquitatem* The translation in *Vg.* of ἀνομία in *Mt.* 7, 23; 13, 41; 23, 28, and 24, 12, *Rom.* 4, 7 (a quote from *Ps.* 31 (32), 1) and 6, 19, 2. *Cor.* 6, 14, 2. *Thess.* 2, 7, *Tit.* 2, 14, *Hebr.* 1, 9 and 10, 17, and 1. *Ioh.* 3, 4; used in addition a few times for ἀδικία in *Lc.*, *Act.*, *Rom.*, 1. *Cor.*, 2. *Thess.*, 2. *Tim.*, *Hebr.*, *Iac.* and 1. *Ioh.*, twice for ἀδικημα (*Act.* 24, 20, and *Ap. Ioh.* 18, 5), and once for πορνεία (*2. Petr.* 2, 15).

596 *Ambrosius Expos. Lc.* VII, 100, *CCSL* 14, p. 248.

597 *Theophylactus V.* supra, n.l. 585.

600-603 Τὰ ἐνόντα ... πλούτῳ Theophyl. *Enarr. in Lc.* II, 37-41, Migne *PG* 123, 869 A. For Δαβὶδ cf. supra, p. 67, n.l. 25.

607 *appositivie* 'as apposition' or 'in apposition'; cf. supra, p. 240, l. 190.

tra potestate. Quidam interpretantur: ‘*quod superest*, id est quod redundat, sed male’. [E] Expendat lector eruditus num τὰ ἐνόητα positum sit absolute, pro τὸ ἐνόη, vt intelligas quae facta sunt, non posse fieri infecta, illud restare quod est in potestate nostra, vt rapinas pensemus eleemosynis. Et hunc sensum attingit Beda. [B] Illud adnotandum: cum modo fecerit mentionem rapinae, in remedio non fieri mentionem restitutionis, tantum pollicetur eleemosyna data omnia fore munda. [E] Sed qui iubetur dare iis quibus nihil debet, multo magis iubetur reddere si quid cui debet. Praeterea rapinam Dominus appellat auariciam; vt quod Pharisaei colligebant ex decimationibus, licet iure, tamen quoniam cupiditati suae seruiebant sub obtentu legis obseruandae, rapina fuerit. Postremo rapina est quod diues, licet recte partum, possidet, si non impartiat egenti proximo. In his non exigitur restitutio, sed sufficit animi vicium eleemosyna redimere. [A] Date eleemosynam. Δότε ἐλεημοσύνην. Anceps est vtrum sit *date* an ‘*datis*’, indicandi modo an imperandi. Iuxta posteriorem lectionem sensus erit: Existimatis vos data eleemosyna liberari ab omni rapina, [B] si paululum ex ea contuleritis in pauperes? [A] Siquidem obiicit alibi Pharisaeis quod eleemosynam suam facerent coram hominibus. Iuxta priorem lectionem sensus manifestus est. [B] Sed tamen haec adhortatio duriuscule cohaeret cum iis quae praecedunt ac sequuntur, quae magis exprobrationem habent quam admonitionem. Alioqui qui conuenit, vt quos modo fecerit tam scelerosos, subito data eleemosyna velit vndiquaque mundos videri?

[42] [C] Qui decimatis. Graecis est ὅτι, ‘quia’, quemadmodum et in caeteris consentit exemplar aureum. [A] Mentam. Ἡδύοσμον, [B] vox dicta ab odoris gratia. Nominat autem duas herbas viles nec admodum necessarias ad vsum humanae vitae. Et omne holus, dixit pro ‘quoduis holus’ – hoc est ‘quantumlibet contemptum’ –, insignem illorum notans auariciam. Etiam si diuus Ambrosius *decimatis* accipere videtur pro ‘decimas datis’. Sic enim scribit: *Breuiter autem vicia eorum multa perstringit, qui viliorum fructuum decimis conferendis omne studium intendunt suum.* [E] Neque secus interpretantur Theophylactus et Cyrillus. [B] Cumque hac sententia magis congruit quod sequitur, *Et praeteritis iudicium et charitatem Dei.* Iudicium hominum est, cum quis ex huiusmodi obseruatiunculis iudicatur pius, si quis crebro ieiunet, si quis multum peculiarum dicat, si quis sordide vestiatur. Iudicium Dei est, cum ex animi affectu pietas hominis aestimatur. Charitas hominum est, cum leuiculo beneficio iuuatur quispiam, quod aliquoties praestabat collatum non esse. Charitas Dei est, cum in his succurritur homini quae ad illius aeternam salutem pertinent, cum hic affectus praestatur et inimicis. Et haud scio an hic Christi sermo ad istos pertineat qui benignitate sua rem augment monasteriorum aut collegiorum, fortassis etiam pontificum opibus [C] plus satis [B] affluentium, praeteritis egenis, nonnunquam cognatis aut etiam liberis.

LB 281 | [46] [A] Quae portare non possunt. Δυσβάστακτα, id est ‘difficilia portatu’. Non tangitis sarcinas. Τοῖς φορτίοις. Idem verbum quod modo vertit ‘onera’. Et significantius erat ‘attingitis’ quam *tangitis*, et appositius ad Graecam

655 vocem. [B] Hic locus ad eos pertinet qui constitutionibus humanis illaqueant populum non alio spectantibus quam ad commodum eorum qui instituunt.

[48] [A] Quod consentitis. Συνευδοκεῖτε, id est ‘comprobatis’.

[50] [B] A generatione. Γενεά, quo saepe vtuntur sacrae literae, Graecis sonat aetatem. Neque enim est hic eadem vox qua Matthaeus vtitur in generatione Christi.

660 [51] [A] Inter altare et aedem. Καὶ τοῦ οἴκου, id est ‘domum’, [B] sed partem templi intelligit. [A] Ita, dico vobis. Ita non est hic οὕτως, sed ναί, quod aliquoties transfert *etiam*, aliquoties *utique*, aduerbium vehementer affirmantis. Veri poterat ‘profecto’ siue ‘certe’.

665 [52] [B] Tulistis clauem. Ἔρατε, a ‘tollo’, hoc est: ‘recepistis in vos’. [C] Tollimus enim gladium ad iter et tollimus quod ab aliis auferimus.

[53] [A] Insistere. Συνέχειν, id est ‘cohibere’. Verum emendatiores codices habebant ἐνέχειν, id est ‘imminere’ siue ‘vrgerē’, atque ita consentaneum est interpretem legisse. Et os eius opprimere. Ἀποστομιζέειν. Interpres legisse videtur ἐπιστομιζέειν, quod significat obturare os nec sinere loqui. At Graeci codices habent ἀποστομιζέειν, quod magis significat pendere ab ore et obseruare quid dicatur. Atque id longe rectius quadrat cum his quae praecesserunt et sequuntur: ‘insistebant ei’ et ‘insidiabantur’ et *quaerentes capere aliquid ex ore*

623 Date E: Verumtamen date A–D.

625 posteriore C–E: priorem A B.

626 rapina B–E: immundicia A.

628 priorem C–E: posteriorem A B.

652 portare E: portari A–D.

658–660 A generatione ... Christi. E: Super generationem ... Christi *inter* 662 intelligit et Ita dico *posuerunt* B–D.

615 Beda In Lc. expos. IV, 11, 41, CCSL 120, p. 242.

616–632 Illud ... videri Cf. Resp. ad annot. Ed. Lei, LB IX, 250 D – 251 B.

631 vndiquaque Is not mentioned in Lewis-Short, OLD, Du Cange, Blaise (*chrétiens* and *Moyen-Âge*) and Niermeyer. Hoven mentions the word as used by Er. in the *Colloquia*, i.q. “everywhere” in ASD I, 3, p. 221, l. 21, and i.q. “in all respects” in ASD I, 3, p. 424, l. 11, p. 462, l. 332, p. 481, l. 386, etc., and once in the correspondence of Heinrich Bullinger (1504–1575).

636 omne ... holus Nov. Test. A: “omne holus”; B–E: “quoduis holus”.

638–640 Ambrosius ... suum Expos. Lc. VII, 103, CCSL 14, p. 249 (“Breuiter ... praestringit, qui ... intendant suum”).

640–641 Theophylactus Enarr. in Lc. 11, 42–51, Migne PG 123, 869 C.

641 Cyrillus Comm. in Lc. 11, 42, Migne PG 72, 713 C–716 A.

653–655 Non ... vocem Vg: “oneribus ... tangitis sarcinas”; Nov. Test.: “oneribus ... attingi-

tis sarcinas”.

655–656 Hic locus ... instituunt Cf. supra, pp. 204 sqq. and 296 sq., ll. 303 sqq. and 655 sqq., *Moria*, ASD IV, 3, p. 123, n.l. 970 (“saepe enim quidam ad quaestum factas bullas circumferunt, vt agrestibus et imperitis imponant. Nonnunquam abutuntur et his quas vere concessit pontifex, dum eas populo proponunt et commendant, non quatenus conducit ad salutem animarum, sed quatenus ad ipsorum quaestum maxime confert.”), and *De interdicto esu carn.*, ASD IX, 1, p. 32, l. 379 sqq. (“constitutiones ad pietatem institutae ... laquei captandis pecuniis accommodi”).

657 Quod... comprobatis Nov. Test. A: “consentitis”; B–E: “comprobatis”.

661–662 Inter ... intelligit Cf. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 835, col. 2.

664 profecto The reading of Nov. Test.

667–674 Insistere ... ore eius Nov. Test. A: “insistere et ab ore illius pendere”; B–E: “grauiter insistere et captiose interrogare eum de multis”.

eius. Neque enim haec competunt in eum qui occludat os loquentis. Denique ad
675 hunc modum interpretantur Graeci interpretes. Quod si quis mihi parum habet
fidei, ipsius Theophylacti verba subscribam, quod ad hunc attinet locum: Καὶ δὲ
ἀποστομίζειν αὐτὸν ἤρξαντο, τοῦτ' ἔστι πυκνῶς ἐρωτᾶν αὐτὸν καὶ ἀπορεῖν. Γίνεται
γὰρ τὸ ἀποστομίζειν, ὅταν πλείονες ἐρωτῶσιν ἓνα περὶ ἄλλων καὶ ἄλλων ὑποθέ-
680 σεων. Τότε γὰρ μὴ δυνάμενος ἀποκρίνεσθαι ἔμφρασιν δίδωσι τοῦ ἀνοήτου ἐξα-
πορηθῆναι. Τοῦτο τοίνυν ἐσοφίζοντο καὶ οἱ κατάρτοι ἐκεῖνοι κατὰ Χριστοῦ. Πολλοὶ
γὰρ ἐρωτῶντες τὸν ἓνα ἐδόκουν ἀποστοματίζειν αὐτὸν καὶ εἰς ἀπορίαν ἄγειν,
ὡς μὴ δυνάμενος ἀποκρίνεσθαι ὕπερ εἰκότως ἐγένετο. Πῶς γὰρ ὁ εἷς δύναιτο
πολλοῖς ἀποκρίνεσθαι ἄλλα καὶ ἄλλα ἐρωτῶσιν; Δύναται δὲ τὸ ἀποστομίζειν καὶ
οὕτως νοηθῆναι, ἀντὶ τοῦ παγιδεύειν αὐτὸν, καὶ ἀπὸ τοῦ στόματος κρατεῖν. Ὅταν
685 γὰρ τις κρατηθῆ ἄφ' ὧν λέγει, ἀποστομίζεσθαι δοκεῖ, τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ τοῦ στό-
ματος ἔλκεσθαι καὶ κατακρίνεσθαι. Δηλοῖ δὲ τοῦτο καὶ τὰ ἐφεξῆς. Ζητοῦντες γάρ,
φησί, θηρεῦσαι τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Ὅπερ γὰρ πρὸ ὀλίγου εἶπεν ἀποστο-
ματίζειν, τοῦτο νῦν λέγει θηρεῦσαι τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Quae nec transferre
690 grauabor in gratiam eorum qui Graece nesciunt: 'Verum ἀποστομίζειν etiam
illum coeperunt, hoc est: frequenter interrogare eum et perplexum reddere. Fit
enim τὸ ἀποστομίζειν, cum plures interrogant vnum de aliis atque aliis argumen-
tis. Tum enim qui non potest respondere, speciem praebet stulti, quod haereat.
Hoc sane tunc moliebantur etiam scelesti illi aduersus Christum. Nam cum
multi interrogarent vnum, videbantur ἀποστομίζειν illum et ad haesitantiam
695 deducere, vt qui non posset respondere, id quod probabiliter accidisset. Quo
pacto enim vnus posset multis respondere alia atque alia interrogantibus? Quan-
quam potest ἀποστομίζειν et sic accipi pro eo quod est 'illaqueare eum et ab ore
capere'. Cum enim quis capitur ex his quae dicit, ἀποστομίζεσθαι videtur, hoc
700 est: ab ore trahi ac condem|nari. Declarant autem hoc et ea quae sequuntur:
'Quaerentes enim', inquit, 'venari quippiam ex ore illius'. Quod enim paulo ante
dixerat ἀποστομίζειν, hoc nunc dicit venari quippiam ex ore eius'. Hactenus
Theophylactus. Caeterum ne Laurentius quidem satis attentus fuit hoc loco, qui
ἀποστομίζειν siue ἀποστοματίζειν – nam vtrunque reperio – putat vnico verbo
reddi potuisse, 'interpellare' siue 'obstreperere' siue 'obloqui'. Et tamen is ἀποστομα-
705 τίζειν legit, non ἐπιστομίζειν. [B] Equidem non memini legere verbum hoc apud
alios autores praeter quam apud paucos, nempe Athenaeum libro Dipnosophista-
rum octauo, pro eo quod est memoriter recitare, nullo codicis auxilio, quod
vulgo dicunt 'oretenus dicere'. Eius verba subscribam: καὶ ὁ Πλούταρχος ἔφη
'Ροδιακὴν εἶναι λεγομένην ἱστορίαν, ἣν ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀποστοματίζειν οὐ δύνασθαι
710 τῷ πάνυ πρὸ πολλοῦ ἐντετυχηκέναι τῷ ταῦτα περιέχοντι βιβλίῳ, id est: 'Et Plu-
tarchus aiebat esse fabulam, quae Rhodiaca diceretur, sed quam in praesentia non
posset memoriter referre, quod ante plurimum temporis incidisset in eum librum
in quo illa containerentur'. Astipulatur et Hesychius, ἀποστομίζειν, inquit, ἀπὸ
μνήμης ἀξιῶν λέγειν, id est 'memoriter velle dicere'. Quanquam idem mox inter-
715 pretatur ἀποστομίζων φιμοιῶν, id est 'obturans' siue 'occludens os'. Quod qui-
dem posterius, propius accedit ad sensum euangelistae. Verum haud scio an ἐπι-

στομίζειν legendum sit pro ἀποστομίζειν. Quo verbo vsus est Athenaeus eodem in libro paulo inferius: πάντας γὰρ ἐπιστομίζειν πειρώμενος οὐδενὸς μὲν ἀμαθίαν κατέγνωσ, σαυτὸν δὲ ἀποφαίνεται κενώτερον λεβηρίδος, id est: ‘etenim dum omnibus studes occludere os, non alios inscitiae condemnas, sed teipsum ostendis inaniorem leberide’. Consimilem in modum vsus est Paulus in epistola ad Titum, capite I.: οὐς δεῖ ἐπιστομίζειν, vbi Hieronymus vertit *silentium indici*, Theophylacti interpres *redargui*. Cuius verbi meminit Iulius Pollux libro 2., exponens ἐπιστομίσαι τὸ ἐπισχεῖν τὸν λέγοντα, id est ‘cohibere loquentem’. Idem indicat ἀποστοματίζεσθαι et apud Platonem inueniri, qui scripserit alicubi τοὺς παῖδας ἀποστοματίζεσθαι, quoties exigentibus praeceptoribus pueri reddunt memoriter quae praecepta sunt. Quin et ipsum quod redditur, ἀποστοματίζεσθαι dici, vt vel ad rem vel ad personam referatur. [D] Nos certe comperimus apud Aristotelem in Elenchis consimili sensu. Quod ipsum non male congruit huic loco. Etenim praeceptores solent, quum examinant discipulos, frequenter interpellare rogatiunculis, tentantes an intelligant quae pronunciant, vt si quid errarint, corrigant. Sic

676 Theophylacti C–E: Vulgarii A B.

682 εἰκότως A: εἰκότως B–E.

687 θηρεῦσαι τι B–E: θηρεῦσαντι A.

688 transferre B–E: transferte A.

691 vnum B–E: eum A.

693 tunc B–E: nunc A.

702 Theophylactus C–E: Vulgarius A B.

706 libro B: lib. C–E.

722 capite B–D: cap. E.

722–723 Theophylacti interpres D E: Vulgarius interpres B, Theophylactus interpres C.

723 libro B–D: lib. E.

676 *Theophylacti Enarr. in Lc.* II, 52–54, Migne PG 123, 873 D – 876 B. In his quote Er. omits πᾶσιν following δυνάμενος (l. 679) and reads ἀνοήτου in l. 679 instead of τοῦ ἀνοήτου; consequently he gives the translation of l. 692 sq.

698 *quis* l. q. ‘aliquis’. V. supra, p. 42 sq., introd., §8b.

702 *Laurentius Valla, Annot.*, Garin, I, p. 835, col. 2: “Pro tribus dictionibus nostris, ‘os eius opprimere’, vnum est Graecum ἀποστοματίζειν; quod si vna dictione transferri posset, diceretur ‘interpellare’ siue ‘obstreperere’ siue ‘obloqui’”.

706 *Athenaeum Dipnosophistae*, VIII, 59 (359^d).

708 *oretenus dicere* I did not find the expression in the meaning which Er. ascribes to it. In Tac. *Ann.* XV, 45, 2, “doctrina Graeca ore tenus exercitus” means that someone enthuses about Greek philosophy, but does not live in accordance with it. In Gelasius, *Epistulae* 43, 2 (*Epistulae Romanorum pontificum ... a S. Hilario vsque ad Pelagium II*, ed. A. Thiel, Braunsberg, 1868, I, p. 474), “haec ore tenus narrarunt” means that the story has not been written down.

713 *Hesychius Lexicon*: ἀποστομίζειν· ἀπο μνήρης ἀξιούν λέγειν. ἀποστομίζων: φημῶν.

Cf. supra, p. 296, l. 625 sqq., ad Mt. 22, 34: Ἐφίμωσεν.

717 *Athenaeus Dipnosophistae*, VIII, 62 (362^b).

721 *Paulus Tit.* I, II: Vg.: “quos oportet redargui”, *Nov. Test.*: “quibus oportet obturare os”.

722 *Hieronymus Comm. in Tit.* I, 10–11, Migne PL 26, 604 C.

722–723 *Theophylacti interpres redargui* “Quos oportet redargui” is the translation of Vg. It is therefore not surprising that this text is quoted in the translation of Theophyl. *Expositio in Tit.*, Migne PG 125, 152C, by Christophorus Persona (in the 1519 edition on f° 119 v°; cf. supra, p. 115, n.l. 116). In fact, it is questionable whether Er. meant this and whether he interpreted “interpres” here to mean ‘translator’ or ‘explainer’, as the readings of B (“Vulgarius interpres”) and C and D (“Theophylactus interpres”) suggest.

723 *Iulius Pollux Onomasticon*, II, 102: καὶ ἐπιστομίσαι τὸ ἐπισχεῖν λέγοντα ... ἀποστοματίζεσθαι δὲ τοὺς παῖδας Πλάτωνος που [*Euthyd.* 276 C] λέγει, οἶον ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἐπερωτᾶσθαι τὰ μαθήματα ὡς ἀπὸ στόματος λέγειν.

728 *Aristotelem Soph. el.* 165^b32.

isti, quemadmodum interpretatur Cyrillus, multis quaestiunculis interpellabant Dominum, vt si non responderet, videretur indoctus, sin male responderet, coargueretur aut, si bene quoque responderet, tamen ex multis praeberetur ansa reprehendendi. [B] Quae nobis apud idoneos autores super hoc verbo comperta sunt, in medium attuli, prudenti lectori iudicium relinquens ac delectum.

[A]

EX CAPITE DVODECIMO

[1] Multis turbis. Τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου, id est ‘myriadibus turbae’. Myrias autem Graece significat decem milia. Quanquam ea voce abutuntur pro innumerabili multitudine. Vnde verti poterat ‘innumera turbae multitudo’. Nec est concurrentibus. Ἐπισυναχθεισῶν, id est ‘simul aggregatis’. [D] Vetusti codices habebant ‘circumstantibus’. [A] Ad discipulos. Hic Graeci addunt πρῶτον, id est ‘prius’ siue ‘primum’. Quanquam aduerbium ita positum est, vt possit vtrouis referri: [B] ‘primum dixit ad discipulos’ siue ‘primum attendite’. [A] Deinde est attendite. Προσέχετε ἑαυτοῖς.

[2] Reueletur. ‘Reuelabitur’ est Graece et ‘scietur’, non *sciatur*, ἀποκαλυφθήσεται, γνωσθήσεται.

[3] In cubiculis. Ἐν τοῖς ταμείοις, id est ‘in penetralibus’ siue ‘intimis aedium’.

[5] Ita, dico vobis. Rursum est ναί, de quo modo admonui, [B] affirmantis aduerbium.

[6] [A] Dipondio. Exposuit interpretes quod vertit. Nam Graece est ἀσσαρίων δύο, id est ‘assibus duobus’. Quanquam Graeca vox diminutiua est, sicut et ‘pascerculi’. In obliuione. Ἐπιλεησμένον. Quasi passiuè dicas ‘oblitum’.

[8] Confessus fuerit me. Graece est ἐν ἐμοί, id est ‘in me’. Sic non est *confitebitur eum*, sed ‘in eo’; [B] id tamen ad sensum nihil refert, tantum est idiomatis Hebraici.

[11] Qualiter aut quid respondeatis. Τί ἀπολογήσθητε, id est: ‘quid responsuri sitis’, sed proprie accusanti, hoc est: ‘quibus modis verba facturi sitis et qua ratione instituturi defensionem quidue adducturi pro defensione causae’, quemadmodum vulgus reorum facit qui solent vtroque modo periclitari, si vel formam agendi nesciant vel parum instructi sint ad refellendum quod obiicitur.

[15] [A] Ab omni auaricia. *Omni* non additur in Graecis codicibus. Nec est simpliciter *auaricia*, quae magis dicitur φιλαργυρία, sed est πλεονεξία, nomen a plus habendo dictum, quo saepenumero vsus est diuus Paulus, vbi quis fraudatis aliis plus vsurpat sibi quam par est.

[19] Epulare. Εὐφραίνου, id est ‘laetare’. Neque enim opus erat repetere *epulare*, cum ante dictum sit: *comede, bibe*. Caeterum verbum εὐφραίνομαι, inde dictum, quod animo bene sit, omnes vitae voluptates complectitur quibus animus oblectat se. Proinde in Psalmis: *Et vinum laetificat cor hominis* Graecis est εὐφραίνει. At hic perpetuo vertit ‘epulari’. Nam et aliquanto post, [E] vi|delicet cap. 15: [A] *Adducite vitulum saginatum et occidite et manducemus et epulemur*,

εὐφρανθῶμεν. Ac rursum *Et coeperunt epulari*, εὐφραίνεσθαι, id secutus, opinor, quod epulari non sit simpliciter agere conuiuium, sed genialiter et opipare comessari.

775

[20] Repetent. Ἀπαιτοῦσι, id est 'repetunt' siue 'reposcunt'. Sic et Hieronymus subinde citat, vt sit praesentis temporis; et aptior est hypallage ad mox imminens periculum significandum. [B] Cyprianus in precationem dominicam adducit his verbis: *Stulte, hac nocte expostulatur anima tua*. [D] Et 'repetunt' habebat exemplar Constantiense. [A] Cuius erunt? Τίνι ἔσται; Id est: 'cui

780

738 Multis turbis B-E: Multis autem turbis A.

739 abutuntur B-E: vtuntur A.

744 possit B-E: posset A.

745 attendite. Προσέχετε E: Attendite vobisipsis. Προσέχετε A-D.

748 cubiculis E: cubiculo A-D.

750 Ita dico ... admonui inter 754 oblitum et

755 Confessus posuit A, inter 754 oblitum et

758 Qualiter posuerunt B-D.

752 Dipondio E: Dypondio A, Dupondio B-D.

755-757 Confessus ... Hebraici inter 762 obicitur et 763 Ab omni posuerunt B-D.

732 *Cyrillus Comm. in Lc.* II, 53, Migne PG 72, 724 B: Καὶ τί πάλιν τὸ ἀποστοματίζειν ἐστίν; Ἀπῆρτον ἐκ τοῦ παραχρημα, καὶ οἶονεὶ ἀσκεπτὶ πρὸς τὰς πανούργους αὐτῶν ἀποκρίνεσθαι πεύσεις, οἰηθέντες ὅτι διαπεσεῖται πάντως καὶ καλήσει τι τῶν ὅσα ἐστὶν οὐκ ἔξω διαβολῆς.

738-745 *Multis* ... ἐάντοῖς Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 835, col. 2.

742-745 *Ad* ... attendite *Nov. Test.*: "coepit dicere ad discipulos primum, cauetes (A: "discipulos: Primum attendite") vobisipsis a fermento".

746 *Reueletur* ... sciatur *Nov. Test.*: "reuelabitur ... sciatur". Cf. supra, p. 190, l. 957 sqq., ad Mt. 10, 26.

748-749 *In* ... aedium *Nov. Test. A*: "in cubiculis"; B-E: "in conclauibus".

750-751 *Ita* ... aduerbium Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 836, col. 1. *Nov. Test. A*: "Ita"; B-E: "Certe". Cf. supra, p. 545, l. 662 sqq., ad Lc. II, 51.

755-756 *Confessus* ... in eo Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 836, col. 1. Vg. contains the readings: "confessus fuerit me" or "in me" and "confitebitur illum", "in illo", "in eo", or "illo", *Nov. Test. A*: "confessus fuerit in me ... confitebitur in illo", B-E: "confessus fuerit me ... confitebitur illum".

756-757 *idiomatis* V. supra, p. 48, introd., §10.

767-768 epulare B-E: epulari A.

769 bene B-E: bono A.

772 Adducite B-E: Adducit A.

773 coeperunt epulari E: coeperunt omnes epulari A-D.

773 εὐφραίνεσθαι *scripsi cum Nov. Test.*: A-E: εὐφρανθεῖσθαι A-E.

776-777 repetunt ... Hieronymus D E: repetunt, Auferent, siue rapient, pro repetunt. Hieronymus A, repetunt, Auferent, siue rapient, repetunt. Porro Hieronymus B, repetunt. Porro Hieronymus B, Repetunt, siue reposcunt. Porro Hieronymus C.

758 *quid respondeatis* The reading of *Nov. Test. B-E; A*: "quae".

763 *Omni* ... *codicibus* Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 836, col. 1, makes the same observation; "omni" *om. Nov. Test.*

765 *Paulus Rom.* I, 29, 2. *Cor.* 9, 5, *Eph.* 4, 19 and 5, 3, *Col.* 3, 5, and 1. *Thess.* 2, 5.

767-775 *Epulare* ... *comessari* Adopted from Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 836, col. 2, with variations. Er. refers to this text infra, p. 560, l. 89. Cf. infra, pp. 560, 561 and 564, ll. 89 sqq., 96 sq. and l. 171 sqq., ad Lc. 15, 23, 24, 29 and 32, and 16, 19. *Nov. Test.*: "gaude".

770 *Psalms* Ps. 103 (104), 15 ("laetificet").

772-773 *Adducite* ... *epulari* Lc. 15, 23 and 24.

773 εὐφραίνεσθαι The reading of *Nov. Test. Annot. A-E, BAS* and *LB* read εὐφρανθεῖσθαι, a non-existent word.

776 *repetunt* The reading of *Nov. Test.*

776-777 *Hieronymus Comm. in Hos.* II, 2, 6, 4-5, *CCSL* 76, p. 66, and *Epist.* 432, 2, *CSEL* 54, p. 319: "Stulte, hac nocte repetunt animam tuam a te." (modern editions of Vg.: "Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te").

777 *hypallage* V. supra, p. 46, introd., §9.

778 *Cyprianus Dom. orat.* 20, *CCSL* 3A, p. 102.

780-781 *Cuius* ... *sortientur* *Nov. Test. A*: "cuius erunt"; B-E: "cui cedent".

erunt?’, hoc est: ‘cui cedent et quem dominum sortientur?’. [D] Et apud Paulum hic color: *Si fuerit alteri viro*, id est ‘cum altero viro’.

[21] [A] Sic est qui sibi. *Est* non additur in Graecis exemplaribus, vt liberum sit subaudire quod commodissimum sit.

785 [24] Quibus non est cellarium. Pro ‘cellario’ Graecis idem verbum est quod iam aliquoties vertit *cubiculum*, ταμειῶν. Qui proprie locus est in aedibus in quo esculenta poculentaque reponuntur, a ταμειεύειν, quod est ‘dispensare victum’, et ταμίαις, ‘promus condus’. Porro quod Laurentius cauillatur, ‘cellam’ accipi pro vinaria duntaxat et *coruos* esse hydropotas, bis errauit. Nam primum
790 ‘cella’ a celando dicta, non vini tantum reconditorium est. Deinde, si corui non bibunt vinum, hoc magis facit ad sensum euangelicum, vt qui quouis potu contenti, quem passim obuium praebet omnibus natura, non egeant cellis viniariis. Pluris estis illis. Διαφέρετε τῶν πετεινῶν, id est: ‘praecellitis volucribus’. Nam διαφέρειν tametsi significat differre, vsurpatur tamen saepenumero pro
795 ‘praestare’ et ‘antecellere’. [B] In quem sensum vsus est et Paulus ad Philippen., cap. primo. Item ad Romanos, cap. secundo.

LB 285 [25] [A] Cogitando. Μερικῶν, id est ‘sollicitudine’. Quanquam | Graece participium est, quasi dicas: ‘curans’ [D] siue ‘sollicite cogitans’.

[28] [A] Si autem foenum. Τὸν χόρτον. Cur non potius ‘gramen’ aut
800 ‘herba’, quemadmodum et alias transtulit? [B] Nisi forte nihil interest inter *foenum* et ‘gramen’. Ad hoc enim adhibetur similitudo, vt intelligamus Deum non neglecturum nos, cum curet et gramen, quod eodem die viret et desectum eodem die exaescit, maxime in aestuosis regionibus. [A] Quanto magis vos pusillae fidei? Vos accusandi casu profertur, ὑμᾶς, vt subaudias ‘vestiet’. Et *modicae*
805 *fidei* Graecis composita dictio est, ὀλιγόπιστοι, quod sonat ‘parum fidentes’. Nam fides est praestantis et fides est fidentis. [B] Sic enim nos abutimur Christiani.

[29] [A] In sublime tolli. Μὴ μετεωρίζεσθαι. Quod non proprie pertinet ad tumorem, quod Graeci vocant μεγάλα φρονεῖν, sed magis, ne curemus ea quae supra nos sunt. Μετέωρα enim vocantur quae sunt in nubibus et in sublimes aëris
810 regione; de quibus Meteorologica scripsit Aristoteles. Consentit cum doctrina Christi dictum illud Socraticum: *Quae supra nos, nihil ad nos*. [B] Nec video quomodo haec particula quadret cum praecedentibus ac sequentibus, nisi sentiatur de his qui ex astrorum cursu procul in futurum consulunt, qui fere mos est diuitum ac principum. [E] Theophylactus aliique Graeci interpretantur μετεωρίζεσθαι
815 qui praesentibus non est contentus, sed semper inhiat maioribus, quae profecto cupiditatum humanarum est natura. Et quodammodo supra conditionem hominis attollit sese qui congerit opes in longinquum, ignarus an postridie sit victurus.

[31] [A] Et iustitiam eius. Haec verba non adduntur apud hunc euangelistam, nec in Graecis nec in vetustis Latinorum exemplaribus, verum ex alio loco huc translata sunt. [C] Atque adeo nec *primum* aduerbium additur. Consentit cum Graeca lectione codex aureus atque etiam Donatianici, [D] postremo et Constantiensis. [C] In quibus scriptum repperi *Quaerite regnum Dei, et haec*

omnia adiucientur etc. Verum quod deesse videbatur in Luca, studiosus aliquis adiecit ex sexto capite Matthaei.

825 [39] [A] Si sciret paterfamilias. Lucas vsus est verbis praeteriti temporis, 'si scisset', 'vigilasset', et 'non siuisset', ἤδει, ἐγρηγόρησεν, | ἀφῆκε. Ponit enim veluti parabolam alicuius cuius domus perfossa sit.

LB 286 [42] Super familiam. Ἐπὶ τῆς θεραπείας, id est 'super famulicium', vt intelligas tantum praefectum famulis, [B] non etiam liberis. [A] Quod genus seruorum 'columen familiae' vocant. Iam illud τὶς ἄρα. *Quis, putas* vertit suo

787 quo D E: quibus A-C.

797-798 Cogitando ... curans *inter* 784 commodissimum sit et 785 Quibus *posuit* A.

803-804 pusillae E: modicae A-D.

813 his E: iis B-D.

827 siuisset D E: sciuisset A-C.

831-872 vocant ... Erunt enim E: vocant. 834 Tritici ... 843 aliquando quemlibet cibum significat. Et serui farre ac leguminibus ale-

bantur, magis quam tritico, id quod licet intelligere ex Catonis libris, de re rustica, qui diligenter hisce de rebus praecipit, qui cibi modus sit dandus seruis. 832 Nec est ... 833 temporis. 831 Iam illud ... 832 quisnam. 847 Cum infidelibus ... 848 dissimulat. 845 Atque illud ... 846 diuidet parteis. 859 Et quid volo ... 860 accensus est. 861 Etiam si secus ... 866 posituius. 849 Vapulabit multis

781 *Paulum Rom.* 7, 3 (Vg.): "Si fuerit cum alio viro". *Nov. Test. A:* "si coeperit altero viro iungi ... si iuncta fuerit alteri viro"; *B-E:* "si se iunxerit alteri viro ... si iuncta fuerit alteri viro".

783 *Est Om. Nov. Test.*

788 *promus condus* Derived from Plaut. *Pseud.* 608: "condus, promus sum, procurator peni".

788 *Laurentius Valla, Annot.,* Garin, 1, p. 836, col. 1: "Cellarium pro cella vinaria solet accipi, quod ad coruos qui potant aquam referri non potest; ideo ego dixissem: 'penarium' seu 'promptuarium'; est tamen idem nomen quod superius transfertur 'cubiculum'". *Nov. Test. A:* "cellarium"; *B-E:* "penarium".

793-795 *Pluris ... antecellere Nov. Test. A:* "pluris estis"; *B-E:* "praestatis". Valla, *Annot.,* Garin, 1, p. 836, col. 1, had translated "differitis". Cf. supra, p. 166, l. 333 sqq., ad *Mt.* 6, 26.

795 *Paulus Phil.* 1, 10, and *Rom.* 2, 18.

797 *solicitudine* The reading of *Nov. Test.*

799-800 *foenum ... herba Nov. Test. A:* "foenum"; *B-E:* "gramen". Cf. supra, p. 225, n.ll. 811-812, ad *Mt.* 13, 26.

803-805 *Quanto ... fidentes Nov. Test. A* like Vg.; *B-E:* "quanto magis vos vestiet, o parum fidentes". For "modicae fidei", cf. supra, p. 166, l. 354 sqq., ad *Mt.* 6, 30.

807-818 *In sublime tolli ... victurus* On the interpretation, cf. Bentley, *Annotations*, p. 45. According to Liddell-Scott, s.v., μετewρίζεσθαι may mean 'to be anxious'.

[26] Et in his omnibus. Καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις. Potest accipi et hic sensus: ‘et super haec omnia’ siue ‘praeter haec omnia’, vt intelligamus hoc accedere ad infelicitatem diuitis quod ob voraginem interiacentem non possit illi succurri. Chaos magnum firmatum est. Mirum quid venerit in mentem interpreti, vt Graecam vocem alia Graeca redderet, nec ea sane idem significante. Siquidem Graece χάσμα est, quod hiatum terrae significat, qui solet existere nonnunquam in terraemotu, quem Aristoteles in libro De mundo chasmatian appellat, vnde et chasmaticus terraemotus dicitur. Nonnulli voraginem vocant, quod fissura terrae in immensam deurgat profunditatem. Chaos autem confusionem significat, hoc dictum a χέω, fundo, illud a χαίνω, hio. Annotauit hunc locum Gulielmus Budaeus noster, nonnihil adiiciens annotationi Laurentianae. Hoc admonendum duxi, partim ne quem suo fraudarem honore, partim vt qui diligentius haec et exactius velit cognoscere, ex illius petat annotamentis quae scripsit in Pandectas iuris. Nam nos vbique seruimus compendio, ne lectori fastidio simus. Neque inde. Μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν, id est ‘neque qui istinc’. Nam Graeci carent hac proprietate aduerbiorum, cum apud Latinos ‘hinc’ referatur ad primam personam, hoc est ‘loquentis’, ‘istinc’ ad secundam, ‘illinc’ et ‘inde’ ad tertiam. Nec est transmeare, sed διαπερῶσιν, hoc est: ‘ne transcendant’, subiunctiuī modi. Nec est [28] Tormentorum, sed τῆς βασάνου, ‘tormenti’ siue ‘cruciatu’.

EX CAPITE DECIMOSEPTIMO

[2] Lapis molaris. Μῶλος ὄνικος, id est ‘mola asinaria’. Nam Graeci ὄνον – id est ‘asinum’ – vocant et saxum substratum in mola quod accipit frumentum, de quo dictum est in Matthaeo.

240 [3] Si poenitentiam egerit. Εἰ μετανόησῃ, id est: ‘si poenituerit’ siue ‘si resipuerit’. Ne accipiamus de satisfactione et poena [C] ceu | proprie dictum. [A] Vt dissimulem quod

[4] Dimittes toties dixit pro ‘remittes’. [B] Et conuersus fuerit. In nonnullis Graecorum codicibus additum erat ‘ad te’, ἐπὶ σέ, in aliis non erat. Apud Ambrosium additur.

[6] [A] Si habueritis. Εἰ ἔχετε, id est: ‘si habetis’, quod recte vertisset ‘si haberetis’. [C] Sicut granum sinapis. Nescio an interpres vsurpauit κόκκον

neutro genere. Nec enim esset sensus mea sententia absurdus, coccum velut
 250 habere fidem, quod in speciem humile et abiectum non ante prodit vigorem
 suum quam attritu prouocatum. Sic alibi vocat nos ad exemplum passerulorum
 et liliorum. Quod si magis placet κόκκον hic positum masculino genere, ὡς κόκ-
 κον, perinde valebit ac dicas: 'fidem similem cocco'. [A] Dicetis huic. 'Ἐλέ-
 γετε ἄν, id est 'dixissetis'. Antiqui codices habent 'diceretis', non *dicetis*, quod
 255 propius accedit ad Graecam veritatem. Arbori moro. Συκαμίνω. Est arbor sui
 generis, peculiaris Syriae, quemadmodum indicat Hieronymus. [B] Hesychius
 addit a nonnullis dici μορέαν, vulgato, vt coniiicio, vocabulo. [D] De hoc xix.
 capite plura dicentur. [A] Deinde quod addit transplantare, sensum magis
 expressit quam verbum. Nec enim est μεταφυτεύθητι, sed φυτεύθητι, hoc est
 260 'plantare'. Et obediet. Καὶ ὑπήκουσεν ἄν, id est 'obedisset'. Antiquus codex
 habebat 'obediret', vt respondeat 'diceretis'. [B] Quanquam ἄν modum reddit
 potentialem et ob id fortassis tolerabilius erat futurum tempus.

[7] [A] Aut pascentem boues. Graece non est *boues*, sed tantum *pascentem*.
 Consentiuunt et antiquissima exemplaria [D] Latinorum, [A] ποιμαίνοντα.

227–218 Gulielmus Budaeus C–E: Guilielmus
 Budeus A, Guilielmus Budaeus B.
 229 duxi B–E: dixi A.
 250 speciem D E: specie C.

251 alibi D E: alicubi C.
 252 masculino genere D E: genere masculino
 C.
 253–254 'Ἐλέγετε ἄν B–E: 'Ἐλέγειτ' ἄν A.

213–215 *Recepisti ... mala Nov. Test.*: "bona tua
 ... similiter mala". Valla too, *Annot.*, Garin,
 1, p. 837, col. 1, had pointed out that "bona
 tua" should be read.

216 *solatio fruitur* The reading of *Nov. Test.*
 B–E; A: "consolatur".

218–227 *Et in his ... hio Nov. Test.*: "Et super
 haec omnia (A: "Et in his omnibus") inter
 nos et vos hiatus ingens (A: "magnus") fir-
 matus est, ... neque isthinc (A–C: "inde")
 huc transcendere (A: "transmeare") ... in
 hunc locum cruciatus" (A: "tormentorum").
 Er. paraphrases Valla, *Annot.*, Garin, 1, p.
 837, col. 1 sq. and adopts from him "Et super
 haec omnia", "vorago", "hiatus" as transla-
 tion of χάσμα, "isthinc" and the remark that
 "transmeare" is not a good translation.

224 *Aristoteles Mund.* 396^a4.

228 *Budaeus Annot. in Pandectas, Omnia opera*,
 3, p. 236: "Aristoteles chasmatiam appellat in
 libro De mundo, τῶν δὲ σεισμῶν οἱ μὲν
 συνιζήσεις ποιῶντες εἰς τὰ κοῖλα, χασματῖαι
 λέγονται, 'terraemotuum', inquit, 'hi qui soli
 considentias in cauernas faciunt, chasmatiae
 dicuntur'. Lucae decimosexto inualuit erra-
 tum, vt chaos pro chasmate legatur, his ver-
 bis: 'Et in his omnibus inter nos et vos chaos
 magnum firmatum est', vbi Graece χάσμα
 μέγα ἐστήρικται, id est: 'chasma magnum

firmatum est', legitur".

232–233 *proprietate* V. supra, p. 48, introd.,
 §10.

238 *mola asinaria* The text of *Nov. Test.*

240 *Matthaeo* V. supra, p. 259, l. 682 sqq., ad
Mt. 18, 6.

244 *Dimittes ... remittes* Er. here refers to *Lc.*
 17, 4. The text of *Lc.* 17, 3 and 4, respectively,
 reads in modern editions of *Vg.*: "dimitte
 illi", in *Nov. Test. A*: "dimitte illi ... dimittes
 illi"; in B–E: "remitte illi ... remittes illi".

246 *Ambrosium Expos. Lc.* VIII, 23, *CCSL* 14,
 p. 305.

247–255 *Si habueritis ... moro Nov. Test. A*: "Si
 habueritis fidem sicut granum sinapis ...
 dixissetis huic arbori moro"; B–E: "Si habe-
 retis fidem sicut habet granum sinapis ...
 dixissetis huic arbori sycamino".

251 *passerulorum Mt.* 10, 29–31, and *Lc.* 12,
 6–7.

252 *liliorum Mt.* 6, 28–29, and *Lc.* 12, 27.

256 *Hieronymus* Cf. infra, p. 572, l. 372 sqq.,
 and Rummel, *Annotations*, p. 55.

256 *Hesychius* συκάμινω: ἡ παρ' ἐνίοις μορέα.
 257–258 *De hoc xix ... dicentur* V. infra, p. 572
 sqq., l. 368 sqq., ad *Lc.* 19, 4.

262 *potentialem* Cf. supra, p. 409, n.l. 507.

263 *boues Om. Nov. Test.*

- 265 Magis autem accipiendum de pastore ouium quam boum. [B] Proinde in Cor-
sendoncensi codice ascriptum erat in interstitio versuum ‘oues’; atque ita suspi-
cor legisse Ambrosium, quanquam et illic verterunt *oues* in *boues*.
- [15] [A] Magnificans Deum. Δοξάζων, id est ‘glorificans’; quod tamen
subinde ita transfert, quo magis sit varius.
- 270 [17] Nouem vbi sunt? Venustius est apud Graecos omissio verbo Οἱ δὲ
ἐννέα ποῦ; Id est: ‘nouem autem illi vbi?’ Nam ‘illi’ addo loco articuli Graeci.
- LB 301 | [18] Non est inuentus. Οὐχ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ
Θεῷ, id est: ‘non sunt reperti, reuersi dare gloriam Deo’, [C] vt ad verbum red-
dam. [A] Porro ‘reperiri’ Graeci dicunt quod accidit quodque compertum sit.
- 275 [22] Quando desideretis. Ὅτε ἐπιθυμήσετε, id est: ‘cum desiderabitis’.
Quanquam legi potest et ἐπιθυμήσητε; [Δ] ita reor legisse interpretem.
- [24] [A] De sub coelo in ea quae sub coelo sunt. Ἐκ τῆς ὑπ’
οὐρανὸν εἰς τὴν ὑπ’ οὐρανὸν λάμπει, id est: ‘e regione quae sub coelo est, in eam
quae sub coelo est’, hoc est: ‘ex vna coeli plaga in alteram’. Ita enim videtur ocu-
280 lis hominum. [E] Similis loquutio est Deuter. cap. 4.: *A summo coeli usque ad
summum eius*. [A] Caeterum collatio haec significat subitum et inexpectatum esse
aduentum regni Dei, non solum quantum ad tempus attinet, verumetiam quan-
tum ad locum, non aliter quam fulgur subito erumpit, nunc hinc, nunc illinc,
quod prius videas quam expectes venturum.
- 285 [25] [B] Primum autem oportet. Πρῶτον pro ‘prius’ positum est. Veniet
quidem vt fulgur, sed nondum veniet, imo ‘prius oportet illum multa pati’ etc.
- [27] [A] Vxores ducebant. Ἐγάμουν, ἐγαμίζοντο. Quod ante in Matthaео
vertit *nubunt*, hic vertit ‘ducunt vxores’, quod illic ‘nubuntur’, hic *dabantur ad
nuptias*.
- 290 [36] Duo in agro. Haec pars apud Graecos non additur in Luca, [B]
etiamsi meminit agri diuus Ambrosius. Imo in exemplari Paulino non erat men-
tio nisi de lecto. [E] Theophylactus duo tantum legit, de lecto et mola; tertium
de agro videtur huc adiectum ex Matthaei cap. 24. [B] Caeterum Ambrosius pro
eo quod est in Graecis ἐπὶ τὸ αὐτό, legit *in pistrino*, fortassis alterius euangelistae
295 sententiam referens.
- [37] [A] Vbicunque fuerit corpus. Graece est Ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ
συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί, id est: ‘vbi corpus, illic congregabuntur | et aquilae’.
Quanquam nonnulli codices habent πτώμα, id est ‘cadauer’, a cadendo dictum
Graecis. Atque hanc lectionem videtur magis approbare Hieronymus.

300

EX CAPITE DECIMOCTAVO

[1] Quomodo oportet. Πρὸς τὸ δεῖν, id est: ‘in hoc quod semper oportet
orare’. Porro ἐκκακεῖν sonat segnescere, hoc est ‘defatigari’, quod hic vocat *defi-
cere*. Κακούς enim Graece nonnunquam vocant inertes et ignavos.

[4] Per multum tempus. Ἐπὶ χρόνον, id est ‘ad tempus’ siue ‘aliquandiu’.
305 Deinde

[5] Εἰς τέλος, quod vertit *in nouissimo*, rectius vertisset ‘denique’. Sugillet me. Ὑποπιάζη, id est ‘vituperet ac derogat’. Nam id significat ‘sugillare’, [B] verbum a pugilibus ductum, qui superne sugillant, generis liuore notatis, inferne supplantant impulso ad ruinam antagonista.

310 [7] [A] Et patientiam habebit in illis. Graeca nonnihil discrepant: βωόντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτός, καὶ μακροθυμῶν ἐπ’ αὐτοῖς, id est: ‘clamantium ad se nocte et die et leni animo ferens illos’. Sed alius codex habebat Ναί, λέγω, μακροθυμῶν ἐπ’ αὐτοῖς ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν, id est: ‘Etiam, dico, longanimis super illis faciet vindictam’; vt intelligamus omnino vlturum, licet
315 serius. Quanquam secus legit Theophylactus, et rectius, ni fallor, propterea quod sequitur ἐν τάχει, id est ‘celeriter’, id quod pugnat cum illo μακροθυμῶν. [E] Chrysostomus item in oratione De orando Deum legit μακροθυμεῖ, quod legisse videtur interpres.

[8] Putas, inueniet. Non est Graecis οἶει, sed ἄρα, ‘an’ siue ‘num’.

272 Οὐχ B–E: οὐ A.

275 ἐπιθυμήσετε B–E: ἐπιθυμήσατε A.

279 alteram B–E: aliam A.

287 Quod B–E: Quomodo A.

312 et leni ... illos. Sed B–E: et longanimis super illis. Sed A.

315 Theophylactus C–E: Vulgarius A B.

266 *in interstitio versuum* an interlinear variant.

267 *Ambrosium Expos. Lc. VIII, 31, CCSL 14, p.*

309: “seruo aranti aut oues pascenti”.

268 *glorificans* The reading of *Nov. Test.*

270–271 *Nouem ... vbi Nov. Test. A*: “Et nouem vbi sunt?”; *Nov. Test. B–E*: “Nouem autem illi vbi?”.

272–274 *Non ... sit* Cf. supra, p. 67, l. 272 sqq., ad *Mt. 1, 18. Nov. Test.*: “Non sunt reperti redisse (B–E: “qui redierint”), vt darent gloriam Deo”.

275 *Quando ... desiderabatis Nov. Test.*: “quando desiderabitis”.

277 *De sub coelo* Cf. supra, p. 131, n.ll. 524–529. *Nov. Test. A*: “e regione supercoelesti in ea quae sub coelo est”; *B–E*: “e regione quae sub coelo est, in alteram quae sub coelo est”.

280 *Deuter. Dt. 4, 32 (Vg.*: “a summo caelo ... eius”).

285 *Primum ... prius Nov. Test. A*: “Primum autem oportet”; *B C*: “Sed primum oportet”; *D E*: “Sed prius oportet”.

287 *Matthaeo Mt. 24, 38*: “nubentes et nuptui tradentes”, is the parallel of this passage, but Er. refers to *Mt. 22, 30*: “neque nubent neque nubentur”; cf. supra, pp. 294 sq., 314 and 416, ll. 594 sqq., 83 sqq. and 712 sq. and infra, p. 578, l. 536 sqq.

291 *Ambrosius Expos. Lc. VIII, 47, CCSL 14, p.*

314: “duo in lecto vno et duae molentes et duo in agro, vnus adsumetur et alter relinquetur”.

292 *Theophylactus ... mola Enarr. in Lc. 17, 34–37, Migne PG 123, 997 C.*

293 *Matthaei Mt. 24, 40.*

293 *Ambrosius Expos. Lc. VIII, 48, CCSL 14, p.* 314: “Duae molentes in pistrino”.

296–298 *corpus ... cadauer Nov. Test. A*: “cadauer”; *B–E*: “corpus”. Er. gives the same etymology supra, ad *Mt. 24, 28, p. 310, l. 15 sq.*

299 *Hieronimus* Cf. supra, p. 311, n.l. 18, ad *Mt. 24, 28.*

301 *Quomodo* This variant reading for “quoniam” does not occur in modern editions of *Vg.*, nor in *Nov. Test.*

302 ἐκκακεῖν Of the modern editions, only ABC contains this reading; all the others read ἐγκακεῖν. *Nov. Test. A*, like *Vg.*: “deficere”; *B–E*: “defatigari”. Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 837, col. 2, would have translated “fatigari” or “succumbere malis”.

304 *ad tempus* The reading of *Nov. Test. A*; *B–E*: “aliquandiu”, like Valla, *Annot.*, Garin, 1, p. 837, col. 2.

315 *Theophylactus Enarr. in Lc. 18, 1–8, Migne PG 123, 1000 C*, contains the same reading as l. 311 sqq., which is also included in *Nov. Test.*

317 *Chrysostomus De precatone, 2, Migne PG 50, 781.*

319 *Putas Nov. Test. A*, like *Vg.*: “putas inueniet”; *B–E*: “an reperturus est”. Cf. supra, p. 258, l. 645 sq., ad *Mt. 18, 1.*

320 [9] [A] Tanquam iusti. Ὅτι εἰσὶ δίκαιοι, id est: ‘quod essent iusti’; tametsi
verti poterat ad sententiam ‘tanquam essent iusti’. Sentit enim illos sibi tribuisse
iustitiam et hac opinione fretos caeteros despexisse.

LB 303 | [11] Caeteri hominum. Graece dixit, nam ‘homines’ dicendum erat
Latine, cum Graeci in his abutantur genitiuo pro quouis alio casu. Velut
325 etiam. Ἡ καὶ ὡς οὗτος, id est ‘aut etiam vt hic’. Laurentius videtur suspicari
scriptum fuisse ‘vel’ et ‘vt’. Caeterum quod de mutata coniunctione cauillatur,
leuculum est et ad elegantiam sermonis attinens magis quam ad rem theolo-
gicam.

330 [13] Nolebat nec oculos. Fortasse torquebunt dialecticos hae duae nega-
tiones vni additae verbo. Proinde vertere poterat ‘nec oculos volebat sustollere ad
coelum’. Atque ita citat Cyprianus in expositione precatationis dominicae.

[14] Iustificatus [E] in domum suam [A] ab illo. Nonnulli Graeci
codices habebant κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ γὰρ ἐκεῖνος,
id est: ‘descendit hic iustificatus in domum suam, quam enim’ siue ‘certe ille’,
335 hoc est ‘magis certe quam ille’. Sed in plerisque non inuenio γὰρ. Proinde ver-
tendum erat ‘potius quam ille’ siue ‘prae illo’. [B] Non quod nesciam sic alicubi
loqui Gellium: ‘friget ab illo’ pro eo quod est ‘friget comparatus ad illum’, [C]
sed quod praeferam id quod est vsitatus apud probos autores. [D] Et ne quis
existimet interpretationem nostram reiiciendam, diuus Hieronymus Aduersus
340 Pelagianos citat *iustificatus plus quam ille*. [E] Et Augustinus epistola 86. ad Cas-
sulanum ita scribit: *Non dixit damnatum Pharisaeum, sed magis iustificatum dixit
publicanum*.

LB 304 | [16] [A] Conuocans illos. Προσκαλεσάμενος, id est ‘aduocans’ [B] seu
potius ‘ad se vocatis illis’. [A] Et ad *pueros* referendum est αὐτά, quod est neutri
345 generis, quemadmodum pueri παιδία; ‘accitis puellis dixit’, haud dubium quin
prohibentibus.

[17] Sicut puer. Offendit Vallam, qui mauult *velut puer* vel *tanquam puer*,
vt intelligamus imitationem personae, non acceptionis. [D] ‘Qui non acceperit
regnum Dei factus puero similis, non intrabit’, hic est personae imitatio; ‘qui
350 non acceperit, vt puer accipit’, hic est actus imitatio.

[19] [A] Quid me dicis bonum? Hoc nonnihil discrepat a Matthaeo.
Nam illic offensus est quod interrogasset de bono quod esset factururus. [D] Audit
enim iuuenis: *Quid me interrogas de bono?* Marcus consentit cum Luca. [C]
355 Quanquam vtraque lectio tendit eodem, videlicet non conuenire, vt homo sibi
quicquam arroget boni. Christo quidem loquitur, sed vt homini tantum. Atque
vt homo nihil habuit boni, quod sibi posset arrogare, [D] velut ex ipso pro-
fectum.

[25] [C] Per foramen acus transire. Vtrobique Graecis est εἰσελθεῖν,
‘intrare per foramen acus’ et ‘ingredi in regnum’. Et tamen interpres bene reddi-
360 dit sententiam.

[31] [A] De Filio hominis. Graecis non additur *de*, τῷ Υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου,
hoc est ‘Filio hominis’.

LB 305

| [41] Vt videam et [42] respice. Idem verbum est Graecis, ἵνα ἀναβλέψω, ἀνάβλεψον, quod significat recipere visum. Id mirum cur mox mutarit interpres.

340 ad *BAS LB*: ab *E*.

344 Et ad pueros *E*: Et illos, ad pueros *A–D*.

345 dubium *D E*: dubie *A–C*.

347 Sicut puer *E*: Et Sicut puer *A–D*.

323 *Caeteri hominum Nov. Test.*: “caeteri homines”.

325 *Laurentius Valla, Annot.*, Garin, I, p. 837, col. 2: “Inceperat loqui per ‘sicut’, ergo et hic ‘sicut’, non ‘velut’ dicendum erat, sic: ‘aut etiam sicut hic publicanus’, nisi sint duae dictiones, ‘vel’ et ‘vt’”.

329–330 *Fortasse ... verbo* Er. refers to the rules which the scholastics (“dialecticos”; cf. supra, p. 9 sq., introd., §4) formulated concerning double negatives. Valla argued against them in *Dialecticae disputationes*, II, 11 (Garin, I, p. 708 sq.; as is clear from Epp. 67 and 68, Er. had read this book): “Nobis quidem ad normam grammatices loquendum est, nec tam grammaticae quam latine loquendum, hoc est, non tam ad praecepta artis quam ad consuetudinem eruditorum et elegantium, quae optima ars est. Nam quis nescit maximam loquendi partem autoritate niti et consuetudine, de qua ita ait Quintilianus [*Inst.* I, 6, 3]: ‘Consuetudo est certissima loquendi magistra, vtendumque plane sermone, vt nummo cui publica forma est.’” Valla also pointed out that two negatives do not always negate each other, not only in Greek, but also in the writings of Cicero and Lucanus. Cf. Valla, *Eleg.* III, 27, Garin, I, p. 97 sq., Er. *Paraphr. in Eleg. Laur. Vallae, ASD* I, 4, p. 280, l. 42: “Interdum duae negationes valent vnam tantum”, and Chomarat, *Grammaire*, I, pp. 259 sq. and 448.

331 *Cyprianus Dom. orat.* 6, *CCSL* 3A, p. 92: “neque oculos volebat ad caelum leuare” (*CSEL* 3, I, p. 270, mentions the variant reading: “neque oculos leuabat ad caelum”).

335 *magis ... ille Nov. Test.*: “magis quam ille”.

337 *friget ab illo* This text does not occur in Gell.; Er. may be referring to Gell. II, 23, 7, where Gell. compares the text of a comedy

by Menander with the translation by Caecilius: “quantum stupere atque frigere quantumque mutare a Menandro Caecilius visus est”.

339 *Hieronymus Dialog. adv. Pelag.* III, 16, *CCSL* 80, p. 120: “descendit hic iustificatus in domum suam plus quam ille”.

340 *Augustinus Epist.* 36, 4, 7 (former numbering: 86), *CSEL* 34, 2, p. 37: “non dixerit damnatum ... dixerit publicanum”.

343–346 *Conuocans ... prohibentibus* Cf. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 837, col. 2, who would have translated “accitis pueris dixit”. For “puellis”, v. supra, p. 259, n.ll. 658–659.

344 *neutri* Cf. supra, p. 39 sq., introd., §8a.

345 *haud dubium quin* Cf. Tacitus, *Ann.* I, 5, 2: “dubium an quaesita morte”, where “dubium an” according to Hofmann, p. 140 sq., functions nearly as a simple particle. *ThLL* 5, I, 2115, l. 17 sqq. notes examples of this use of “haud dubium quin” since Hier.

347 *Sicut ... puer Nov. Test. A*: “sicut”, *B–E*: “veluti”. Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 837, col. 2: “‘Velut puer’ dicendum erat, hoc est: ‘velut puer esset’. Nam ‘sicut puer’ intelligitur ‘sicut vt puer accipit’. Atqui non pueri vtique accipiunt regnum, sed qui tanquam pueri sunt. Neque enim Dominus dixit: ‘horum’ – id est ‘puerorum’ –, ‘est regnum Dei’, sed ‘talium’, de quo disserere Graeci solent, qui habent haec duo nomina simillima, ‘horum’ τοῦτων, et ‘talium’, τοιοῦτων”.

351 *Matthaeo Mt.* 19, 17; cf. supra, p. 268 sqq., l. 928 sqq.

353 *Marcus Mc.* 10, 18.

361–362 *De ... hominis Nov. Test. A*: “de filio hominis”; *B–E*: “filio hominis”.

363–364 *Vt videam ... visum Nov. Test.*: “vt visum recipiam. Et Iesus dixit ei. Recipito visum” (*A*: “Aspice”).

EX CAPITE DECIMONONO

365

[3] Statura pusillus erat. Quod hic 'staturam' vertit, alibi vertit *aetatem*. Graece est ἡλικία.

370

[4] In arborem sycomorum. Lucas sycomoream posuit, quam eandem esse volunt cum ea quam sycomorum appellant quamque decimoseptimo capite vocauit 'sycaminum'. Celsus morosycon appellat, id est 'fatuam ficum', et in 5. indicat sycomorum et sycaminum eandem esse arborem. Haec Plinio ac Theophrasto ficus Aegyptia dicitur, quod existiment ibi tantum provenire; cum Hieronymus enarrans Amos prophetae caput septimum testetur fuisse qui putarint hoc esse genus arboris, Palaestinae peculiare, gaudens locis campestribus ac ficus

375

afferens agrestes, quod nisi vellicetur, amarissimas cariculas facit et fructus a culicibus corrumpitur. Quanquam Hieronymus horum sententiae non accedit, negans in ea solitudine in qua morabatur Amos, ullam huius generis arborem gigni, ac mauult prophetae sermonem accipi de moris agrestibus quae rubi porrigunt, ut his pastores famem ac penuriam suam consolentur. Dioscorides libro

380

Περὶ τῆς ὕλης λατρικῆς primo, cap. clxiii., docet hanc arborem, ut dictum est, tribus appellari nominibus, sycomorum, sycaminum et ficum Aegyptiam, addens hinc cognomen additum foetui, quod ignavi sit saporis. Quod idem scriptum est a Theophrasto, qui indicat et in Cypro nasci sycomorum, sed ab Aegyptia specie diuersam. Siquidem Aegyptia foliis nostram morum refert, foetu ficum nostratem,

385

nisi quod eum non profert ramis, sed ex ipso caudice, non maturescentem, nisi ferreis vnguibus scalpatur. Cypria vero foliis non absimilis est vllmo, fructum aedit pruno magnitudine aequalem, sed suauiolem. Porro quod Lucas pro sycomoro sycomoream nominat, neminem oportet moueri, cum Graeci *μορέαν* appellent quam Romani morum, si Dioscoridi credimus. Multis argumentis

390

videri poterat caprifici genus, vel quod succo ac sapore caprifici foetus referat, ut docet Theophrastus, interprete Gaza, adeo ut, quemadmodum refert Plutarchus, Atheniensis quidam dicaculus per contumeliam Syllam vocarit *συκάμινον ἀλφίτω πεπασμένον*, id est 'sycomorum polenta maceratum', quod in facie rubor candori

395

inspersus viseretur. Alioqui videri poterat exprobrata stultitia, si *συκόμωρος* scribatur per ω mega. Ita ferme Plutarchus in huius vita, quod ad conuicii rationem

LB 306

attinet. Nec inficior constanter apud autores per ο μικρόν scribi atque haud | scio an deprauate, praesertim cum morus arbor, cui cognata est sycomorus ob foliorum similitudinem, apud Nasonem ac Palladium mediam habeat productam.

365-405 DECIMONONO Statura ... Ad hominem *E*: DECIMONONO. In arborem sycomorum. *συκομοραϊάν*. i. in caprificum, hoc est fatuam ficum. Illud mirum apud Graecos hanc dictionem scribi per ο micron, cum μωρός habeat ω mega. Ad hominem *A*, XIX. In arborem sycomorum. *συκομοραϊάν*. id est in caprificum, hoc est fatuam ficum. Illud mirum apud Graecos hanc dictionem scribi per ο micron, cum μωρός habeat ω mega.

403 Quia inde ... ἐκείθεν. 366 Statura ... 367 ἡλικία. Ad hominem *B*, DECIMONONO. In arborem sycomorum. Lucas ... 369 appellant, quam eandem superiore capite ... 370 morosycon appellat. 371 Haec Plinio ... 375-376 et a culicibus ... 376 non accedat, negans ... 391 Plutarchus, Atheniensis obsessi a Sylla per contumeliam vocarit *συκάμινον* ... 393 maceratum, ignauiam ac socordiam exprobrantes homini, vel quod

- ipsa vox συκάμωρος sonare videatur fatuam ficum, si per ω scribatur. 396 Nec inficior ... 398 productam. 400 Sed de sycomoro ... 403 ἐκεῖθεν. 366 Statura ... 367 ἡλικία. Ad hominem C, DECIMONONO. In arborem sycomorum. Lucas ... 370 morosycon appellat. 371 Haec Plinio ... 391 Plutarchus; Athenienses obsessi a Sylla per contumeliam
- 368 *sycomorum* As also *Nov. Test. A; B-E*: "caprificum" (cf. infra, l. 389 sqq.). Cf. *Lc.* 17, 6: συκάμινω.
- 370 *Celsus Medicina*, III, 18, 13: "sycomoron", a conjecture by Ruellius, whereas "morosycon" is the reading of the MSS.
- 370 *fatuam ficum* Er. explains -μωρος as -μωρος = fatua (*Apolog. resp. Iac. Lop. Stun., ASD IX*, 2, p. 123, n.l. 291).
- 371-403 *Haec Plinio ... petere* This digression was added under the influence of Stun.; cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun., ASD IX*, 2, p. 122 sqq., ll. 282-308. Afterwards Stun. wrote in *Loca quae ex Stunicae annotationibus illius suppresso nomine in tertia editione Novi Testamenti Erasmus emendauit* (Rome, 1524) that Er. "decided to give out as his own ... everything I had proffered" (Rummel, *Catholic Critics*, 1, p. 177).
- 371 *Plinio Nat. XIII*, 7, 14, 56: "Et Aegypto multa genera quae non aliubi, ante omnia ficus ob id Aegyptia cognominata".
- 371-372 *Theophrasto V. infra*, n.l. 383.
- 372-379 *cum Hieronymus ... consolentur Comm. in Am. III*, 7, 14-17, *CCSL* 76, p. 324: "Porro hoc quod ait: 'vellicans sycamina', ... quidam ita edisserunt, vt sycamina velint appellari genus arborum quae Palaestinae nascuntur in campestribus et agrestos afferunt ficus; quae si non vellicentur, amarissimas cariculas faciunt et a culcibus corumpuntur. Nobis autem, quia solitudo in qua morabatur Amos, nullam huiusmodi gignit arborem, magis videtur rubos dicere, qui afferunt mora et pastorum famem ac penuriam consolantur". Cf. supra, p. 567, l. 255 sqq.
- 375-376 *quod ... corrumpitur* Cf. supra, p. 61, n.l. 165.
- 379 *Dioscorides Diosc. De materia medica*, I, 126 sq. (ed. Wellmann, Berlin, 1907, 1, p. 115 sq.): Μορέα ἢ συκάμινον δένδρον ἐστὶ γινώριμον ... Συκόμωρον: ἔνιοι δὲ καὶ τοῦτο συκάμινον καλοῦσι. Er. is probably borrowing here and infra, l. 387 sqq., from the passages printed here in italics, that Marcello Vergilio added in his translation (Florence, 1518¹; I
- vocarint eum συκάμινον ... 393 maceratum, ignauiam ac socordiam exprobrantes homini, vel quod ipsa vox συκόμωρος sonare videatur fatuam ficum, si per ω scribatur. Nec inficior ... 398 productam. 400 Sed de sycomoro ... 404 pro illac. 366 Statura ... 367 ἡλικία. Ad hominem D.
- quote from the edition of Ioannes Soter, Cologne, 1529): "Morean siue sycamineam Romani morum dicunt. Nota omnibus arbor morus est ... Sycomoron sunt qui et sycaminon appellant. Romani pariter Graecis sycomoron vel sycaminon aut ficum Aegyptiam vocant".
- 383 *Theophrasto* The choice of words in ll. 383-387 and 389 sq. is reminiscent of that of *Historia plantarum*, IV, 2, 1 and 3, in the translation by Theodorus Gaza (*Theophrasti de historia et causis plantarum, Libri Quindecim. Theodoro Gaza interprete*, which I consulted in the Paris edition (apud Egidium Gourmonctum, 1529, p. 121 sq.): "Sunt enim pleraeque in Aegypto arbores, vt morus ... Morus similis quodammodo moro nostrati est, quippe folio, magnitudine aspectuque proxima. Fructum praeter caeteras peculiariter gignit, vt volumine primo disseuimus. Non enim germinibus, non ramis, sed caudice pomum parit magnitudine ficus, et visu proximum; succo atque sapore caprificis sane simile, ... multitudine numerosius maturescere nequit nisi scalptum. Quod vnguibus ferreis scalpitur; quae cum scalpata sint, ad quartum diem maturescunt ... Proxima natura eius videtur, quae in Creta ficus Cypria nuncupatur ... folium vltimo in fructus quaternos perficit ... Dulcedo ficubus non absimilis ... magnitudo autem pruni est".
- 389 *Dioscuridi V. supra*, n.l. 379.
- 390 *vel* Er. omitted in 1535 the second possibility which is offered in the editions of 1522 and 1527 (v. app. crit.).
- 391 *Plutarchus Sulla*, 2.
- 397-398 *morus ... mediam ... productam* Cf. *Apolog. resp. Iac. Lop. Stun., ASD IX*, 2, p. 124, ll. 299-304: "morum ... apud Latinos in carmine primam habere productam ... morum producere primam syllabam apud Latinos poetas".
- 398 *Nasonem Ov. Met. IV*, 90.
- 398 *Palladius Palladius Rutilius Taurus Aemilianus* (5th century A.D.), *De insitione*, 110, 119, 127 and 135.

Athenaeus libro 2. prodit συκάμινον nomen esse commune, solos Alexandrinos
 400 appellare μόνον siue μορέην. Sed de sycomoro iam satis arbitror dictum, quod ad
 hoc institutum pertinet. Quod si quis existimabit ad mysterii rationem pertinere
 exactius nosse huius arboris vim ac formam, autores indicauimus vnde possit
 petere. Quia inde. Ἐκείνης, id est ‘illac’; nec enim est ἐκεῖθεν. Ambrosius legit
illa parte pro ‘illac’.

405 [7] Ad hominem peccatorem diuertisset. Εἰσῆλθεν καταλύσαι, id est:
 ‘ingressus esset ad diuersandum apud illum’.

[8] Et si quid aliquem defraudauit. Ἐσυκοφάντησα, quod est proprie
 ‘delationibus extorquere aliquid’, hic pro quacunque fraude posuit.

[9] [B] Eo quod et ipse filius sit Abrahae. Paulo durius est quod haec
 410 sub tertia persona pronunciantur a Christo, praesertim cum non scribatur ad
 alios versus. Proinde suspicor quod Graece dicitur: ‘filius Abrahae’, non pertinere
 ad Zachaeum, sed ad domum, quae Graecis est masculini generis. Nam quemad-
 modum nos domum christianam diceremus, ita ille domum dixit filiam Abrahae,
 quod Abraham patrem fide imitaretur. [D] Sub hac lectione manet tamen idem
 415 sensus quem adferunt vetusti interpretes; per domum enim intelligitur paterfa-
 milias; plenius tamen est domum appellari filiam Abrahae, quod talis esse solet
 familia qualis est paterfamilias. [E] Theophylactus legit et interpretatur ipsam
 domum dictam filium, sed per domum intelligi Zachaeum inhabitatorem. Porro
 generis incongruentia locum fecit errori, quae apud Latinos est, apud Graecos
 420 non est. Si per domum designatur Zachaeus, dure domus dicitur filius, durius
 filia Zachaeus.

[12] [A] Homo quidam nobilis. Εὐγενής, id est ‘clarus’ et ‘claro genere
 prognatus’. [C] Nam nobilis est qui quocumque modo notus est vulgo.

425 [13] [A] Decem mnas. Latini interponunt i, dicentes: ‘minas’. In plerisque
 Graecis codicibus reperio μνάς nominandi casu, [E] ἡ μνάς σου, [A] quod erro-
 rene an studio factum sit, incertus sum.

[15] Quantum quisque. Τίς τί, id est ‘quis quid’, ad eam formam: ‘quem
 cui commendes, etiam atque etiam aspice’, et ‘quid cui des’, ‘quid cui credas’. Et

[17] Euge, serue bone. Id est: ‘recte, bone serue’. Collaudat enim seruum
 430 functum officio suo.

LB 307 | [23] Exegissem illud. ‘Illam’ erat dicendum, [C] quemadmodum scriptum
 comperi in duobus codicibus diui Donatiani. [A] Sed ἀργύριον apud Graecos
 est neutri generis. Et interpret oblitus se vertisse *pecuniam*, non ‘argentum’, reli-
 quit *illud*. Ad haec quod hic vertit *exegissem*, Graecis est ἐπραξα, idem verbum
 435 quod ad eundem modum verti oportuit superius, cum de publicanis loqueretur:
Nihil amplius quam quod constitutum est, faciatis.

[26] [C] Omni habenti dabitur et abundabit. *Et abundabit* nec est in
 Graecis codicibus nec in aureo nec in Constantiensi. Suspicio ex alio euangelista
 huc ascriptum. [B] Et quod habet, auferetur ab eo. *Ab eo* additum est
 440 ex idiomate sermonis Hebraei, ne quis velut a nobis obliuione praetermissum
 reponat.

[28] [A] Praecedebat ascendens. Ἐπορεύετο ἔμπροσθεν ἀναβαίνων, id est ‘procedebat’, hoc est ‘pergebat ire’ [E] siue ‘ascendere’.

445 [30] [C] In castellum quod contra vos est. Εἰς τὴν κατέναντι κώμην, id est: ‘in castellum quod ex aduerso est’. Tam enim erat contra Christum quam contra apostolos. In aureo codice tantum habebatur ‘quod contra est’. [D] Itidem Constantiensi et in meo veteris typographiae. [C] Pullum asinae. In Graecis codicibus non additur *asinae*; tantum est πῶλον, et tamen nescio quorum errore repperi id additum in aeditione secunda. Ex Ambrosii commentariis satis colligi
450 potest illum legisse quemadmodum legunt Graeci. Ait enim: *Et ideo secundum Matthaeum et asinam et pullum legimus* etc. [A] Cui nemo vnquam. ‘In quo nunquam’ legendum est, ἐφ’ ὅν, suffragantibus et antiquissimis exemplaribus [B] et Origene, licet interpres recte verterit.

403 Quia inde ... ἐκεῖθεν *inter* 430 officio suo
et 427 *Quantum posuit A.*

428–430 Et Euge ... officio suo *inter* 426 incertus sum et 403 Quia inde *posuit A.*

432 ἀργύριον apud B–E: ἀργύριον, quod apud A.

437–439 Omni ... ascriptum *inter* 441 reponat

et 444 In castellum *posuerunt C D.*

444–447 In castellum ... 446 contra est *inter* 439 ascriptum et 442 Praecedebat *posuit C.*

In castellum ... typographiae *inter* 439 ascriptum et 442 Praecedebat *posuit D.*

449 aeditione D E: additione C.

399 *Athenaeus Dipnosophistae*, II, 36: Συκάμινα· ἔτι πάντων ἀπλῶς οὕτω καλοῦντων αὐτὰ Ἀλεξανδρεῖς μόνου μόρα ὀνομάζουσι.

404 *illa parte* Ambr. *Expos. Lc.* VIII, 89, *CCSL* 14, p. 331.

411–414 *Proinde ... imitaretur* The thought is derived from Theophyl. (v. l. 417 sqq.), *Enarr. in Lc.* 19, 1–10 (Migne *PG* 123, 1021 B C): Εἰπὼν γὰρ ‘Τῷ οἴκῳ τούτῳ’, πάντως τὸν Ζακχαῖον δηλοῖ τὴν σωτηρίαν προσδεχόμενον. Ὁ γὰρ Ζακχαῖος διὰ τοῦ οἴκου δηλοῦται, ἐπεὶ ἄψυχον οἰκοδόμημα οὐκ ἂν υἷόν Ἀβραάμ ἔλεγεν, ἀλλὰ πρόδηλον ὅτι τὸν ἔμψυχον οἰκοδεσπότην. *Nov. Test.*: “eo quod et ipsa filia (A: “ipse filius”) sit Abrahæ”.

422–423 *Homo ... prognatus* *Nov. Test. A*: “nobilis”, B C: “clarus”; D E: “genere clarus”.

424 *minas* The translation in *Nov. Test.*

427–428 *quem cui commendes ... aspice* Variant of Hor. *Epist.* I, 18, 76: “qualem commendes aspice”.

429–430 *Euge ... suo* *Nov. Test.*: “Euge bone serue”, as also modern editions of Vg. Weber reads in *Mt.* 25, 21 and 23 alternatively “bone serue” and “serue bone” and offers the other reading in app. crit. According to Kühner-

Stegmann, 2, 607, no difference in meaning may be deduced from the placement of the adjective before or after the substantive. Cf. supra, p. 320, l. 219 sqq., ad *Mt.* 25, 21.

431 *Exegissem ... dicendum* This passage gave rise to a comment from Stun.; cf. *Epist. apolog. adv. Stun.*, LB IX, 395 F.

433 *neutri* V. supra, p. 39 sq., introd., §8a.

435 *superius* Lc. 3, 13; cf. supra, p. 495 sq., l. 351 sqq.

437 *Et abundabit* Omitted in *Nov. Test.*

438 *alio euangelista* *Mt.* 13, 12.

439 *Ab eo* Omitted in *Nov. Test. B–E.*

440 *idiomate* V. supra, p. 48, introd., §10.

442–443 *Praecedebat ... ascendere* *Nov. Test. A*: “procedebat ascendens”; B–E: “ibat pergens ascendere”.

447 *Pullum asinae* *Nov. Test. A–D*: “pullum asinae”, E: “pullum”.

450–451 *Et ideo ... legimus* Ambr. *Expos. Lc.* IX, 4, *CCSL* 14, p. 333.

451–452 *Cui ... nunquam* *Nov. Test. A*: “cui nemo vnquam hominum insedit”; B–E: “in quo nemo vnquam hominum sedit”.

453 *Origene Hom. in Lc.* 37, *GCS* 9, p. 210: ἐν φ̄, and “super quem”.

[31] [C] Quia Dominus. Ὅτι anceps est et hoc loco aut erat interpreti
 455 omittenda coniunctio aut vertenda ‘quod’. Itidem in proximo loco. [A] Operam
 eius desiderat. Αὐτοῦ χρεῖαν ἔχει, id est: ‘eo opus habet’.

[32] [C] Sicut dixerat eis, stantem pullum. *Stantem pullum* non
 addunt Graeci codices. Apparet additum [D] a Latino quopiam, [C] quo sermo
 foret dilucidior. [E] Sed absolutior est sermo, si non addatur *stantem pullum*; vt
 460 intelligas illos comperisse quicquid praedixerat Dominus.

[34] [A] Quia Dominus eum necessarium habet. Haec Graeca nihil
 dissident a proximis, vbi vertit *Dominus eius operam desiderat*, cum vtroque sit
 αὐτοῦ χρεῖαν ἔχει, id est: ‘illo opus habet’.

[35] Et iactantes. Καὶ ἐπιρριψαντες, id est ‘et iniectis vestibus’ siue ‘palliis
 465 suis’.

[37] Omnes turbae descendunt. Ἄπαν τὸ πλῆθος τῶν μαθητῶν, id
 LB 308 est ‘vniuersa turba discipulorum’. [B] Nam mox iubetur increpare | discipulos.
 [D] Probabile est interpretem vertisse ‘discentium’, atque ita scriptum adhuc
 visitur in nonnullis peruetustis codicibus; in Constantiensi apparebat rasurae
 470 vestigium.

[38] [A] Gloria in excelsis. Ἐν ὑψίστοις, id est ‘in altissimis’.

[40] Lapidēs clamabunt. Κεκραύξονται, quod Graeci vocant μετ’ ὀλίγον
 μέλλον, hoc est ‘paulo post futurum’, et habet vrgens quiddam ac vehemens.
 Itaque nos vertimus *mox lapides clamabunt*.

[42] Quia si cognouisses et tu. Omittenda erat coniunctio *quia*, ὅτι,
 475 quae ex idiomate Graecanici sermonis apponitur aliquoties affirmandi gratia.
 Diuus Hieronymus in Commentariis Esaiæ non semel hunc citat locum, sed
 sensu nonnihil immutato, videlicet iis verbis: *Si scires etiam tu quae ad pacem sunt*
tibi. Deinde subiicit de suo: *Quam quia non suscepit, intulit: nunc autem venient*
 480 *dies super te* etc. [B] Consimiliter adducit et enarrat hunc locum exponens

Micheae caput secundum. [A] Quae quidem interpretatio, vt longe lateque dis-
 sonat a recentium theologorum interpretatione, ita vehementer consentit cum
 Graeca veritate et interpretamento Theophylacti. Nam Graeci sic habent: Ὅτι εἰ
 ἔγνωσ καὶ σύγε, ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου, id est: ‘Si nosset et
 485 tu, sane in die tuo hoc, quae ad pacem tuam’, vt subaudias ‘quaereres’ sitque sen-
 sus: hic dies est tuus, quo te inuisit redemptor; quod si intelligeres quantum boni
 tibi offeratur, saltem tu curares quae ad pacem tuam pertinent, hoc est: crederes
 et obtemperares mihi. Ad hunc modum legisse videtur diuus Hieronymus. Cae-
 490 terum in plerisque codicibus ita scriptum est: Εἰ ἔγνωσ καὶ σύ, καὶ γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ

σου ταύτῃ τὰ πρὸς εἰρήνην σου, id est: ‘Si nouisses et tu, saltem in die tuo hoc
 quae ad pacem tuam pertinent, curares’. Nec est ociosa coniunctionis iteratio καὶ
 et καὶ γε, quod prior ad personam vrbis pertinet, altera ad diem. Vt intelligamus
 aduentum peculiariter pertinere ad ciuitatem Hierusalem, praesertim eo die quo
 adueniebat iam moriturus, [B] licet altera coniunctio non addatur apud Orige-
 495 nem, aut quisquis est autor, homilia xxxviii. [A] Porro quod recentiores interpre-
 tantur ‘si nouisses imminetia tibi mala, fleres et tu’ etc., non cohaeret cum eo

quod sequitur, *nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis*. Repetit enim Christus quod dixerat, *si cognouisses*, nimirum indicans eos non agnoscere diem salutis

- 454 Quia Dominus. Ὅτι *E*: Quia domino operam. ὅτι *C*, Quia dominus operam. ὅτι *D*.
 455 omittenda ... Itidem *E*: omittenda, aut vertenda Quia. Itidem *C*, omittenda, aut vertenda Quod. Itidem *D*.
 461–463 Quia ... opus habet *inter* 456 habet *et* 457 Sicut *posuerunt C D*.
 466 descendantium *D E*: discedentium *A–C*.

- 473–475 vehemens ... Omittenda *E*: vehemens. Nunc autem quae ad pacem. Omittenda *A–C*, vehemens ... clamabunt. Nunc autem quae ad pacem. Omittenda *D*.
 479 venient *D E*: veniet *A–C*.
 483 Theophylacti *C–E*: Vulgarii *A B*.
 483 Graeci *D E*: Graeca *A–C*.
 485 quaereres *B–E*: quaeres *A*.

- 454–455 Quia ... loco *V*. supra, p. 110, n.ll. 41–43, and l. 461 sqq., ad *Lc.* 19, 34. “Eo opus habet” was also the translation in Valla, *Annot.*, p. 838, col. 1. *Nov. Test. A*: “Quia dominus operam eius (*Lc.* 19, 34: “eius operam”) desyderat”; *B–E*: “Quia Dominus eo opus habet” (*Lc.* 19, 34: “eo habet opus”).
 457–459 Sicut ... pullum *Nov. Test. A*: “sicut dixit illis stantem pullum”; *B–E*: “sicut dixerat illis”.
 459 *absolutior est sermo V*. supra, p. 44, introd., §9.
 461–463 Quia ... habet *Cf.* supra, n.ll. 454–455.
 464–465 *Et iactantes ... suis Nov. Test.*: “Et iniectis vestimentis suis”.
 471 *altissimis Cf. Lc.* 2, 14. *Nov. Test. A–E*: “gloria in altissimis”.
 472–473 *Graeci ... vehemens* For the term μετ’ ὀλίγον μέλλων (also μέλλων Ἀττικώς), cf. *Scholiam in Dionysii Thracis Artem grammaticam*, in Hilgard, *Gr. Gr.* 1, 3, p. 249 sqq., in particular p. 251, l. 16 sqq.: Τῶ δὲ μέλλοντι διασάφησις τοῦ ποσοῦ τῆς μελλήσεως ὁ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς μετ’ ὀλίγον μέλλων, οἷον βεβρώσεται, εὐρήσεται, πεπραχεται. The addition μετ’ ὀλίγον is related to the interpretation which the grammarians gave to these forms, which in the modern view is regarded as incorrect.
 474 *nos Nov. Test.*
 475 Omittenda ... quia *V*. supra, p. 110, n.ll. 41–43
 476 *idiomate V*. supra, p. 48, introd., §10.
 477–481 *Hieronymus ... secundum Comm. in Is.* XVII, 60, 1–3, *CCSL* 73A, p. 694, and *Comm. in Mch.* 1, 2, 6–8, *CCSL* 76, p. 446.
 483 *Theophylacti Enarr. in Lc.* 19, 41–44, *Migne PG* 123, 1033 A.
 494–495 *Origenem Hom. in Lc.* 38, *GCS* 9, p. 213: “si cognouisses et tu in die ista, quae ad pacem sunt tibi”.
 495–503 *Porro ... adduximus* Thomas Aquinas,

Catena Aurea, Guarienti, 2, p. 261, col. 1 sq., paraphrases Greg. M. *Hom. in Ev.* II, 39, 1 (*Migne PL* 76, 1294 C D), Cyril. *Comm. in Lc.* 19, 42 (*Migne PG* 72, 880 B C), and Eus. *Theophania*, 12 (*GCS* 3, 2, p. 29) as follows: “Gregorius In Euang. (hom. 39): Fleuit igitur pius Redemptor ruinam perfidae ciuitatis, quam ipsa ciuitas sibi non cognoscebat esse venturam; vnde subditur ‘Dicens: Quia si cognouisses et tu’; subaudi: fleres, quae modo, quia nescis quod imminet, exultas; vnde subditur ‘Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi’. Cum enim carnis se voluptatibus daret in die sua, quae ad pacem ei esse poterant habebat. Cur vero bona praesentia ad pacem habuerit, manifestatur cum subditur ‘Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis’. Si enim a cordis eius oculis mala quae imminerent, abscondita non essent, laeta in praesentibus prosperis non fuisset; vnde mox eius poena, quae imminebat, adiuncta est, cum sequitur ‘Quia venient dies in te’. Cyrillus: Vel aliter ‘Quia si cognouisses et tu’: non enim erant digni percipere diuinitus inspiratas Scripturas, quae narrant Christi mysterium: quoties enim legitur Moyses, velamen obnubilat cor eorum. Et quia non sunt intuiti veritatem, indignos se fecerunt salute, quae manat a Christo; vnde sequitur ‘Et quidem in hac die tua quae ad pacem tibi’. Eusebius: Vbi notat, suum aduentum ad pacem totius mundi factum fuisse; venit enim ad hoc vt pacem praedicaret propinquis et longinquis. Sed quia annuntiatam sibi pacem recipere noluerunt, hoc eos latebat; vnde subditur ‘Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis’. Et ideo obsidionem, quae in breui erat ei superuentura, expressissime praenuntiat subdens ‘Quia venient dies in te, et circumdabunt te inimici tui vallo’”.

suae. [D] Et haec dixerim nullius sententiae praeiudicans. Certe Cyrillus, qui
 500 citatur in Catena, *si cognouisses* refert non ad mala imminetia, sed ad intelligentiam prophetiarum de Christi aduentu. Et Eusebius ibidem citatus *pacem* non refert ad delicias huius mundi, quemadmodum Gregorius, sed ad reconciliatorem humani generis, ne quis credat omnino somnium esse quod adduximus.

[44] [A] Ad terram prosternent. Καὶ ἔδαφιοῦσιν. Ἐδαφος ‘solum’ siue
 505 | ‘pauimentum’. Inde ἔδαφίζειν ‘solo aequare’. Plus enim dixit Lucas quam vertent
 LB 309 legisse videtur ἐπισκέψεώς σου.

[48] Suspensus erat audiens illum. Ἐξεκρέματο, id est ‘pendebat’, hoc est ‘inhiabat’. Ita Vergilius:

510 *pendetque iterum narrantis ab ore.*

EX CAPITE VIGESIMO

[1] In vno dierum. Graeci addunt ἐκείνων, id est ‘illorum’. Illud semel
 admonuisse sat est, Hebraeos ‘vnum’ dicere quod Latini ‘quidam’, vt ‘vno die’
 515 pro ‘quodam die’ et ‘vnus scriba’ pro ‘quidam’. Conuenerunt. Ἐπέστησαν, id est ‘ingruerunt’ siue ‘aderant’ siue, quod malim, ‘adorti sunt’. Sic enim vtitur in Actis Apostolorum.

[3] Vnum verbum. Ἐνα λόγον, id est ‘vnum sermonem’. [C] In au|reo
 LB 310 codice non addebatur *vnum* [D] nec in Donatianicis. [C] Nos sensum reddidimus, non verba: *Interrogabo vos et ego vnum quiddam.*

[6] [A] Certi sunt enim. Πεισισμένος γὰρ ἔστιν, id est: ‘persuasa est enim’
 520 siue ‘persuasum habet’, vt subaudias *plebs*, quae modo praecessit. Certus est enim aliquis de re vera. At persuasus esse potest qui falsum credat.

[9] Multis temporibus. Χρόνους ἱκανούς, id est ‘multum tempus’ siue
 ‘temporis’, si sensum maluisset reddere quam verba.

[18] Conquassabitur. Συνθλασθήσεται, id est ‘confringetur’.

[27] Qui negant esse resurrectionem. Qui putant nihil immutandum
 in [B] sacris [A] literis, vertant haec Lucae ad verbum, si lubet, οἱ ἀντιλέγοντες
 525 ἀνάστασιν μὴ εἶναι, id est ‘qui contradicunt non esse resurrectionem’. Sed quorum attinet ex innumeris vnum aut alterum proferre? Illud annotandum, quoniam
 LB 311 ἀνάστασιν dixit absque articulo, vertendum potius fuisse ‘qui negant vllam
 531 esse resurrectionem’. [D] Est resurrectio corporum et est animarum. Tum sunt qui fatentur Dominum resurrexisse cum paucis, negantes vniuersalem resurrectionem.

[29] [A] Et mortuus est sine filiis. Ἀτεκνος, id est ‘orbus’ siue ‘absque
 535 liberis’. Nam liberorum nomine et filiae continentur.

[35] Neque nubunt neque ducunt vxores. Οὔτε γαμοῦσιν οὔτε ἐγκαμίζονται, id est: ‘neque ducunt vxores neque nuptum dantur’. [C] Quod Cyprianus libro ad Quirinum tertio vertit *nubuntur*, [A] quanquam γαμοῦσιν
 ambiguum est. Alias certe vertit ‘ducunt vxores’ atque adeo paulo superius in hoc

540 ipso Luca. [D] Prius verbum γαμοῦσιν pertinere potest et ad viros ducentes et ad foeminas nubentes, ἐκγαμίζονται ad parentes elocantes.

[36] [A] Aequales enim angelis. Ἴσάγγελοι, dictione composita, hoc est 'similes' siue ἴσους angelis'. Quemadmodum Homerus ἰσοθέους et θεῶν ἰκέλους [D] appellat [A] eximios viros et diis aequiparandos.

545 [37] Quia vero resurgent mortui. Ὅτι δὲ ἐγείρονται. Tametsi anceps est Graeca coniunctio, tamen hoc loco dicendum erat: 'Quod autem resurgant mortui' siue 'Resurgere autem mortuos'.

[47] Simulantes longam orationem. Καὶ προφάσει μακροῦ προσεύχονται, id est 'et praetextu longo precantur'. [B] In nonnullis codicibus habebatur προφάσει μακρά, vltima acuta, non circumflexa, 'sub praetextu multa precantes'. Nam quid sibi vult longus praetextus? [C] Nos magis sensum quam verba reddi-

513 quidam C-E: quidam A B.

520 Certi sunt enim E: Certi enim sunt A-D.

521–522 Certus est enim aliquis de re E: Certus enim est de re A, Certus enim est aliquis de re B-D.

542 Aequales D E: Aequalis A-C.

504–505 Ad terram ... aequare Nov. Test.: "et solo aequabunt te".

506–507 Tempus ... σου Nov. Test.: τῆς ἐπισκοπῆς σου, "tempus visitationis tuae".

508 Suspensus ... pendebat Nov. Test. A: "suspensus erat"; B-E: "pendebat ex ore eius".

509 Vergilius Aen. IV, 79.

513–514 vno ... quidam Cf. I. Sm. 27, 1 ("vna die") and Mt. 8, 19 ("vnus scriba").

514 Ἐπέστησαν In Lc. only here, in Act. passim, in Vg. translated with forms of "astare", "concurrere", "imminere" or "superuenire", in Nov. Test. with forms of "assistere", "astare", "inuadere", "superuenire", "presto adesse" or "vigere". Valla, Annot., Garin, I, p. 838, col. 1, preferred the translation "ingruerunt".

518 Nos Nov. Test. A: "Interrogabo ... vnum verbum"; B-E: "Interrogabo ... vnum quiddam".

520–522 Certi ... credat Cf. Valla, Annot., Garin, I, p. 838, col. 1. Nov. Test. A: "Certi sunt enim", B-E: "Persuasum enim habet".

523–524 Multis temporibus ... temporis Nov. Test. A: "peregre fuit multis temporibus", B-E: "peregre egit multo tempore".

525 Conquassabitur Also the reading of Nov. Test.

526 Qui negant esse resurrectionem Also the reading of Nov. Test.

543 θεῶν ἰκέλους scripsi: θεοικέλους A, θεῶν ἰκέλους B-E.

545 Quia vero resurgent E: Quia resurgunt A-D.

549 precantur B-E: orant A.

534–535 sine filiis ... liberis Nov. Test.: "sine liberis".

535 Nam ... continentur Cf. supra, p. 295, n.ll. 586–587.

536–537 Neque nubunt ... dantur Nov. Test. A: "neque ducunt vxores, neque nubunt", B-E: "neque ducunt vxores, neque nuptum dant". Cf. supra, pp. 294 sq., 314, 416 and 568, ll. 594 sqq., 83 sqq., 712 sq. and 287, ad Mt. 22, 30, Mt. 24, 38, Mc. 12, 25 and Lc. 17, 27.

538 Cyprianus Quir. III, 32, CCSL 3, p. 126: "non nubunt neque nubuntur".

539 Alias ... ducunt vxores Mt. 22, 24 sq. ("ducat ... vxorem ... vxore ducta"), and Lc. 14, 20 ("Vxorem duxi"), 16, 18 ("vxorem ... alteram ducit"), and 17, 27 ("Vxores ducebant").

543 ἰσοθέους Il. II, 565, Od. I, 324 and XX, 124.

543 θεῶν ἰκέλους In modern editions θεοείκελος; Il. I, 131 and XIX, 155 and Od. III. 416, IV, 276 and VIII, 256.

545–547 Quia ... mortuos Modern editions of Vg. read: "Quia vero resurgant mortui"; Nov. Test.: "Quod vero resurgant mortui".

550 προφάσει μακρά The text of modern editions (and of the Complut.); Nov. Test.: μακροῦ.

551 Nos Nov. Test. A-C: "simulantes longam orationem", D E: "simulantes longas preces".

dimus: *simulantes longas preces*. Neque enim precatur qui ad laudem humanam
 LB 312 aut quaestum precatur. | [A] Damnationem maiorem. Περισσότερον κρίμα,
 id est 'maius iudicium'. Interpres sententiam explicat, non verbum. Nam hic ali-
 555 quoties κρίμα vsurpatur pro condemnatione.

EX CAPITE VIGESIMOPRIMO

[1] Respicens autem. 'Respicere' est flexis in tergum oculis aspicere. At
 hic [B] est [A] ἀναβλέψας, quod aliquoties est 'recipere visum', aliquoties 'attollere
 560 oculos videndi gratia', [C] siue quod gazophylacium in aedito loco esset, siue
 quod antea suos intuitus post tollit oculos in eos qui longius aberant.

[4] [A] Ex abundantia sibi. Ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς, id est 'ex eo
 quod sibi superest'. Ex eo quod deest. Ἐκ τοῦ ὑστερήματος, id est 'ex
 defectu', hoc est 'ex penuria'. Omnem victum. Βίον, quod alibi *substantiam*
 vertit.

565 [5] Et donis. Ἀναθήμασι. Ea dicuntur dona quae dicata diis suspenduntur in
 parietibus et columnis templi; cuiusmodi nunc visuntur potissimum iuxta monu-
 menta diuorum statuae argenteae, equi aurei, pocula, gemmata, dicta ab
 ἀναθῆναι, hoc est a seponendo siue suspendendo. Vnde et ἀνάθεμα dicitur.

[7] [B] Cum fieri incipient. Μέλλει ταῦτα γίνεσθαι, 'futura sunt haec'.
 570 Verum μέλλω sic et alias expressit per incipiendi verbum.

[8] [A] Dicentes quia ego sum. Ὅτι ἐγώ εἰμι, id est 'quod ego sim', hoc
 est: 'dicent se esse Christum, qui sum ipse'. [C] Atque ita nos vertimus aperte
 magis quam ad verbum. Ne quis id existimet errore factum.

[9] [A] Nondum statim. Οὐκ εὐθέως, id est 'non statim'.

LB 313 | [11] [B] Pestilentiae et fames. Adnominationem in λιμοί et λοιμοί iam
 576 alias annotauimus. [A] Et mox terroresque de caelo. Φόβητρά τε, id est 'ter-
 riculamenta'que'. Aliud enim terror, aliud monstrum quod terrorem incutit.

[17] Et eritis odio omnibus hominibus. Nec in Graecis nec in aureo
 codice additur *hominibus* nec in Constantiensi nec in meo excuso.

580 [14] [B] Non praemeditari quemadmodum respondeatis. Μὴ προ-
 μελετᾶν ἀπολογηθῆναι, id est: 'non ante meditantam esse defensionem'. Id quod
 caeteri rei faciunt, qui ad lucernam elaborant arte orationem qua flectant iudi-
 cem. Cyprianus vltima tertiū libri epistola sic adducit hunc locum: *Ponite in cor-
 585 didibus vestris non praemeditari excusare*. [C] Porro meditari dicimur ad quod nos
 cura praeparamus.

[15] [A] Omnes aduersarii vestri. Ἀντικείμενοι ὑμῖν, id est 'aduersantes
 vobis'. Et aliquanto post

[18] Capillus de capite vestro non peribit. Ἀπόλλυται, id est 'perit'.
 Habet nescio quid certius et asseuerantius temporis ἐτέρωσις.

590 [19] Possidebitis. Κτήσασθε, id est 'possidete' siue 'obtinete'. [B] Apparet
 interpretem legisse κτήσεσθε, etiam si Graeci codices quos ego viderim, constan-
 ter habent κτήσασθε.

[23] [A] Et nutrientibus. Θηλαζούσαις, id est 'lactantibus' et 'mamma nutrientibus', vt superius indicatum est. Et Ambrosius pro *nutrientibus* legit *quae vbera dant*. [C] Augustinus alicubi *mammantibus* legit. [A] Pressura. Συνοχή, id est 'coartatio' siue 'anxietas'. Nonnulli codices habebant ἀνάγκη, quod necessitatem sonat et vim illatam. Nec est

[24] In ore gladii, sed 'ore gladii', στόματι μαχαίρας, quod tamen rectius vertisset 'acie gladii'; quandoquidem aciem gladii Graeci στόμα vocant, quod ea parte mordeat, [B] et δίστομον vtrinque incidens [D] dicitur. [B] Tempora nationum. Ἐθνῶν, 'gentium', idem nomen quod | proxime praecessit. Interpres mire fugit eiusdem vocis iterationem, [D] quum euangelista non fugiat.

[25] [A] Prae confusione. Ἐν ἀπορίᾳ, id est 'in perplexitate' siue 'desperatione'. Quanquam vterque genitiuus absolute potest legi, vt sit sensus: prae desperatione resonante mari et fluctu et arescentibus hominibus. Sonitus maris. Ἐχούσης θαλάσσης, id est 'resonantis maris'.

569 Cum fieri incipient *E*: Cum haec incipient fieri *B-D*.

575 Pestilentiae et fames *E*: Fames et pestilentiae *B-D*.

576-579 Et mox ... excuso. *E*: Et mox Terroresque et signa. φόβητρά τε ... 577 incutit *inter* 572 ipse et 574 Nondum *posuerunt* *A B*, Et mox, Terroresque et signa. φόβητρά τε ... 579 hominibus *inter* 573 factum et 574 Non-

dum posuit *C*, Et mox, Terroresque et signa. φόβητρά τε ... 579 excuso *inter* 573 factum et 574 Nondum *posuit* *D*.

580 quemadmodum *E*: qualiter *B-D*.

583 tertii *C-E*: secundi *B*.

595-597 Pressura ... illatam *inter* 590 obtinet et 593 Et nutrientibus *posuit* *A*.

603-605 Prae confusione ... hominibus *inter* 608 extabescere et 610 Cum *posuit* *A*.

553-555 *Damnationem ... condemnatione* *Nov. Test.*: "damnationem maiorem". Cf. supra and infra, pp. 372 and 603, ll. 523 sqq., and 186 sq., ad *Mc.* 3, 29 and *Lc.* 24, 20.

557-559 *Respicens ... gratia* *Nov. Test. A-D*: "Respicens autem"; *E*: "Sublatis autem oculis". Cf. *Act.* 9, 12 and 18, where *Vg.* reads "visum accipiat" and "visum recepit" respectively.

558-559 *attollere ... gratia* *Gn.* 43, 29 ("attollens ... oculos vidit").

561-563 *Ex abundanti ... penuria* *Nov. Test.*: "ex eo quod ipsis exuberat ... ex penuria sua".

563-564 *Omnem ... vertit* *Nov. Test. A*: "omnem victum quem habuit"; *B-E*: "vniuersam substantiam quam habebat".

563 *alibi* *Lc.* 15, 12 and 30.

566 *cuiusmodi* *V.* supra, p. 42, introd., §8b.

569 *Cum ... haec* *Nov. Test. A*: "cum haec fieri incipient"; *B-E*: "quando ista futura sint".

572 *nos* *Nov. Test. A*: "dicentes, ego sum", *B-E*: "dicentes se esse Christum".

574 *Nondum ... statim* *Nov. Test. A*: "nondum"; *B-E*: "non".

576 *alias* *V.* supra, p. 306, l. 910 sqq.

576-577 *terriculamentaue* The reading of *Nov. Test. B-E*; *A*: "terroresque".

578 *hominibus* Omitted in *Nov. Test.*, as also in modern editions of *Vg.*

583 *Cyprianus Fort.* 10, *CCSL* 3, p. 200.

588 *perit* The reading of *Nov. Test.*

589 *temporis* ἐπέρωσις 'Incongruence in tense'. Cf. supra, p. 46, introd., §9, s.v. 'enallage'.

590 *Possidebitis ... obtinete* *Valla, Annot., Garin*, 1, p. 838, col. 1, preferred "obtinete" to "possidete", the reading of *Nov. Test.*

593-596 *Et nutrientibus ... anxietas* Cf. supra, p. 308, l. 944 sqq., ad *Mt.* 24, 19. *Nov. Test. A*: "lactantibus ... pressura"; *B-E*: "mamma nutrientibus ... afflictio".

594 *Ambrosius Expos. Lc. X*, 22, *CCSL* 14, p. 352.

595 *Augustinus Enarr. in Ps.* 39, 28 and 95, 14, and *Trin.* IX, 9, 14, *CCSL* 38, p. 445 sq., 39, p. 1351 sq., and 50, p. 305.

598-601 *In ore ... gentium* *Nov. Test. A*: "ore gladii ... nationum"; *B-E*: "acie gladii ... gentium".

603-608 *Prae ... extabescere* *Nov. Test. A*: "in desperatione, resonante mari et fluctu, arescentibus hominibus"; *B-E*: "per desperationem, resonante mari et fluctu, extabescitibus hominibus".

[26] Arescentibus hominibus. Ἀποψυχόντων, quod sonat exanimari dolore siue extabescere.

[29] Videte. Ἴδετε. Graecum verbum anceps est an sit ‘videtis’ an ‘videte’.

610 [30] Cum producunt iam ex se fructum. Graece tantum est προβάλω-
σιν ἤδη, quod ego vertissem ‘proruperint’. Neque enim de fructu sentit, sed de
gemmis ac frondibus erumpentibus, id quod ex aliis euangelistis liquet. [C] Certe
ex Marci cap. 13., qui de ramo tenero et frondibus erumpentibus meminit. Pri-
mum enim tenerescit ramus, vt gemmae protrudi queant. [D] Est autem hoc
615 peculiare ficui, vt statim nullis floribus praecedentibus protrudat grossos. Etiam
gemmas protrudunt et aliae arbores. Nam Lucas praeter ficum et alias arbores
addit. [B] Quanquam et alias dissident Graeca a nostris: Βλέποντες ἄφ’
ἑαυτῶν γινώσκετε, id est ‘cernentes ex vobisipsis cognoscitis’, hoc est: ‘cum
videtis protrudi gemmas et frondes in arboribus, etiamsi nemo admoneat, tamen
620 ex ipsa re intelligitis adesse aestatem’. [A] Et paulo post rursus

[34] Μήποτε vertit *ne forte*, quasi sit hoc in illorum fortuna situm ac non
potius in illorum cura. Curis huius vitae. Μερίμναις βιωτικαῖς, quod in
Paulo vertit *secularia*, βιωτικά. Significat autem eas curas quae ad victum paran-
dum [B] vitaeque vsum [A] faciunt.

625 [36] Vt digni habeamini. Καταξιωθήτε, id est: ‘digni reddamini qui pos-
sitis effugere haec omnia’. Sensus autem est, vt semper hoc ipsum orent, quo pos-
sint effugere.

[37] Morabatur in monte. Ἡύλιζετο, quod ante verterat ‘stabulare’.

LB 215 | [38] Et omnis populus manicabat. Graecam vocem imitatus est
[= 315] interpres ὄρθηριζε. Idem verbum quod in Psalmis vertit *de luce vigilo*, ὄρθηρίζω.
631 Vetustissimus codex Latinus habebat ‘diluculo veniebat’. Vnde mirum est vnde
haec vox omnino Latinis inaudita irrepserit, [B] quam nec Augustini aures ferre
queant. Notat enim hanc in librum Iudicum quaestione quadragesimasexta indi-
cans quosdam interpretatos ‘maturabis’, ceu vox ea dicta sit a matutino. [D] Sunt
635 qui diuinent pro ‘mane ibat’ corruptum fuisse *manicabat*. Verum nihil aliud
quam diuinant. Augustinus indicauit variam scripturam sui temporis in libro
Iudicum, et est idem verbum illic ex interpretatione Septuaginta quod est hic,
ὄρθηριεῖς καὶ ἔκτενεῖς, quod Hieronymus reddidit *Et primo mane, oriente sole,*
irrues super ciuitatem, ἀμα τῷ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον ὄρθηριεῖς καὶ ἔκτενεῖς ἐπὶ τὴν
640 πόλιν. Caeterum nec manicandi verbum nec maturandi placet Augustino, quod
alterum neget inueniri apud probatos autores, alterius etymologiam non satis
probat, et aliud est maturare, aliud mane venire; frequenter enim sero venit qui
mane venit. Ad haec commentarii Bedae in contextu habent mendose nimirum
manebat ad eum, in expositione legit *manicamus*.

645 [A]

EX CAPITE VIGESIMOSECVNDO

[3] De duodecim. Ὄντα ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα, id est ‘qui erat de
numero duodecim’.

[4] Et magistratibus. 'Et ductoribus' siue 'ducibus exercitus'. [B] Est enim στρατηγούς, quos alias, ni fallor, sentit praefectos tuendo templo, nec alios hic
650 arbitror intelligendos. [D] Theophylactus praeter hanc opinionem et alias commemorat.

[6] [A] Sine turbis. Ἄτερ ὄχλου, id est 'sine turba', hoc est 'sine tumultu'. Nam vtrunque significat ὄχλος, vt Latinis turba, et multitudinem et tumultum.

[7] Occidi pascha. Θύεσθαι, id est 'immolari'.

655 [10] [C] Homo quidam. *Quidam* non additur apud Graecos, sed Latinus interpres de suo addidit, quo sermo esset mollior. [A] Amphoram. Κεράμιον, quod significat vas fictile. Hoc idcirco admonui, quod mihi videatur ad mysterium facere, si quis excutiat quid sibi velit hydria fictilis quae rumpitur apud
659 Ecclesiasten recurrente vitta aurea. Eadem vox est quam alibi vertit *lagenam*.

LB 216 | [16] Ex hoc. Ἐξ αὐτοῦ, id est 'ex eo', nempe pascha, ne quis ad tempus
[= 316] referat.

610 Cum ... fructum E: Cum produxerint ex se fructum A–D.

612 ac C–E: et A B.

626 quo D E: vt A–C.

630 ὠρθηζε. Idem B–E: ὠρθηζε. quanquam latini quoque diluculari dicunt idem A.

609–614 *Videte ... queant Nov. Test. A*: "Videte ... producant iam ex se fructum"; B–E: "Videte ... protrudunt iam gemmas".

613 *Marci Mc.* 13, 28.

621 *ne forte* Cf. supra, p. 126, l. 405 sq. *Nov. Test. A*: "ne forte"; B–E: "ne quando".

623 *secularia*, βιωτικά I. *Cor.* 6, 3 sq.

628 *ante verterat stabulare* A mistake; Er. himself offers the form "stabulauit" as an alternative for "mansit" (Vg.) and "diuersatus est" (*Nov. Test.*) in *Annot. in Mt.* 21, 17, p. 283, l. 282.

629–644 *Et omnis ... manicamus* Valla, *Annot.*, Garin, I, p. 838, col. 1, quotes *Ps.* 62 (63), 2 and offers, among others, the translation "diluculo veniebat" (Wordsworth-White give, p. 456, ad locum, "deluculo veniebat" as the reading of *Mediol. Ambros.* i, 61, sup.). *Nov. Test. A*: "diluculo veniebat"; B–E: "diluculo ventitabat". The addition from 1527, l. 634 sqq., could be due to a remark from Stun., to which Er. also reacted in *Ep.* 1466, ll. 38–39, and in *Epist. apolog. adv. Stun.* (8 June 1529), LB IX, 396 A.

632 *Augustini Quaest. in Hept.* VII, 46, ad *Iudic.* 9, 32, *CCSL* 36, p. 356: "Quod Latini

quidam habent 'maturabis', quidam vero 'manicabis', Graecus habet quo dici posset non vno verbo: 'diluculo surges' 'Manicabis' autem Latinum verbum esse mihi non occurrit".

638–640 *Et primo ... πῶλιν Iud.* 9, 33.

643 *Bedae In In Lc. expos.* VI, 21, 37–38, *CCSL* 120, p. 372, "manicabat" (variant reading: "mane ibat") is quoted, but "manicamus" is not to be found.

646–647 *qui erat ... duodecim Nov. Test.*: "qui erat ("vnus" *add. A*) e numero duodecim".

649 *alias ... templo Lc.* 22, 52 (cf. *Act.* 4, 1, and 5, 24).

650 *Theophylactus* Describes in *Enarr. in Lc.* 22, 1–6, Migne *PG* 123, 1064 A, στρατηγούς as those who are in charge of the builders of the temple or the keepers of the peace.

652 *sine turba* The reading of *Nov. Test.*

655 *Homo quidam Nov. Test. A B*: "homo quidam"; C–E: "homo".

659 *Ecclesiasten Eccl.* 12, 6.

659 *lagenam Mc.* 14, 13.

660 Ἐξ αὐτοῦ Is not to be found in modern editions of *NT*.

[17] Accipite et diuidite. Λάβετε τοῦτο, id est: ‘accipite hunc’. [D] Annotatum est hoc a veteribus, apud Lucam bis fieri calicis mentionem. Prius enim accepit calicem et gratis actis ac benedictione facta dixit: *Accipite et diuidite inter vos*. Mox consecrato pane sequitur *Similiter et calicem, postquam coenauit, dicens*.

665 [19] [B] In meam commemorationem. Εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, quod expressius extulisset ‘ad renouandam mei memoriam’.

[20] [C] In sanguine meo. *In* positum apparet pro ‘per’. Vt vetus testamentum confirmatum ac dedicatum est populo asperso sanguine pecudis, ita
670 Christus per suum sanguinem dicauit nouum testamentum, quod eleganter explicat is qui scripsit epistolam ad Hebraeos. Nec video cur hic obstet religio quo minus sensum reddamus magis perspicuum, quum his verbis non consecrent hodie sacerdotes. [A] Qui pro vobis fundetur. Τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, id est ‘qui pro vobis effunditur’. Cum paulo superius dixerit: *datur*, tempore
675 praesenti, cur hic vereamur dicere: ‘effunditur’? Et certe *datur* reperitur in exemplaribus nostris.

[22] Per quem tradetur. Παραδίδοται, id est ‘traditur’, vt sit praesentis temporis.

[25] Dominantur eorum. ‘Earum’ vertendum erat siue ‘eis’. Gens enim
680 Graecis neutri generis est. Proinde in αὐτῶν oblitus sui [B] interpret [A] Graeco vsus est genere.

[26] Sicut minor. Ὡς ὁ νεώτερος, id est ‘sicut iunior’ siue ‘minor natu’. Antiquissimi codices habent ‘iunior’, non *minor*. Quanquam hoc loco magis contemptum significat quam aetatem. Vt enim honoris causa presbyteros vocabant, hoc est seniores, ita contemptos iuniores; quod genus est illud in Psalmis: *Adolescentulus sum ego et contemptus*. Nam Hebraeis ירצף sonat ‘iuuenem’ et ‘nullius autoritatis’. Et qui praecessor est. Ὁ ἡγούμενος, id est ‘dux’ siue ‘rector’. Nam hoc quoque significat Graeca vox ac magis conuenit cum eo quod sequitur. Pugnans enim praesidem esse et ministrum esse.

LB 317 | [31] Ait autem Dominus Simoni. Exemplaria Graecanica sic habent:
691 Εἶπε δὲ ὁ Κύριος· Σίμων, Σίμων, ἰδοῦ, id est: ‘Dixit autem Dominus: Simon, Simon, ecce’ etc. Porro conduplicatio seruit affectui. Atque ita citat diuus Hieronymus in Dialogis aduersus Pelagium. [D] Nec aliter refert Beda in commentariis suis, ne quis casu factum esse putet. [A] Expetiuit vos. Ἐξήτησατο, quod
695 magis sonat ‘deposcit’. Deposcuntur enim qui ad poenam petuntur; velut hoc efflagitarit Satanas, vt illos comminueret, quemadmodum Iob deposcit Satan et impetrauit, verum praescriptis legibus. [C] Ambrosius libro De vocatione omnium gentium primo, capite vlti., sic adducit hunc locum: *Simon, Simon, ecce Satanas postulauit, vt vos cerneret sicut triticum*. Siquidem a cernendo cribrum videtur esse dictum. [D] Graece est σινιάσαι.

[34] [A] Non cantabit. Οὐ φωνήσει, id est: ‘non sonabit’ siue ‘non aedet vocem’.

[36] Sed nunc qui habet sacculum. Quaeso [B] te, lector christiane, [A] quis tam est ἀγέλαστος qui possit a risu temperare perpendens quam ridicula

705 recentiores quidam in hunc scripsere locum. Rursum quis est tam φιλόγελως qui non indignetur coelestem illam doctrinam huiusmodi vitari interpretamentis. Lyranus enim ille, [B] vt multis videtur, [A] probatus doctor huc detorquet verba

666–667 In meam ... memoriam *inter* 676 nostris *et* 677 Per quem *posuerunt* B–D.
668–673 In sanguine meo ... sacerdotes. E: In meo sanguine ... sacerdotes *inter* 661 referat *et* 662 Accipite *posuerunt* C D.

662 *accipite hunc* The reading of *Nov. Test.* A; B–E: “accipite hoc”.

662–663 *Annotatum ... veteribus ... mentionem* I have only found this in *Hier. Comm. in Mt.* IV, 26, 27, *CCSL* 77, p. 251 (“In Luca legimus duos calices quibus discipulis propinare, vnum primi mensis et alterum secundi vt qui inter sanctos primo mense agnum comedere non potuerit, secundo mense inter paenitentes haedum comedat”), not in *Orig.*, *Chrys.*, *Hil.* or *Aug.*

664–665 *Accipite ... dicens* *Lc.* 22, 17 and 20.

666–667 *In meam ... memoriam* *Nov. Test.* A: “in meam commemorationem”; B–E: “in mei recordationem”.

668 *In sanguine meo* The reading of *Nov. Test.* A; B–E: “per sanguinem meum”.

668–671 *Vt vetus ... Hebraeos* Cf. *Hebr.* 9, 11 sqq. On the question of who is the author of *Hebr.*, cf. *supra*, p. 223, n.ll. 735–746.

671 *religio* V. *supra*, p. 71, n.l. 105–106.

675 *effunditur* The reading of *Nov. Test.*

677–681 *Per quem ... genere* Cf. *Valla, Annot.*, *Garin*, I, p. 838, col. 1, and *supra*, p. 276, l. 122 sqq., ad *Mt.* 20, 25. *Nov. Test.* A: “traditur ... dominantur eis”; B–E: “proditur ... dominantur eis”.

680 *neutri* V. *supra*, p. 39 sq., *introd.*, §8a.

682 *sicut iunior* The reading of *Nov. Test.*

685 *Psalmis Ps.* 118 (119), 141.

686 *Hebraeis* צִיִּיר ... *iuenem* Cf. *supra*, p. 102, l. 878 sqq.

690–692 *Ait ... etc.* *Nov. Test.*: “Ait autem Dominus: Simon Simon, ecce Satanas expetiuit vos”.

692–693 *Hieronymus Dialog. adv. Pelag.* II, 16, *CCSL* 80, p. 75: “Simon, inquit, Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret quasi triticum”.

693 *Beda In Lc. expos.* VI, 22, 31–32, *CCSL* 120, p. 382: “Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce ...”.

697–700 *Ambrosius ... dictum* This addition from 1522 may have been meant as a correction of *Valla*, who in *Annot.*, *Garin*, I, p. 838, col. 1, prefers “velut” to “sicut”. The quote is

697 verum praescriptis D E: verum id praescriptis A–C.

705 quidam C–E: quidam theologi A, quidam non theologi, sed theologistae B.

from Prosper Aquitanus, *De vocatione omnium gentium*, I, 24, *Migne PL* 51, 685 A.

703–971 *Sed nunc ... euangelicam* An ample annotation, called by Chomarat “une véritable diatribe, partagée entre le rire et l’indignation” (*Grammaire*, I, p. 575) On warfare, cf. *supra*, p. 496 sqq., l. 367 sqq. and n.ll. 367–409, ad *Lc.* 3, 14. Criticism from Lee is apparent from *Resp. ad annot. Ed. Lei*, *LB* IX, 251 B C. Criticism from N. Beda of *Paraphr. in Lc.* 22, 36, *LB* VII, 453 D E, led to the additions from 1527 (ll. 875–877, 896–901, 913, 932, 933–937 and 944–963); cf. *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, *LB* IX, 493 C and 616 A – 617 B, where reference is also made to criticism from Lee and Stun. N. Beda’s criticism was later supported by the Paris Faculty of Theology, as is apparent from *Declarat. ad cens. Lutet.*, *LB* IX, 840 D – 843 B. In *Apolog. adv. monachos hisp.*, *LB* IX, 1054 A – 1060 F, Er. defends himself against criticism of *Paraphr. in Mt.* 13, 39, *LB* VII, 80 E and himself expresses criticism of the methods of the Inquisition. He also defends himself against the objections of Alberto Pio in *Resp. ad ep. Alb. Pii*, *LB* IX, 1192 F – 1193 E. Cf. *Rummel, Annotations*, p. 163 sqq.

704 ἀγέλαστος Already occurs in *Hymn. Hom.* 2, ad *Cererem*, 200, and *Aeschyl.*, *Ag.* 794; *Cic.* puts it in *Fin.* V, 30, 92, in the mouth of Lucilius as a characteristic of Crassus. *Liddell-Scott, Lewis-Short, Chomarat, Erasme. Oeuvres choisies*, p. 487, n. 1. Cf. *Epp.* 182, l. 172 sq., and 1763, l. 37.

707 *Lyranus Postilla*, ad locum: “Hic [Christus] consequenter ostendit quid foret apostolis licitum tempore persecutionis. Quia cum primo Christus misit eos ad praedicandum, dedit eis formam incedendi, vt sine pecunia et prouisione alia necessariorum incederent, vt dictum fuit *supra* 10. cap. Et ideo forte crederent, quod tempore persecutionis quae immineret non liceret eis talia portare, quod remouet dicens: ‘Sed nunc qui habet sac.’ Ad portandum pecuniam prouisione

Christi, quasi moneat apostolos, vt ingruente procella persecutionum muniant se duabus rebus, nempe commeatu et armorum praesidio, ne vel desit quod edant, vel a persecutoribus opprimantur. Atque eadem multo impudentius inculcat [D] Hugo [A] Carrensis, siue quis alius fuit, autorem citans Chrysostomum, sed huius verba truncatim ac deprauate referunt recentiores quidam. Nam Chrysostomus de gladio commentum plane reiicit, vtcunque de sacculo moderatur interpretationem. Huius verba sunt in caput Matth. 26.: *Vt facilius crederent quia traderetur: Propterea dixit eis: 'emite gladios', non vt percutiant animas, sed vt praedictionem hac re ante oculos poneret.* Haec ille. Quid autem sibi velit quod ait: *praedictionem*, explicant illius verba quae referuntur in Cathena Aurea diui Thomae: *Quid est hoc? Qui dixerat: 'Si quis percusserit te in dextra gena, vertas ei et aliam', nunc armat discipulos, sed solo gladio. Nam si penitus armare decebat, non solum oportebat gladium possidere, sed et scuta et galeas. Sed etsi mille huiusmodi possiderent arma pro tot insultibus et insidiis populorum, tyrannorum, vrbium, nationum, qualiter vndecim comparerent, et ex solo agminum aspectu non contremiscerent, nutriti in stagnis et fluuiis? Non ergo putemus eum iussisse, vt gladios possiderent, sed per gladios innuit imminentes insidias Iudaeorum. Vnde sequitur 'Dico enim vobis quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est'.* Rursus aliquanto inferius: *Et quidem si humano eos volebat vti auxilio, nec centum sufficerent gladii; quod si nolebat eos vti humano subsidio, etiam duo superuacanei sunt.* Referuntur illic verba Basilii ac Theophili, quem pro Theophylacto positum arbitror, in eandem sententiam, demum et Bedae. Quod si constat, qui conuenit, vt simplicem sensum accipiamus in pera, in gladio quaeramus figuratam interpretationem, quae sensum aperiat cum verbis pugnantes. Etenim si Dominus iussit parari quae pertinebant ad victum ac defensionem, an vestis non pertinet ad vitae necessaria? Et hanc vendi iubet. Proinde quemadmodum his verbis praeparauit animos apostolorum ad fortiter perpetiendam saeuitiam persecutorum, ita sacculi tollendi mentione praeparauit illos ad tolerantiam famis et omnium incommodorum quae solent in bellis accidere. Malorum enim praedictio non hortatur ad prouisionem commeatus ac munimentorum, sed ad tolerantiam malorum, quae citius prosternunt hominem, si veniunt improuisa. Quoniam autem Dominus, donec adesset mortalis, illis cura vacuis abunde suppeditarat et ab incursione malorum tutos reddiderat, imbecilles erant, sub ipsum dominicae mortis tempus etiamnum contententes de primatu nec satis instructi aduersus malorum procellas quae imminebant. Praemonet igitur malorum, non vt suis fidant viribus, sed vt vigilant aduersus ingruentem afflictionum tempestatem. Quomodo vigilant? Nimirum quemadmodum ipse docuit exemplo pariter ac monitis: *Vigilate et orate, ne intretis in tentationem.* Nec aliquid quam a Domino didicerant, eos fecisse legimus post acceptum Spiritum Sanctum. Volebat illos ex ipso pendere, non vt infantes, quemadmodum ante fecerant, sed vt viros qui suam industriam iungunt cum auxilio coelesti. Hoc sensit Chrysostomus, hoc Theophylactus, hoc Basilii, qui hoc quoque admonuit, in multis codicibus non haberi scriptum 'accipiat', 'tollat' vel 'emat', sed 'tollet' et

LB 318 'emet', vt sermo sit praedicens imminentem afflictionem, non exhortantis ad parandum commeatum aut armaturam. Quidam sic interpretantur, | hunc sermonem non ad apostolos tantum, sed ad omnes Iudaeos pertinere, quibus immineret tanta procella belli, vt nec de cibo nec de vestitu sint futuri solliciti, sed tantum de tuenda vita, id significari tropo quo iubet diuendita tunica et pera emi gladium. Quorsum igitur pertinent verba Chrysostomi, *pullos e nido educens iubet propriis vti pennis*? An ad parandas lanceas, galeas, clypeos et bombardas? Quid

755

711–756 Carrensis ... pullos e nido *E*: Carrensis, dignior profecto qui carrucas agat, quam qui sacras tractet literas, si caetera ad eundem (eundem *A*) interpretetur modum. Is etiam Chrysostomum suae sententiae citat autorem, sed οὐδὲν πρὸς ἔπος. Pullos inquit e nido *A–B*, Carrensis, dignior profecto qui carrucas agat, quam qui sacras tractet literas, si caetera ad eundem interpretetur modum. Is etiam Chrysostomum nescio quem suae sententiae citat autorem, sed οὐδὲν πρὸς

ἔπος. Pullos inquit e nido *C*, Carrensis, siue ... 714 quia traderentur ... 715 percutiant animat, sed ... 728 Theophili 729 in eandem ... 749 Chrysostomus, hoc Theophilus, hoc ... Pullos e nido *D*.

757 pennis ... Quid *D E*: pennis. Quid ais? ita ne propriae apostolorum pennae sunt commeatus et gladii? Quid *A*, pennis. Quid ais vir praeclare? ita ne propriae apostolorum pennae sunt commeatus et gladii? Quid *B C*.

necessarium, 'Tollat'. Id est 'portet', similiter et 'pe.' Id est repositorium victualium. Et quia non solum erat eis licitum talia portare, sed etiam se ipsos a persecutoribus moderate defendere, saltem pro tunc, ideo subditur 'Et qui non ha.' Scilicet gladium. 'Vendat tunicam suam'. Per hoc innuens, quod licita esset eis defensio moderata tempore persecutionis, ideo subditur." Er. also opposes this explanation in *Adag.* 3001, *ASD* II, 7, p. 32 sq., l. 625 sqq., and *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 184, l. 10 sqq. F. Heinimann – E. Kienzle, *Adag.* 2201, *ASD* II, 5, p. 177, n.l. 351–52.

711 *Hugo Carrensis* Hugo de Sancto Caro, *Postilla*, ad locum: "Qui habet ... peram? Per haec duo intelliguntur necessaria. Chrysostomus: 'Pullos de nido educens iubet propriis vti pennis' [v. infra, n.l. 756–757]. *Eccj.* xxix.c. [*Sir.* 17, 18]: 'Elemosyna viri quasi sacculus cum ipso, et gratiam hominis quasi pupillam oculi conseruabit'. Item pera est memoria: in qua peccata reponuntur ad poenitentiam et humilitatem. Iudith xiii.b. [13, 11] iussit ancillae suae, vt mitteret caput Holofernis in peram. Item 'pera patientiae'. 1. Reg. xvii.c. [1. *Sm.* 17, 40]: 'In peram pastorem quam habebat secum'".

712–716 *Chrysostomus* ... *poneret Hom. in Mt.* 84 (85), 1 (ad *Mt.* 26, 51–54), *Migne PG* 58, 751 (Πιστούμενος ἀποτοῦς ... δηλών; cf. Trapezuntius, p. 678 A: "Vt ... quia tradentur, propterea cum dixit ... percutiant ... vt praedicationem hac ... poneret").

717–729 *Cathena* ... *Beda* Thomas Aquinas, *Catena Aurea*, Guarienti, 2, p. 291, col. 1 sq., derives from Chrys. the passage from ll. 718–728, "Quid est ... superuacanei (Guarienti: "superuacui") sunt", in which the quote from *Mt.* 5, 39, "Si quis ... aliam" (l. 718 sq.), is included, and paraphrases Theophyl. *Enarr. in Lc.* 22, 35–38, *Migne PG* 123, 1076 C – 1080 B, Basil. *Regulae breuius tractatae, interrogatio* 251, *Migne PG* 31, 1249 C – 1252 A, and Beda, *In Lc. expos.* VI, 22, 38, *CCSL* 120, p. 384 sq.

741 *sub ipsum* ... *de primatu Lc.* 22, 24 (cf. *Mt.* 18, 1–5, *Mc.* 9, 34, and *Lc.* 9, 46).

745 *Vigilate* ... *temptationem Mt.* 26, 41 ("vt non" instead of "ne").

745–747 *Nec aliud* ... *Spiritus Sanctum Act.* 2, 42–47.

749 *Chrysostomus* ... *Basilius V.* supra, n.l. 717–729.

755–756 *iubet* ... *gladium Lc.* 22, 36.

755 *tropo V.* supra, p. 48, introd., §9.

756–757 *pullos* ... *pennis Chrys. Hom. in Mt.* 84 (85), 1, *Migne PG* 58, 751: λοιπὸν δὲ ὡσπερ νεοττοῦς καλιῶς ἐξαγαγῶν κελεύει καὶ τοῖς οἰκειοῖς κερχοῖσθαι πτεροῖς; Trapezuntius, 678 AB: "nunc autem quasi et nido pullos educens, suis etiam pennis vti hortatur". Here Er. uses the translation which Hugo de Sancto Caro had used (v. supra, n.l. 711). He also refers to this text in *Supputat. error. in cens. N. Bedae*, *LB IX*, 613 C.

igitur interest inter Carem militem conductitium et virum apostolicum? 'At mutatis', inquit, 'temporibus licet mutare vitae rationem. Tempore pacis haec
760 interdicuntur, tempore belli permittuntur'. Quasi vero vnquam bonis defuerit persecutio. Itane Christus omnium illorum dogmatum suorum, de non resistendo malo, de diligendis ac iuuandis inimicis, de bene precando iis qui male precantur nobis, de beatis mitibus et persecutionem perpetientibus propter iustitiam, de praebenda maxilla altera, si quis alteram percussisset, atque aliis id genus
765 plurimis, iam moriturus palinodiam canit et ad comparandum commeatum et πανοπλίαν adornandam excitat [B] suos? [A] Oblitus etiam eorum quae paulo ante dixerat, *In patientia vestra possidebitis animas vestras?* Atqui illic sane de persecutione loquitur, [B] nec meminit praesidorum. Imo cum apud Matthaicum vniuersam persecutionum tragoediam ponit ob oculos, rogo num vsquam vlla
770 mentio defensionis? Vbi est illud quod vnum apostolos a se iubet discere, quod mitis esset et humilis corde? Vbi vox illa seuera, *Nescitis cuius spiritus sitis*, qua discipulos a vindictae reuocat affectu? Vbi vox illa qua negat se agnoscere discipulum qui sublata cruce sua non sequatur se? Num hic crucem mutat in gladium? [A] Deinde quid magni docet Christus suos, si hoc praecepit quod sua
775 sponte faciunt et piratae et latrones? Haecine est illa doctrina coelestis quam vt nobis impartiret, relicto coelo descendit in terras? Praeterea autem, [B] si id docuit quod isti volunt, [A] cur ipse non praestat quod docet? Quando ipse parauit sibi commeatum? Quando ensibus aut machinis sese aduersus persecutorum vim communiuit? Nec vident quam ista pugnent cum vaticinio quod aedidit in illum Esaias, 'velut ovis coram tondente obmutuit'. Vt interim sileam ne consistere quidem istorum commentum. Etenim fingamus hanc esse Christi mentem, vt velit apostolos suos parare gladium ferreum, quo grassantur et latrones, et commeatum quem parant duces exercituum, qua ratione illud explicabunt quod tunica diuendita iubet emi gladium, [B] quandoquidem placet
785 vrgere literas ac syllabas sermonis. [A] Num illos nudos ensibus accinctos mittit in bellum? Nouum vero copiarum genus. Ad haec cum dixerit: *Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter et peram*, qui cohaeret quod mox sequitur, *et qui non habet, vendat tunicam suam, et emat gladium?* [B] An non hinc satis euidentis est non praecipere, vt ferrent secum sacculum et peram, sed tollerent vendenda precioque redimerent gladium? Quod si nihil horum esset, tunicam venundarent potius quam gladius non esset. [A] Vt maxime torqueant, non iubet parare sacculum aut peram, sed permittit vt tolerandum, si quis forte possideat. At ense etiam vendita tunica iubet emi. Proinde prospicere de victu permittitur duntaxat, at gladio nos defendere tantopere iubemur, vt nudis etiam sit cum hoste confligendum, [B] velut in hoc summa pietatis sita sit. [A] At saltem non resipiscunt ex his quae mox sequuntur apud alios euangelistas. Obiurgat [B] minaciter ac seuerè [A] Petrum, quod vtatur gladio, et iubet recondi, addens perire gladio qui gladio pugnent, sibi non defuturas quamlibet multas legiones a Patre suppetias, si se vi defendere voluisset. Praeterea quando vnquam legimus apostolos fecisse
790 quod hic tantopere iubet Christus faciendum? Fugisse legimus, respondisse legi-

- mus, lorica aut gladium gestasse nusquam legimus ac ne vnguibus quidem vnquam repugnasse, ne dicam gladiis. Denique cur in omnibus suis epistolis audent a praeceptoris sui doctrina dissonare? Tolerantiam vno ore docent omnes, iubent obrui beneficiis inimicum et igneos carbones congeri in caput illorum.
- 805 Paulus iubet malum vinci bono, iactat toleratas calamitates suas, prostratos ac fusos hostes non iactat. Toties armat ille tironem christianum, euangelica panoplia, galea salutis, scuto fidei, gladio Spiritus. Vbi inter haec huius gladii mentio quem nos comminiscimur? In nugis leuiculis quaeque citra dispendium euangelicae philosophiae vel nesciri poterant, haereses ac blasphemias ἐκτραγωδιζομεν.
- 810 Mihi nulla haeresis videtur perniciosior, nulla blasphemia sceleratior quam si quis
- 764 percussisset B–E: percusserit A.
785 literas ac syllabas C–E: literam B.
799 Praeterea B–E: Denique A.
802–813 gladiis ... sacrosancta D E: gladiis. In
- 758 *Carem militem conductitium* Cf. supra, p. 498, l. 395: “conductor”. The Carians often served as mercenaries in antiquity; cf. *Adag.* 514 and 2597, *ASD* II, 2, pp. 36–38, ll. 321–365 and II, 6, p. 390, ll. 992–999.
761–762 *de non ... malo* Mt. 5, 39.
762 *de diligendis ... inimicis* Mt. 5, 44.
762–763 *de bene ... nobis* Lc. 6, 28.
763–764 *de beatis ... iustitiam* Mt. 5, 5 and 10.
764 *de praebenda ... percussisset* Mt. 5, 39.
765 *palinodiam canit* An expression which is appropriate for someone who has come to a better insight and retracts his previous opinion. It is derived from Stesichorus (Leutsch-Schneidewin, 2, p. 210), who was struck with blindness by Aphrodite because he expressed scorn for Helen’s conduct, but who regained his sight after creating a Παλινωδία (Plato, *Phaedr.* 243 a b). It occurs in Latin after Macr. *Sat.* VII, 5 (“palinodiam canere”) for the first time in Hier. *Epist.* 102, I, 1, *CSEL* 55, p. 235 (“παλινωδίων canam et imiter Stesichorum”) and Aug. *Epist.* 40, 4, 7, *CSEL* 34, 2, p. 78 (“παλινωδίων, vt dicitur, cane”). Otto, p. 262, No. 1323. Cf. *Adag.* 859, *ASD* II, 2, pp. 380–382, ll. 164–193. *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 146, n.l. 384, and *Prologus supputat. calumn. Nat. Bedae*, *LB* IX, 447 E.
766 *πανοπλίαν* Cf. supra, p. 541, l. 539, and infra, l. 806 sq.
767 *In patientia ... vestras* Lc. 21, 19.
768 *apud Matthaeum* Mt. 24, 6–12.
770–771 *discere ... corde* Mt. 11, 29.
771 *Nescitis ... sitis* Lc. 9, 55.
772–773 *Vbi vox ... sequatur se* Mt. 10, 38, and 16, 24, *Mc.* 8, 34, and *Lc.* 9, 23.
777 *isti* Nicolaus of Lyra and Hugo de Sancto
- nugacissimis nugis haereses ac blasphemias reperimus. At haec sunt vere haeretica, hae vero blasphemiae in sacrosancta A, gladiis ... 807 mentio, quam nos ... sacrosancta B C.
- Caro (v. supra, p. 585 sq., ll. 707 and 711). Chomarat, *Érasme. Oeuvres choisies*, p. 489, n. 6.
780 *Esaias Is.* 53, 7: “sicut ouis ad occisionem ducetur; et quasi agnus coram tendente se obmutescet”; cf. *Act.* 8, 32.
796 *alios euangelistas* Especially Mt. 26, 51–53; cf. *Mc.* 14, 47, and *Ioh.* 18, 10 sq.
801–802 *vnguibus ... repugnasse* Cf. *Lucr.* V, 1037: “vnguibus ... repugnant”.
803 *Tolerantiam* The virtue which entails an ability to tolerate violence, insults and blows without reacting (Chomarat, *Érasme. Oeuvres choisies*, p. 491, n. 1). Cf. supra, p. 586, l. 738: “tolerantiam malorum”, and Bonaventura, who in *Breuiliquium*, Pars IV, 8, uses the term “tolerantia passionum” with the same meaning as in Pars IV, 2, §1, “perpassio passionum”. *Opera*, 5 (Quaracchi, 1891), pp. 248 and 242, respectively.
804 *igneos ... illorum* Expression derived from *Rom.* 12, 20.
805 *malum ... bono* *Rom.* 12, 21.
805 *iactat* 2. *Cor.* 11, 23 sqq.; cf. 1. *Cor.* 4, 11–13; 2. *Cor.* 4, 8–11, 6, 4 sq., and 7, 5, and *Col.* 1, 24, and 2, 1.
806–807 *euangelica panoplia* Cf. *Eph.* 6, 11 and 13 (τὴν πανοπλίαν τοῦ θεοῦ, *Vg.*: “armaturam Dei”). Er. also refers to this in *Declarat. ad cens. Lutet.*, *LB* IX, 841 D.
807 *galea salutis* *Eph.* 6, 17, and 1. *Thess.* 5, 8.
807 *scuto ... Spiritus* *Eph.* 6, 16 sqq.
808–809 *euangelicae philosophiae* Cf. supra, p. 55, n.l. 22.
809 *ἐκτραγωδιζομεν* Cf. supra, p. 48, introd., §10.

Philistinorum exemplo euangelici agri puteos qui a Christo venam habent aquae viuae scatentis in vitam aeternam, terra oppleat et sensum spiritualem vertat in carnalem, doctrinam coelestem deprauet in terrenam ac sacrosancta Christi dogmata [B] detorqueat, imo corrumpat, idque [A] reclamantibus omnibus eius

815
LB 319
820
825
830
835
840
845
850

praeceptis, reclamante tota ipsius vita, [B] reclamante doctrina apostolica, [A] refragantibus tot martyrum | millibus, repugnantibus vetustis interpretibus. Nec animaduertunt quid hic interpretetur Ambrosius, etiamsi in re tam perspicua, quid opus interprete? *Cur, inquit, emere iubet gladium, qui ferire me prohibes? Cur habere [B] me [A] praecipis quem vetas promi? Nisi forte ut sit parata defensio, non ultio necessaria, ut videar potuisse vindicari, sed noluisse.* Deinde dissoluens quod poterat ex Veteris Instrumenti literis obiici, permissum esse bellum: *Lex tamen, inquit, referre me non vetat et ideo fortasse Petro duos gladios offerenti: 'sat est', dicit, quasi licuerit usque ad euangelium, ut sit in lege aequitatis eruditio, in euangelio bonitatis perfectio.* Mox aduersus reclamatuos opponit haec: *Multis hoc iniquum videtur, sed non iniquus Dominus, qui cum se posset vlcisci, maluit immolari.* Denique in calce hoc adiicit, duos gladios interpretatus Veteris ac Noui Testamenti scientiam: *Quasi nihil, inquit, desit ei quem vtriusque Testamenti doctrina munierit.* [B] Origenes, theologorum priscorum sine controuersia doctissimus, homilia in Matthaeum 7. sermonem hunc Christi pestiferum esse pronunciat, si ad literam accipiatur. Eum posteaquam recitarat, subiicit hunc in modum: *Si quis ergo literam volens aspicere et non intelligens voluntatem verborum vendiderit vestimentum suum corporale et emerit gladium talem, contra voluntatem Christi suscipiens verbum eius, peribit, forsitan et gladio peribit.* De quo autem gladio dicat, non est loci huius exponere. Idem libro aduersus Celsum secundo pronunciat bellum ab vno Christo sublatum, quasi hoc illi fuerit peculiare. [A] Consentiant in hanc sententiam omnes omnium literae, omnes sanctorum libri, qui tolerantiam nobis commendant, non armaturam indicunt. Tolerandum vtcunque, si vnum duntaxat locum philosophiae coelestis ad hunc corrupissemus modum. Nihil propemodum est dogmatis Christi, quod non huiusmodi commentis ac distinctiunculis subuertant quidam. Et haec leguntur et approbantur a summis, [B] vt vulgo videntur, [A] theologis, haec velut oraculo prodita citantur, [B] haec publice docentur, haec audiunt principes, his animantur ad bellum, quasi vero non suapte sponte insaniant satis. [A] Quibus rebus illud factum est, vt apud Christianos insanius prope tumultuetur, litigetur, pugnetur, pro re, pro ditione, pro vindicta, quam vsquam apud ethnicos. Verum moderandus est animi dolor, tametsi iustissimus, praesertim cum indignitas rei vix ingenti volumine possit, vt par est, explicari. [B] Nec isti me vel tantulum mouent qui nolunt ius belli principibus adimi. Quomodo nunc bellent principes, non libet meminisse; neque necesse est hoc illos docere quod vltro nimis acriter agunt; si tamen hoc bellare est, ac non potius in populi perniciem inter se colludere et bellorum praetextu suam constabilire tyrannidem. Illud non fero, nos huiusmodi dogmata in Christum autorem referre. Si quid habet humanae vitae necessitas, vt habet multa necessaria mala, quemadmodum ait ille, si quid condonatur crassae multitudini,

quid hoc ad coelestem Christi philosophiam? Ille de coelo venit, vt doceret coelestia, crassa haec aut velut ignorauit aut respuit aut neglexit. Non agnoscebat Caesaris imaginem. Reiiicit eum a quo rogabatur, vt arbiter esset diuidundae haereditatis. Adulteram mulierem nec absoluit nec damnat. Neque [C] vero [B] me fugit diuum Augustinum hunc locum adducere aduersus Manichaeum Faustum libro vigesimo secundo, qui bellum detestabatur et in Iudaeis. Sed ita adducit, vt tamen apostolos nolit bellare, ne imperatores quidem, nisi plene fisos pietati, nisi iusta de causa, nisi contra sacrilegos et daemonum cultores, nisi pro publica tranquillitate. Neque dissentit a nobis in pera et baculo in viam tollendo; in hoc tantum discrepat quod ille Petrum vult obiurgatum fuisse, quod iniussus pugnam aggressus sit, quod iussus quidem esset ferre gladium, at non ferire gladio. Quod commentum quantum habeat ponderis, aliis excutiendum relinquo, ne quid asperius dicere videar in tantum ecclesiae doctorem. Sunt enim qui protinus contumeliam interpretentur, si quis a receptis autoribus discrepat, cum hoc honoris nec ipsi postulent. Imo contumeliosum fuerit, opinor, si quis illos hominum more lapsos alicubi conetur aduersus veritatem tueri. Nam cuiusmodi est, obsecro, tam serio praecepto discipulos onerare gladio inutili, quem ne tum quidem liceat eximere, cum maxime est opus? Perinde quasi iubeat aliquis: 'Fac habeas paratum ligonem, at caue ne quando fodias. Circumfer quidem soleas, semper tamen nudis incedas pedibus'. Tolerabilior erat interpretatio, si ad hunc modum intelligamus: etiamsi, quando adsit defendendi facultas, tamen abstinete

816 interpretibus. Nec *B-E*: interpretibus, alio detorquere, imo prorsus corrumpere. Nec *A*.
819 Nisi forte vt *A B D E*: Nisi fore vt *B*, Nisi vt forte *C*.

824 perfectio *B-E*: profectio *A*.
826 interpretatus *B-E*: interpretatos *A*.
862 in viam tollendo *E*: venum tollenda *B-D*.

811–812 *Philistinorum ... oppleat* In 2. *Rg.* 3, 25 the Israelites stopped the springs of water of the Moabites.

818–828 *Cur ... munierit* Ambr. *Expos. Lc.* X, 53–55, *CCSL* 14, p. 361 ("Cur emere iubet, qui ... Cur haberi praecipis ... vt videre potuisse ... noluisse. Lex ... 'sat est' dicis, quasi ... perfectio. Multis ... immolari ... quasi ... munierit").

828–835 *Origenes ... peculiare. Comm. in Mt.* XV, 2, ad *Mt.* 19, 12, *GCS* 10, p. 352 ("Si quis ... in gladio peribit"). It is not clear to me what Er. is referring to with "libro aduersus Celsum secundo"; he may have derived it from *Contra Cels.* II, 10, *GCS* 1, p. 138, l. 39 sqq., where *Mt.* 26, 52–54 is quoted.

838 *philosophiae coelestis* Cf. supra, p. 55, n.l. 22.
852–853 *humanae ... mala* Cf. infra, p. 594, l. 961. Strabo, XV, 2, 24 (Meineke, p. 920), ascribes the term "necessaria mala" to Hybreas (orator and politician from Mylasa in Caria, 1st century B.C.); cf. *Adag.* 426, *ASD* II, 1, p. 499 sqq., ll. 598–621.

854 *coelestem Christi philosophiam* Cf. supra, p. 55, n.l. 22.

855–856 *Non ... imaginem Mt.* 22, 20.

856–857 *Reiicit ... haereditatis Lc.* 12, 14.

857 *Adulteram ... damnat Ioh.* 8, 3–11. Cf. infra, p. 594, l. 957 sq.

858 *Augustinum Contra Faust.* XXII, 77, *CSEL* 25, p. 676 sq.

869 *cuiusmodi* V. supra, p. 42, introd., §8b.

875 a defensione, solo verbi diuini gladio vos defendite. [D] Hic frigidissimam di-
 stinctionem adferunt quidam: iussit habere gladium ad defensionem, vetuit promi
 ad vindictam. [B] Iam illud videndum, an de bello sibi satis constet Augustinus,
 qui cum tot locis christiane bellum detestetur, nunc aduersus Manichaeos ac
 880 Donatistas belli patronus esse videatur. Siquidem is enarrans Psalmum tricesi-
 mumseptimum scribit orandum pro inimicis, non vt occidantur, sed vt corrigantur.
 Si non licet orare Deum, vt inimici iusto supplicio coerceantur, multo minus
 nobis licet illos occidere. Idem epistola 158. scribit contaminari passiones sancto-
 rum, si vicissim occidantur inimici. Rursus epistola quinta quam multa disseruit
 aduersus bellum! Porro quot locis agit cum Caesarianis praefectis, ne Donatistae
 885 non solum haeretici, verum etiam horrendo latrocinii genere grassantes in ortho-
 doxos occi|derentur, ne non essent qui possent corrigi, sed hactenus coercerentur,
 LB 320 vt ecclesiae bonis alio translatis sequi cogerentur! Postremo, cum toties vitae
 Augustini tenderent insidias Donatistae, quando legitur ille manum armatam
 aduersus illorum violentiam collegisse? Sed qua fronte faceret hoc ipse qui tam
 890 obnixè intercedit et obtestatur, ne fieret a Caesarum praefectis? Verum ita fere fit,
 vt in conflictu cum aduersariis scripturam sacram ad suam quisque causam detor-
 queat. Et verum est quod aiunt, haeticos nonnulla ex parte profuisse religioni
 christianae, dum orthodoxos ad diuinorum voluminum peruestigationem exti-
 mulant. Atqui huic commodo illud adiunctum est incommodi quod, dum scrip-
 895 turarum testimonia victoriae seruire cogimus, non raro deflectimur a germana
 veraque sententia. [D] Iam si verum est quod isti interpretantur, quid senserunt
 illi qui putant hoc esse dictum ironice, *sufficit*, videlicet aduersus tantam multi-
 tudinem. Nec hanc opinionem reiicit Theophylactus, sed addit alteram, quae
 pariter facit pro nobis: 'Quum', inquit, 'illi non intelligerent quod dicebat, reli-
 900 quit illos, ne molestus esset'. Certe iuxta carnem intelligebant apostoli, ergo non
 iuxta carnem loquebatur Dominus. [B] Proinde mihi simplicius videtur Chris-
 tum paulatim conantem suorum animis vulgares affectus eximere, cum prius eos
 liberasset cura commeatus, nunc et suppliciorum ac mortis metu liberare
 voluisse. Sciebat quid illis adhuc rudibus in eo tumultu venturum esset in men-
 905 tem, et ideo de gladiis sinebat eos ad tempus errare, quo efficacius eximeret ex
 illorum affectibus vindictae cupiditatem. Si tacuisset de gladio, videri poterat
 licita defensio, quoties vrgeret vitae periculum, viris apostolicis. Nunc ita rem ac
 sermonem temperauit, vt nulli dubium esse possit quin vsum ferri suis interdixe-
 rit. Miserat eos paulo superius specimen [C] sui [B] daturus et gustum quandam
 910 sumptuos euangelici muneris, sed duntaxat intra Iudaeae fines. Cumque hic
 humana sollicitudo commeatum ac nonnulla viae solatia requireret, iussit suos
 proficisci sine pera, sine baculo, et tamen nihil defuerat vltro suppeditantibus [D]
 necessaria [B] bonis [D] hominibus. [B] Atqui quoniam futurum erat, vt euan-
 gelicae praedicationis fastigium summaque manus esset martyrimum et nihil morte
 915 formidabilius, aduersus hoc quoque certamen suos instructos esse voluit, non
 solum exemplo suae mortis, verumetiam admonitu. Proinde vt ex iis quae iam
 erant experti, fidem faceret eorum quae postea essent consequutura, commonefa-

cit eos pristinae praedicationis. *Quando misi vos sine sacculo et pera et calciamentis, num aliquid defuit vobis?* Cumque respondissent nihil omnino defuisse, vocat ad perfectiora: 'Videtis hactenus nudis nihil defuisse, ne quid haec sollicitudo vos grauet. Sed quemadmodum de com meatu vitaeque subsidiis non est quod angat vos sollicitudo, ita nihil est quod de defensione sitis solliciti, si quando persecutor cruciatus aut mortem intentabit; iisdem praesidiis vincetis tyrannos quibus ego vinco. Imo quo magis eritis omnibus humanis praesidiis destituti, hoc magis [C] eritis [B] ad hoc bellum instructi. Adeo, vt si cui forte sit tunica aut pera, quo sit expeditior, et haec abiiciat. Non est opus nisi gladio meo, qui sic amputat ac reuellit omne affectus carnales, vt accinctus eo nec tormenta formidet nec mortem; tantum abest, vt famem metuat aut nuditatem'. Neque vero cum haec dico,

883 disseruit E: disserit B-D.

887-888 toties vitae Augustini B-D: toties

Augustini E.

875-877 *Hic ... ad vindictam* This addition from 1527 refers to the criticism which N. Beda, with the subsequent support of the Paris Faculty of Theology, expressed concerning *Paraphr. in Lc. 22, 36, LB VII, 453* ("Tum Iesus, vt prorsus reuelleret ex animo illorum omnem vindictae cupiditatem ..."); cf. *Supputat. error. in cens. N. Bedae, LB IX, 616 A - 617 B, and Declarat. ad cens. Lutet., LB IX, 840 D - 843 B* (841 E: "de ea [defensione] quae nascitur ex affectu vindictae" and 842 D: "Petrus ... rapitur ardore vindictae"). The passage "vetuit ... vindictam" alludes therefore to Jesus' reaction, when Peter cut off Malchus' right ear (*Mt. 26, 51 sqq., Lc. 22, 50 sq. and Ioh. 18, 10 sq.*).

879-880 *enarrans ... tricesimumseptimum* Aug. *Enarr. in Ps. 37, 14, CCSL 38, p. 392*: "non ergo hoc orent, vt moriantur inimici, sed hoc orent, vt corrigantur; et mortui erunt inimici; iam enim correcti, non erunt inimici".

882 *epistola 158*. Aug. *Epist. 139* (new numbering), 2, *CSEL 44, p. 151 sq.*: "hoc de clementia imperatorum impetrare curauimus, ne passiones seruorum Dei, quae debent esse in ecclesia gloriosae, inimicorum sanguine dehonestantur".

883 *epistola quinta* Aug. *Epist. 138* (new numbering), 2, 9 sqq., *CSEL 44, p. 133 sqq.*

884-887 *Porro quot ... cogentur* Er. also refers to this in *Apolog. c. Iac. Latomi dialog., LB IX, 105 B, Supputat. error. in cens. N. Bedae, LB IX, 464 C, 580 F - 581 A and 582 D-F, Declarat. ad cens. Lutet., LB IX, 907 A and 908 B-D, Apolog. adv. mon. hisp., LB, IX, 1054 F - 1055 D, Epist. c. pseudeuang., ASD*

IX, 1, p. 288, l. 124 sqq., Ep. 1983, ll. 25-26, and Ep. 2157, ll. 180-195. In LB IX, 582 E F, he quotes from Aug. Epist. 139, 2 (CSEL 44, p. 151 sq.; cf. supra, n.l. 882); he mentions this letter in LB IX, 1055 D; furthermore he mentions in LB IX, 582 D and 1055 D, Aug. Epist. 185 and Epist. 204 (CSEL 57, pp. 1 sqq. and 317 sqq.). Cf. also Aug. Epist. 89, 1, and 100 (CSEL 34, 2, pp. 419 and 535 sqq.), 133, 1, and 134, 2 sqq. (CSEL 44, pp. 80 sq. and 85 sqq.).

887-888 *cum ... Donatistae* Aug. refers in *Ench. 5, 17, CCSL 46, p. 57*, to an ambush against himself (Er. refers to this in *Ep. 2690, ll. 1-4*) and mentions ambushes against Catholics in general in *Enarr. in Ps. 119, 9 (CCSL 40, p. 1786), Epist. 88, 8; 89, 1; 93, 1, 2, and 105, 2, 3 sq. (CSEL 34, 2, pp. 414 sq., 419, 446 and 596 sqq.), and Epist. 185, 4, 18 (CSEL 57, p. 16).*

889 *fronte* 'impudence', 'boldness'; cf. supra, p. 198, l. 157.

894 *illud ... incommodi* Cf. supra, p. 42, introd., §8b.

899-900 *Quum ... molestus esset* Paraphrase of Theophyl. *Enarr. in Lc. 22, 35-38, Migne PG 123, 1080 A*: 'Ἄλλ' ὅμως ὁ Κύριος οὐκ ἠθέλησεν ἐλέγξει αὐτοὺς ὡς μὴ νοήσαντας, ἀλλ' εἰπῶν 'Ἰκανόν ἐστι', παρέδραμεν.

905 *ideo ... errare* *Lc. 22, 38.*

914 *summaque manus* Er. attributes the same meaning to "summa manus" in *Adag. 134, ASD II, 1, p. 248 sq., ll. 849-862*, as to "summa fastigium imponere", viz. "rem omnibus suis partibus absolueret" (*Adag. 133, ASD II, 1, p. 248, ll. 840-841*).

918-919 *Quando ... vobis?* *Lc. 22, 35.*

927 *omneis* Cf. supra, p. 40, introd., §8a.

930 ius adimo principibus gerendi belli, modo christiane geratur. Laudantur et
 Ambrosio Caesares qui se pro tuenda christiana tranquillitate aduersus barbaros
 ceu murum opposuere, et tamen idem negat hoc esse puritatis euangelicae [D]
 quam hic suos docet Christus. [B] Sed quid haec ad nos, qui sacerdotes ipsi sine
 fine belligeramur, idque pro imperio, pro praeda, pro mundana gloria? [D] Quid
 935 haec ad christianos principes, qui per ambitionem, iram, auaritiam aut alium
 priuatum affectum sine fine miscent orbem bellorum tumultibus? Quid ad haec
 bella, quae tanta cum iniquitate, ne dicam: immanitate, geruntur, vt crebro
 minus malorum sit ab hoste quam a propugnatore? [B] Sed [D] de [B] his alias
 fusius disserendi dabitur locus. Theophylactus discrepat nonnihil ab hac inter-
 940 pretatione, quippe qui tollendam peram ac sacculum interpretetur, quemadmo-
 dum et gladium; non quod velit eos de hisce rebus prospiciendis esse sollicitos
 hominum more, sed ne posthac toti pendeant a praesidio Christi, qui hactenus
 eos non secus ac pueros curae habuit, verum vt ipsi quoque in posterum praepa-
 rent animos suos aduersus inopiam, aduersus famem, aduersus mortem, idque
 945 significatum esse pera, sacco et gladio. [D] Quod si quis me vrgeat, vt pronun-
 ciam vtrum in totum existimem bellum interdictum Christianis an non, prius
 rogabo percontatorem, vt mihi respondeat quid senserit S. Martinus, quum dice-
 ret: *Donatiuum tuum militaturus accipiat, ego Christianus sum, mihi pugnare non*
licet; deinde quid praeter alios orthodoxos veteres diuus Hieronymus, qui toties
 950 damnat bellum inter Christianos. Quod si non dignabuntur respondere, dicam
 viris apostolicis non conuenire bellum nec religionem christianam armis tantum
 esse propagandam nec principi bellum vllum suscipiendum quod aliquo pacto
 queat vitari, et susceptum quam minima potuerit sanguinis iactura gerendum et
 quam potest ocysime finiendum. Denique hanc ipsam functionem non esse
 puritatis euangelicae nec hoc ius ex euangelicis praeceptis esse petendum. Multa
 955 conceduntur quae non docet Euangelium, veluti iusiurandum et lites forenses. In
 ethnicis non improbatur ius gladii, si leges porrigant, | si legum arbitrio proma-
 960 tur, quanquam euangelica pietas mallet sanare quam occidere. Christus mulierem
 in adulterio deprehensam nec damnauit nec absoluit, simul et admonens sacer-
 dotes officii sui, quorum est mederi, non perdere, nec adimens tamen magistra-
 tibus publicam potestatem, quae seruit iusticiae diuinae, etiam si sint idololatrae.
 Postremo sunt in rebus humanis multa necessaria mala, quae tolerantur eo, quod
 excludant maiora mala, non probantur vt euangelicae doctrinae. Atque haec pro
 disputatis haberi volumus, non pro decretis. [A] Caeterum vt id solum agam
 quod ago, sic est ordinanda lectio: Sed nunc qui habet sacculum, tollat, vtique
 965 vendendum, consimiliter et peram tollat, nimirum vendendam; quod si desint,
